Socrates. Censeo neque illum,qui alicuius sufficienter probaturus sit anima utrum illa quidem recte ĩstituta sit, nec ne,tria potissimum habere,quæ ipse habes omnia· scientiam primo, deinde opinionem,prudentis scilicet,atq; bene uoli,tertio audaciam.Nam multos qui dẽ reperio ,qui me ꝑpterea recto examine probare non possunt,ꝙ sapientes nõ sunt, quemadmodũ tu esse uideris·alij uero sapiẽtes quidem sunt, sed ueritatẽ mihi dicere nolunt, ex eo ꝙ mei curam non habent,ut tu habes.Peregrini uero isti Gorgias & Polus quidem sapientes sunt,meq; diligunt·uerum deest eis au-

dacia, uerenturq; ultra q̃ oporteat.

Socrates. Nempe omnes his uerbis, quæ suis moribus consentanea sunt, delectantur, diuersisq; turbantur.

Nam mori quidem nullus formidat, nisi omnino rõnis expers, atq; ignau⁹. iniuste autẽ se gerere aliquis formidat. Multis enim peccatis refertam animã ad inferos descendere, extremũ omniũ est malorum.

Qui autem extrema iniustitia detinẽtur, ac propter eiusmodi delicta sunt insanabiles, ex his exẽpla sumuntur. Sed prosunt duntaxat alijs per exemplum, qui eos intuentur propter peccata maximis, acerbissimisq;, & terribilissimis pœnis omni tempore cruciatos. tanquã exemplum monimentũque, & spectaculum apud inferos in carcere præbentes ĩiustis oĩbus, q ad ea loca descẽdũt.

Arbitror autem in eorum numero, qui solum exempla tradunt plurimos esse tyrannos, reges, potentes, ciuitatũ gubernatores: quippe cum hi ob ipsam peccandi licentiam grauissima prophanissimaq; peccata cõmittant. Attestatur autem nobis Homerus, qui reges, & potentes inducit apud inferos omni

tempore cruciatos. Nempe arduū est o Callicles, ingenti que laude dignum, ut quis in magna peccandi licentia constitutus iustam transigat uitam, paucique tales reperiuntur. Plures autem o uir optime potentum improbi sunt. Idque uiro præ cæteris omnibus meditandum, non ut bonus quidem uideatur, sed ut re uera sit bonus publice, atque priuati.

Platonis conuiuium, uel de Amore, lib. 25,

Phædrus. Magnus est Deus Amor, & apud deos hominesque mirandus, cū propter alia multa, tum maxime propter eius originem. Sed Hesiodus principio chaos extitisse his uerbis asserit, Terra ampla stabilisque semper omnium sedes, atque Amor. Post chaos uidelicet asserens duo hæc extitisse, terram, atque Amorem. Parmenides autem de generatione illius inquit, Ante deos omneis primum generauit Amorem. Duo quidem sunt, quæ à pueritia per omnem uitam ducere illum debēt, qui sit præclare uicturus in rebus turpib⁹ uerecundia, in honestis studium. hæc autem nobis neque genus, neque diuitiæ, neque honores præstare citius ac meli⁹, quàm amor possunt.

Necullus adeo ignauus est, quem amor nō inflāmet, & ad uirtutē diuinū reddat, ut uiro fortissimo par euadat.

Pausanias. Neminem profecto latet absq; amore Venerem nunquam esse. Quare si una esset Venus, unus & Amor. Quoniam uero duæ sunt Veneres, geminum quoq; amorem esse necesse est. Geminam autem deam hanc esse, quis negett? Non'ne una quædam antiquior est, & sine matre Venus cœlo nata, quam cœlestem Venerem nuncupamus. Altera uero iunior è Ioue, & Dione progenita, quam uulgarem communemq; uocamus. Necessarium itaq; Amorem Veneris illius comitem, cœlestem uocari, huius uero uulgarē. Prau9 autem est amator ille uulgaris, qui corpus magis quàm animam amat. Neque stabilis est, cum rem sequatur minime stabilem. Bonorum uero morum amator per omnem uitam in amicitia p̄seuerat, utpote qui rē stabilē sectabatᷣ.

Agatho. Quapropter et iuuenis est, & tener præ cæteris amor: qui etiā aquę instar liquidus est, & lubricus non enī undique per omnem animā circunfluere posset, & clam influere, & effluere clā,

fidurus ac rigidus esset ubicunq; uero floridus, & odorifer est locus, gratissime conquiescit. Amor nec iniuriam infert deo uel hoi, nec à deo uel hoie iniuriam patitur. non enim ipse ui patitur, si quid patitur. Nam uiolentia non tangit amorem, neque ui facit, siquid facit. Quisq; enim sponte amore in singulis paret. Siquidem inter omnes conuenit temperantiã esse libidinib9, et uoluptatibus dominari, nullamq; uoluptatem esse amore potẽtiorem. Quod si uoluptates omnes amorem imbecilliores sunt, ab illo utiq; superantur. Amor itaque quoniam libidinibus, & uoluptatibus dominatur, mirum ĩmodum est temperans. Quod ad fortitudinem præterea, neq; Mars quidem Amori resistit. Neq; enim Mars Amorem, sed Amor Veneris, ut fertur, Martem detinet. Potẽtius autem est quod detinet, quàm quod detinetur. Qui uero cæterorum fortissimo dominatur, omnium absq; dubio fortissimus est iudicandus. Quilibet enim licet antea rudis, Poeta euadit, cum primum amor afflauerit. Exquo perspicue coniectare licet Amorem, peritum esse Poetam omneisq; summatim musicos,

poesis numeros continere. Artium pręterea facultatem non'ne ab hoc deo tradi uidemus, eumq́ hominem, cuius hic est præceptor quauis in arte præcellerē, clarumq́ euadere? contra uero, eũ qui ab amore non tangitur, in obscuro iacere? Sagittãdi nãq;, medendi, & diuinãdi peritiã appetitu, atq; Amorē duce īuenit Apollo, q est Amoris discipulus. Ita mihi uidetur o Phædre amor ipse primum pulcherrimus optimusq; esse, deinde talia quædam cæteris quoque largiri. hic deus est qui pacem largitur hominib9, qui mari tranquillitatem, qui uentis requiem. Mansuetudinem quidem porrigens, exterminans feritatem. beneuolentiæ largitor, maleuolentiæ omnis expulsor. beneficus, spectandus sapientibus, dijs placidus, exoptandus expertibus, & desiderij pater. Bonorum studiosus, malorum spretor. In labore, in timore, in desiderio, in sermone gubernator, pręfectus, adiutor, seruatorq́ præcipuus.

Socrates. Vobis conuiuæ referam sermonem de Amore, quem olim accepi à fatidica muliere Diotima, illa me in amatoria facultate instruxit. Ad

quã ego tunc,qd ais o Diotima inquã? Turpis ne igit̃,ac malus ẽ Amor? Dio. Dic meliora q̃so,an putas necessariũ esse,ut qcqd pulchrũ nõ est,sit turpe? Socrates, Maxime. Diot. Et quod nõ sapiens ignorans? An non aduertisti esse quoddã sapientiæ,& ignorantiæ medium? Socrates. Quid istud? Diot. Recte opinari, hoc est ueri absque certa ratione participem esse. hoc siquidem neque scientia est. Nam sine ratione scientia nunquam, neque ignorantia rursus. Quod enim ueri compos est, ignorãtia nõ uocatur. huiusmodi quiddam est opinio recta inter sapientiam, & ignorantiam medium. Socrates. Vera narras. Diot. Ne cogas igit̃ quod pulchrum õn est,esse turpe·quod ue nõ bonũ, esse malum. Eadem ratione quamuis amorem neq; pulchrũ, neq; bonum esse concedas·non tamen putare debes turpem necessario esse, uel malum, sed inter ista medium. Socrates. At uero in hoc omnes consentiunt magnum esse deum Amorem. Diot. Est Amor appetitio, qua bonum sibi semper esse quis cupit. Quandoqdẽ Amor ẽ appetitio,qua bonũ sibi quisq;

ſemper adeſſe deſiderat. Ex his concluditur amorem immortalitatis quoque deſiderium eſſe. Maxima uero, & omnium præſtantiſſima prudentia eſt, qua ciuilia, & domeſtica gubernantur. Cuius nomen eſt temperantia, atq; iuſtitia. Quiſquis uirtutum huiuſmodi natura plenus eſt & grauidus, ideoq; diuinus. Socra. Tunc ſanè mentis ocul? acute incipit cernere, cum primum corporis oculus defloreſcit.

Phædrus Platonis, uel de Pulchro, lib. 26.

Socrates. Mihi uero ad hæc ociũ non eſt ob eam ô amice cauſam, quia nõdũ queo ſecundum Delphicum præceptũ me ipſum cognoſcer. Ridiculum igitur puto, cum mea ipſe ignorem, aliena perſcrutari uelim.

Nam amatores cum primum libidinẽ expleuerũt, collati beneficij pœnitet.

Qui autem abſq; furore Muſarũ poeticas ad fores accedit, cõfidens arte quadam Poetam ſe bonum euaſurum, inanis ipſe quidem.

Quamobrem o amice, quicunq; ueritatem ignorat, & opinionibus ducitur, dicendi quoq; facultatem, ut uidetur, inertem exhibet, atq; ridiculam.

Quippe si tibi Natura, ut sis orator tribuerit, accedente doctrina, & exercitatione, excellens eris orator: si quid uero tibi horum defuerit, mancus eris.

O amice Pan, & alij omnes, qui locũ hunc colitis dij, date mihi ut pulcher intus efficiar, & quæcunq; extrinsecus habeo, intrinsecus, sint amica. Diuitem autem, sapientem solum existimem. Tantum uero mihi sit auri, quantum nec ferre, nec ducere queat alius nisi uir temperans. Nunquid aliud orandum censes, o Phædre: mihi enim satis est optatum.

Socratis Apologia per Platonem, lib. 27.

Socrates. Sed id ipsum consideretis, huc mentem adhibeatis iustá ne, an iniusta dicam. hoc enim Iudicis officium est, Rhetoris autẽ officium, uera loqui.

Respondebo utiq; uobis, o uiri Athenienses. diligo uos equidem, atq; amo, Deo tamen parere malo quàm uobis.

Nihil enim aliud gentes circumeo, q̃ suadens iunioribus, senioribusq; uestrum, neq; corporum, neq; pecuniarũ, neq; aliarum omnino rerũ curam prius uehementiusq; quàm animi habendã esse: ut quàm optimum sit, docens non ex pecunijs uirtutem, sed ex uirtute pe-

cunias, aliaq; bona omnia, & priuatim, & publice hominibus prouenire.

Id profecto uerissimũ est, & hoc me perimet · si quidem perimat non Melit⁹ neq; Anytus, sed multorũ calumnia & īuidia · quæ quidē alios quoq; uiros bonos peremit hactenus, & (ut arbitror) perimet.

Crito Platonis, uel de eo, quod agendum. lib. 28.

Socra. Nam ego is sum non modo nunc, sed & semper, qui meorum nulli pareã, præter q̃ rationi, quę ratiocinãti mihi optima uideatur.

Non igitur o Vir optime admodũ nobis curandum est, quid de nobis multi loquãtur · sed quid dicatis unus, qui intelligit iusta et iniusta, atq; ipsa ueritas. Atq; si appareat nos iniqua aggredi, ne excogitandum quidē id est: sed mansuete subire decet & mortem, & quoduis aliud supplicium prius, q̃ quicquã agamus inique.

An putas ciuitatē ullam amplius stare posse, ac non subuerti, in qua iudicia publica nullã uĩ habeant?

Vi autē uti nefas est, uel contra matrē, uel contra patrē, maxime uero omniũ contra patriã.

Phædo Platonis, uel de animi immortalitate, uel de anima, lib. 29.

Socrates. Veruntamen id mihi o Cebes, recte apparet dictum, deos quidẽ curã habere nostrum·nos uero hoĩes, unã quãdã ex possessionibus esse deorꝫ.

Non'ne & tẽperantia, cuius plerique aiunt officiũ esse, nequaquã prosternerẽ se libidinibus· sed paruipendere illas, modestiãq́ꝫ seruare, his duntaxat conuenit, qui corpus despiciunt maxime, atqꝫ in philosophia uiuunt.

Est certe o Cebes maxime omniũ ita, ut mihi uidetur: neque nos hęc ipsa quasi decepti confessi sumus, sed re uera reuiuisentia est, atque ex mortuis uiuentes fiunt. Mortuorum'que supersunt animæ, atque bonis quidẽ melius est, malis uero peius.

At mihi neque hæ aues præ dolorẽ uidentur canere, neque cycni: sed qa Phœbo sacri sunt, ut arbitror, diuinatione p̃diti præsagiunt alterius uitæ bona. ideo que cantant alacrius, gestiuntque ea die q̃ꝫ superiori tempore. Atque & ego arbitror me cygnorũ esse conseruũ, eidẽq́ꝫ deo sacrum.

Odium quidẽ contra homines tunc

maximè ſubit, quando alicui nimiū cre dimus abſque arte·putamusq́ ipſum omnino uerū, et ſyncerum, fidumq́ ui rum eſſe·deinde uero mox prauum, in‑fidumq́ deprehendimus.

Nam graue periculum fore putandū eſt, ſiquis neglexerit animam. Si enim mors totius diſſolutio eſſet, nimirum improbi lucrarentur, cum & à corpor̄, & ab eorum prauitate cum anima libe rarentur. Nunc autem cum anima im‑mortalis appareat, nulla ſupereſt malo rum declinatio, nulla ſalus, niſi ut opti‑ma, & prudentiſſima fiat. Nihil enim a‑liud cum migrat ad Manes anima ſecū transfert, pręter eruditionē, atq́ educa tionem.

Qui uero ob ſcelerum magnitudinē, inſanabiles eſſe uidentur·qui uel ſacrile gia multa, & magna, uel cędes iniquas, uel alia horum ſimilia perpetrauerint· hos omnes conueniens ſors mergit in tartarum, unde nunquam egrediuntur.

Qui autem pie præ cæteris uixiſſe in ueniuntur, hi ſunt, qui ex his terrenis, tā quam è carcer̄ ſoluti, atq́ liberati, ad al tiora tranſcendunt, puramq́ ſupra ter‑ram habitant regionem.

Platonis Menexenus, uel de Attica Antiquitate, li. 3o.

Socrates. Videtur Menexene, apud plurimas gentes præclarum esse, in bello occumbere. etenim qui sic è uita migrat, funere, & sepulcro magnificentissimo honoratur. & siue paup. quis ità decedat, laudatione non caret.

Respublica enim, hominum educatio est. bona quidem bonorum, contrariorum uero contraria. Quicunque sapiens aut bonus habetur, dominatur, et imperat.

Oportet igitur uos uerborum nrorum memores, siqd aliud exercetis, cũ uirtute exercere. scientes absque uirtute exercitatiões, & possessiones omnes turpes malasque esse. Diuitię nanque splendorem afferunt nullum, eas cũ ignauia possidẽti.

Neque forma corporis, atque robur timido ac prauo cũ insunt, decorẽ pstãt. Præterea scientia quæuis, remota iustitia, aliaque uirtute non sapiẽtia, sed calliditas esse uidetur.

Ita uero maxime nos quidem superabimur, uos autem superabitis, si ea ratione uitam instituetis. ut Maiorũ gloria non abutamini, neque eam, ut ita dixerimus, expendatis, erogetisque. sciẽtes uiro aliquid esse existimanti, nihil turpius,

posse accideret: quod seipsum honorandũ non propriã ob uirtutẽ, sed propter gloriã superiorũ debere.

Gloria enim parentũ natis præclarus est magnificusq́; thesaurus.

Oĩa uero mortali uiro ad uotum in uita succedere, haud facile est. Atqui si fortẽ forti animo tolerabũt, uidebuntur re uera fortiũ filiorũ parentes, ipsiq́; fortes esse: sin autẽ dolori succũbent, suspicionẽ hoĩbus inferent, ne forte aut parentes nostri minĩe sint, aut qui nos laudibus efferunt, mentiantur.

Hic optime uitã instituit, hic tẽperãs est hic fortis, hic prudens hic siue pecunias nanciscatur ac filios, siue amittat, Prouerbio semper parebit. Nunquam enim nimis aut lætitia exultabit, aut dolore deijcietur, propterea quod ipsi pareat: tales esse & nostros debere iudicamus, & uolumus.

Reipublicæ Platonis, uel de iusto, lib. 1.

Dialogus Primus.

Socrates. Atqui inquã ego o Cephale, ualde quidẽ delector senilibus sermonibus. uidetur enim mihi audire ab his oportere, qui uiã aliquã iã perfecerint. quæ & nobis fortasse peragenda erit, quod

aſpera & difficilis,uel quã facilis ſit.

Et cum Sophocle nonnunquam fui Poeta, qui cum à quodam, quonam pacto in Venereis ſe haberet,interrogaretur, & an poſſet mulieribus admiſceri, ille reſpondit. Bona uerba quæſo,o amice, libentiſſime hæc tanquã furioſum,agreſtẽq; dominũ aufugi.

Quemadmodum enim & Poetæ poemata ſua, & filios patres diligunt: eodem modo qui acquiſiuere pecunias, illis ſtudent tanquam operi ſuo, non ad uſum neceſſitatem'que, ut alij. Ex quo difficilis eorum eſt familiaritas, cum nihil aliud, præter diuitias laudare uelint.

Qui autem nullius iniuriæ ſibi conſcius eſt,huic iucunda ſpes ſemper adeſt,optima ſenectutis nutrix, quẽadmodũ Pindarus ait. Scite nãque ille o Socrates iſtud cecinit,Quicunq; uidelicet iuſte ſanctẽq; uitã exigit,dulcis eũ ſpes comitatur cor nutriens, ſenectutẽq; fouẽs,quæ maxíe hominũ uolubilem gubernat animũ.

Non ergo hæc eſt iuſtitiæ diffinitio, uera dicere,& depoſita reddere.

Polemarchus. Amicũ dicemus eũ,

qui bonus, utilisq́; & uideatur, & sit: eum uero qui uideatur quidem, sed nõ sit·uideri quoque amicum, non tamen amicum esse.

Thrasymacus. At si ego aliã respon sionem de iustitia demonstrauero, præter omneis istas, istisq́; meliorem, qua te dignum pœna putabis? Socrates. Quanam alia, q̃ ea, quæ conuenit igno ranti? Conuenit autem, ut a docto di scat. & ego igitur hoc pati mihi dignũ existimo. Thrasym. Quam facetus.

Socrates. Est autem hæc tyrannis, q̃ non paulatim, sed simul omnia aliena usurpat· & clã, & ui· & sacra, & sancta: & priuata, & publica.

Dialogus Platonis Secũdus de rei publica uel de iusto.

Adimantus. Nos uero respondebimus, nihil magnũ esse facile. Veruntñ si beati esse uolumus, hac eundũ est, qua rationũ uestigia ducunt.

Sed enim apud inferos pœas dabim9 eorũ, quæ hic iniuste cõmiserimus: uel nos, uel nati natoꝶ.

Socrates. An nescis omnis operis maximũ quid principiũ esse præserti iu ueni, tenero cuiq́;·sed quæ in ea ætate o pinionibus accipiuntur, alcius inhære-

re,difficillimeq; eradicari consueuerũt.
Quorũ sorte gratia danda oĩno est opera,ut hæ fabellæ,quas primas audient, optime institutæ ad uirtutẽ sint.

Adimantus. At nullus stultorũ et insanorũ Deo amicus est.

Platonis Dialogus .3. de Republica uel de iusto.

Socrates. Igitur rẽpublicã administrantibus præcipue, siquibus alijs mẽtiri licet,uel honestũ,uel ciuiũ causa ad cõmunẽ ciuitatis utilitatẽ,reliquis aũt, à mendacio abstinendũ est. Sed aduersus huiusmodi,Principẽ priuatim mentiri,maius peccatũ est, quàm ægrotum mentiri erga Medicũ.

Nunquã igitur studio alicui æstimatione digno quis simul incũbet,& imitabitur multa. Neque etiã rapsodi,idest cantores heroicorũ simul esse,& histriones possunt.

Ab ebrietate itaq; ipsis diximus abstinendũ. Vnicuiq; enim magis conceditur,quàm custodi,ut ebrietate grauatus ubi terrarum sit,nesciat.

Glauco. Nẽpe ridiculũ esset,custode indigere custodẽ.

Socrates. Qua propter modesti hoĩes, dũ iuuenes sunt,stolidi esse uidentur et

qui facile ab iniuſtis decipi poſſint, tã quã qui non habeant in ſeipſis eadẽ, q̃ habent improbi affectuum exempla malorum.

Qualis uir eſſet & ſibi & patriæ utiliſſimus, atq; is, qui ſingulis ætatibus ſemper pueritia, adoleſcẽtia, natura, ętate ꝓbat⁹ eſt, et imaculat⁹ exiſtit, cuſtos, & prĩceps eſt ciuitatis conſtituendus.

Honores huic tribuendi & uiuenti, & mortuo, ſepulchrorũ, & aliorũ monimentorum maxima munera ſortienti: qui uero talis non ſit, abijciendus eſt.

Quartus Platonis *dialogus de Iuſto.*

Adimantus. Cuſtodes autẽ legũ & ciuitatis ſi non ſint, ſed appareant, uides'ne, ut omnem ciuitatem ſimul perdant? rurſusq; cuſtodes ipſi bene eã cuſtodiendi, beatã que reddendi ſoli opportunitatẽ habent? Quamobrem ſi ueros ciuitatis cuſtodes q̃rimus, minime eos eligere debemus, q noceant ciuitati.

Socrates. Ornatus quidã eſt tẽperãtia, & à uoluptatibus, cupiditatibusq; quibuſdã (ut perhibent) abſtinentia.

Dialogus Platonis *V. de Iuſto.*

Socrates. Habemus ne ullũ perniciofius ciuitati malũ, q̃ quod eã diuidit,

&ex una plures facit?uel melius quicquã eo, quod ipsam uincit, simul et unã efficit? Ponamus itẽ legẽ hanc custodibus, ut neque dissipent agros, neq; igne ædes absumant.

Nisi philosophi ciuitatibus dominẽtur, uel hi qui nunc Reges potentesq́; dicuntur, legitime sufficienterq́; philosophentur, in idẽque ciuilis potentia, & philosophia cõcurrãt: neq; (qđ nũc fit) à diuersis duo hæc tractentur ingenijs. non erit ciuitati, uel (ut mea fert opinio) hominum generi requies ulla malorum. neque ptius hæc Res publica, quam uerbis exposuimus, orietur pro uiribus, & lumen solis aspiciet.

Quinetiã animaduertisse te arbitror, ꝙ ambitiosi homines si exercitus præfecturam assequi nequeunt, saltem tribuni effici uolunt: ac nisi à magnis, uenetandisq́; hominibus honorentur, honorẽ ab ignobilibus exigunt, utpote qui honorẽ prorsus affectent.

Hominẽ uero ad quamlibet doctrinam degustandam propensiorem ad discendum' que promptissimum, & nexplebiliter inhiantem merito Philoophũ nuncupabimus.

Quare nec ignorantia, neq; cognitio erit opinio.

Platonis Dialogus sextus, de iusto.

Socrates. Non solũ probabile est o amice, sed penitus necessarium eũ qui ex natura ad aliquid amore afficitur, qc quid cognatum & familiare, in amato diligere.

Quicunq; igitur ad disciplinas et cætera talia omni desiderio flagrant, purã ipsius animæ expetunt uoluptatẽ, corporis autẽ oblectamenta despiciunt.

Nempe cui cogitationis adest magnificentia, et totius temporis totiusq; substantiæ cõtẽplatio, humana uita magnũ quid uideri nõ potest.

Est igitur consentaneũ, ut arbitror, naturã optimã, si sub diuersa forma nutriatur, deteriorẽ euadere, q̃ ignauã. Adimantus. Est utiq;. Socrates. Hac itaque ratione dicimus Adimãte, animos præstantissimo ingenio præditos, si male fuerint educati, pessimos fieri. An putas infanda scelera, & extremã nequitiã ex ignauo potius ingenio, quàm generoso educatione corrupto procedere?

Itaq; pauci admodũ restãt homines Adimante, qui digne cum philosophia uersentur:

uerſentur: hi' que ſunt, qui bona indole nati ac bene enutriti, ociũ ad philoſophiã exilio nanciſcuntur.

Platonis Dialogus. 7. de Iuſto.

Socrates. Ciuitas profecto in qua ciues ad expectandos magiſtratus minie ambitioſi ſunt, optime, & procul à ſeditionibus permanet·contra uero, quę aliter affectos habet ciues.

Habes aliquos, qui ciuiles honores ſpernãt, p̃ter ueros Philoſophos? Glauco. Non per Iouẽ. Socrates. Atenim Magiſtratus dandi ſunt hominibus ipeṙ minime cupidis, alioquin ſimultas inter æmulos orietur.

Nã & grauiſſimos hoíes, & fortiſſimos decet eligere, et quoad fieri poteſt, ſpecioſiſſimos. Neque ſolũ quærendi ſunt homines generoſi, et terribiles: ſed qui in ſuper eas habeant Naturæ dotes, q̃s diſciplina hæc exigit. Clauco. Quas Socrates? Acumẽ inquã, felicitatẽque in genĳ oportere ad doctrinarũ perceptionem adeſſe.

Labor enim ac ſomnus, diſciplinis aduerſi ſunt.



Octauus Platonis Dialogus de Iuſto

Socrates. An uis imitantes Homerũ

Musas oremus, ut nobis explicent, qua ratione seditio primum incidat? Verum cum omne quod genitum est, corruptioni sit obnoxium, talis etiam constitutio semper manere nō poterit, sed soluetur.

Quando igitur in ciuitate diuitiæ, ac diuites honorantur, uirtus probiq́ꝫ uiri despiciuntur. Adimantus. Cōstat. Socrates. Incēduntur´que ea studia omnes, quæ in honore sunt, eaq́ꝫ frequentant. Quæ uero nullo honore censent, apud quosq́ꝫ iacere solēt. Atq́ꝫ ita ex uictoriæ honorisq́ꝫ cupidis, quęstus, et pecuniarum auidi tandem efficiuntur. Et diuites quidē uiros laudant, & admirātur, & ad magistratus euehūt, pauperes uero despiciunt. Siquis in nauis gubernatione à census æstimatione gubernatores eligat, pauperē uero licet gubernādi peritiorem haud quaquā admittat, quid ex hoc secuturum censes? Adimantus. Vt male nauem ducant. Socrates. An nō eodem pacto in quouis alio principatu.

Constat itaq́ꝫ impossibile esse in ciuitate diuitias honorare simul, & temperantiam possidere· sed necessariū est ad alterius æstimationē, alterū semper isto

rum negligi. Vbi autem licẽtia, ibi quiſque arbitratu ſuo uitam inſtituet. Niſi forte quis excellenti ſit ingenio præditus, nunquã uir præclarus euadet, niſi à prima pueritia ſtatim honeſtis in ludis uerſetur. Adimantus. Nimia.n.libertas haud in aliud uidetur, quã nimiã i ſeruitutẽ cõuerti et priuati, & publice.

Platonis nonus dialogus de Iuſto.

Socrates. Libertatem uero & amicitiã uerã natura nunꝗ tyrãnica guſtat.

Auarus quidẽ lucri ipſius cõparatione, honoꝝ uel diſciplinarũ oblectamenta nullius exiſtimabit, niſi quid forſan ad argentum conferant.

Homines igitur prudentię uirtutisq́ expertes, et epulis, rebusq́ ſimilibus mãcipati deorſum feruntur·rurſus'que ad medium uſq; perueniunt, & circa hæc per omnem uitam oberrant, ſuper hæc uero emergunt nunquam. Et quod uere ſummum eſt, nequaquam ſuſpiciũt, neq; ad ſupera euehuntur·neq; uera ulla re quandoq; fruũtur, neq; ſtabilẽ purãq; guſtant uoluptatẽ, ſed ueluti pecora humum proni ſpectant, uentrique obediẽtes paſcendo, coeundo ętatẽ conterunt. Próque his rebus uberius,

potiundis,calcibus inter se, & cornib⁹ ferreis,unguibusq́ decertant, sese inuicē ob inexplebilē libidinē trucidantes. utpote qui neq; uerā,et firmā sui partē, neq; ueris pabulis īplent. Glau. Omnino o Socrates, uulgi uitā quasi quodā pandis oraculo.

Socrates. Omni itaq; ratione qui iusta laudat,uera loquitur·qui uero iniusta,mentitur.

Dialogus decimus Platonis de Iusto.

Sucrates. Procul igit̄ a uero est imitator,atq; ut uiderur,propterea oīa potest facere,quia exiguū quiddā cuiusq; attingit simulachrū·quēadmodū pictor pinget nobis coriariū,fabrū,et opifices alios,cū nihil ī artibus his itelligat. Veruntamen si peritus sit pictor,expresseritq́ fabri ipsius imaginē,quā procul ostendat,pueros,dementesq́ hoīes ita decipiet,ut uerus esse faber illis appareat. Cæterū o amice, hoc in huiuscemodi oībus cogitandū· quoties aliqs nobis de hoc ipso nunciat,se uidelicet hoī occurrisse in oībus artib⁹ erudito,pfectissimeq́ præ cæteris intelligenti quæcunque alius quiuis intelligat·huic protin⁹ respondendū, q̄ fatuus est, & in ma-

gnũ quendã præſtigiatorẽ incidit,cuius imitationibus eſt decept⁹ ,ut ſibi uiſus ille ſit in omnibus ſapiẽtiſſimus ex eo, ꝙ ipſe nequeat ſcientiam ab inſcitia,& imitationẽ à re uera diſcernere.

Hæc ſufficienter nobis aſſerta uidentur,imitatores ſcilicet nihil æſtimatione dignũ intelligere de his rebus , quas imitantur·ſed eſſe locũ quendã imitationẽ potius,q̃ rẽ ſeriã.

An ignoras ĩmortalẽ eſſe hominis animã,& ab interitu liberã?

Rurſus de iuſtis hominibus aſſero, pleriq;.n.ipſorꝫ quãuis ad tẽpus ſua uitia celent,tandẽ in curriculi calce,quales ſint deprehenduntur· ridiculi prorſus euadunt,& in ſenio miſeri à peregrinis, & ciuibus obiurgantur, uerberantur'que.

Quãobrẽ omni ſtudio danda opera eſt,ut quiſq; noſtrũ omiſſis cæteris diſciplinis,hanc quærat,aſſequaturq́; pro uiribus diſciplinã, per quã & poſſit,& ſciat uitam bonã à mala diſcernere, & quoad fieri poteſt ex omnibus eligere meliorẽ, Vidimus.n.& uiuenti, & mortuo electionẽ hanc optimã eſſe.

Timæus Platonis,uel de natura,lib.32.

Critias. Ciuitas in Aegypti regione, quam Saim uocant, unde Amasis fuit rex. Vrbis eius fundatrix dea fuit, quam Aegyptij Vithen, Græci Athenam nominant: ipsi porrò homines Athenięsiũ amici sunt, eisq́ gñe quodã coniunctos esse se prędicant. Quo Solõ profectum se honorifice acceptum fuisse referebat. Tunc ex Sacerdotibus quẽdam grandem natu dixisse, O Solon, Solon, Gręci pueri semper estis, nec quisq̃ è Græcia senex. Cui istud diceret percõtante Solone, respõdisse Sacerdotẽ. Quia iuuenis semper uobis est animus, i quo nulla est ex uetustatis cõmemoratione prisca opinio, nulla cana scientia. Vestræ autẽ ciuitates in planitie sitæ impetu fluminum ad maria rapiuntur: sed in hac nostra regione neq; tunc, neq; alias unquã aqua in agros superne descẽdit, contra uero sursum è terræ uisceribus scaturit. quamobrem antiquissimarum rerum apud nos monimenta seruãtur. Proinde ubicunq; nec imbrium tempestas nimia, nec incendium ingens contingit, licet alias plures, alias pauciores, semper tamem homines sunt. Quæcunq; uero à nostris, siue à uestris, siue

aliis nationibus gesta sunt memoratu digna modo ad aures nostrorum peruenerint, nostris in templis descripta seruantur. Apud uos quidem, & alias gẽtes res gestæ nuper literis mouimẽtisq; traduntur: sed certis temporum curriculis illuuies immissa cœlitus omnia populatur: ideo qui succedunt & literis, & Musis orbati sunt: quo fit, ut quasi iuuenes iterum sitis, & rudes, præteritarum rerum prorsus ignari. Nam & ea ipsa quæ modo ex uestris historiis recensebas, à fabulis puerilibus o Solon parum distant: primo quòd unius tantum inundationis memineritis, cum multæ præcessetint. Tunc admiratum Solonem, obnixe Sacerdotes obsecrauisse ait, ut omnia diligenter priscorum ciuium opera reuelarent.

Timæus. Nam cum omnes, qui mentis quoquomodo compotes sunt, in operis cuiuslibet uel magni, uel parui principio inuocare Deum soleant: quanto nos æquius est, de uniuerso siue genitum sit, siue ingenitum disputaturos, nisi forte desipimus, inuocare diuinam opem?

Opificem quidem, & Patrem mundi

inuenire difficile,& cum iã inueneris,p̃dicare,eloqui uulgo impossibile est.

Dicamus igitur quã ob causam ille rerum Author generationẽ, & hoc uniuersum constituit·Bonus erat· Bonus autem,nulla inquam aliqua de re inuidia tangitur·ergo cum liuor ab eo alienissimus esset, omnia sibi quantũ fieri poterãt, simillima fieri uoluit.Fas autẽ neq; erat,neq; est quicquã nisi pulcherrimũ facere eũ,qui optimus est.

Intellectũ uero alicui sine anima dari non posse.hac ratione mentem quidẽ animæ,animam uero corpori dedit·totũq; ita mundũ constituit ut pulcherrimum Naturę opus,optimũq; foret.Dicendũ est hunc mundum animal esse, idq; intelligens, re uera Diuina prouidentia constitutũ.

Ita nempe Diuina arte fabricatus est mundus,ut oĩa in seipso,& à seipso patiatur,& agat. Ratus enim est ille Author mundũ,si sibi ipse sufficiat,præstãtiorẽ fore,q̃ si aliorum adminiculis egeat·nec ei manus necessarias esse duxi, quia neq; capiendum quicquã erat,neque repellendũ.

Dies porrò,& noctes, & menses, &

Timæus. Quàm grata longũ post iter defesso requies, o Socrates, tã mihi post lõgas disputationis ambages dulce silentium.

Debita uero eius qui per ignorãtiam negligentiam'ue aberrauit, pœna est, ut sciens efficiatur, & diligens.

Quamobrẽ ut posthac rectiꝰ de Deorum generatione loquamur, medicinã nobis à Deo medicinarum omnium ꝑfectissimam, saluberrimamq́; dari, scientiam exoptamus.

Hermocrates. Sermonem igitur aggredi forti animo decet, ac Phœbo Musisq́; uocatis, antiquos ciues excellentes uiros summis laudibus illustrare.

Et quęcunq; cõmuni ciuitatis uitæ conueniebant, per domorum institutionem tam in his q̃ in sacris sine auro & argento seruabant·nulla siquidem in re unquã his utebantur.

Multa sanè per sæcula quoad natura illis diuina perseuerauit, legibus obediebant, & erga diuinum genus ipsis cognatum benigne affecti erant. magnifice nanq; illorum animis, & ueræ cogitationes inerant·unde & modestia utebantur, prudentiaq́; & ad ea, quæ acci-

qui bonus, utilisq; & uideatur, & sit: eum uero qui uideatur quidem, sed nõ sit uideri quoque amicum, non tamen amicum esse.

Thrasymacus. At si ego aliã respon sionem de iustitia demonstrauero, præter omneis istas, istisq; meliorem, qua te dignum pœna putabis? Socrates. Quanam alia, quã ea, quæ conuenit igno ranti? Conuenit autem, ut a docto discat. & ego igitur hoc pati mihi dignũ existimo. Thrasym. Quàm facetus.

Socrates. Est autem hæc tyrannis, q̃ non paulatim, sed simul omnia aliena usurpat. & clã, & ui. & sacra, & sancta: & priuata, & publica.

Dialogus Platonis Secũdus de rei publica uel de iusto.

Adimantus. Nos uero respondebimus, nihil magnũ esse facile. Veruntñ si beati esse uolumus, hac eundũ est, qua rationũ uestigia ducunt.

Sed enim apud inferos pœas dabim⁹ eorũ, quæ hic iniuste cõmiserimus: uel nos, uel nati natoꝝ.

Socrates. An nescis omnis operis maximũ quid principiũ esse præserti iu ueni, tenero cuiq;. sed quæ in ea ætate o pinionibus accipiuntur, altius inhære-

re, difficillimeq; eradicari consueuerũt. Quorũ forte gratia danda oĩno est opera, ut hæ fabellæ, quas primas audient, optime institutæ ad uirtutẽ sint.

Adimantus. At nullus stultorũ et insanorũ Deo amicus est.

Platonis Dialogus. 3. de Republica uel de iusto.

Socrates. Igitur rẽpublicã administrantibus præcipue, siquibus alĳs mẽtiri licet, uel honestũ, uel ciuiũ causa ad cõmunẽ ciuitatis utilitatẽ, reliquis aũt, à mendacio abstinendũ est. Sed aduersus huiusmodi, Principẽ priuatim mentiri, maius peccatũ est, quàm ægrotum mentiri erga Medicũ.

Nunquã igitur studio alicui æstimatione digno quis simul incũbet, & imitabitur multa. Neque etiã rapsodi, idest cantores heroicorũ simul esse, & histriones possunt.

Ab ebrietate itaq; ipsis diximus abstinendũ. Vnicuiq; enim magis conceditur, quàm custodi, ut ebrietate grauatus ubi terrarum sit, nesciat.

Glauco. Nẽpe ridiculũ esset, custode indigere custodẽ.

Socrates. Qua propter modesti hoĩes, dũ iuuenes sunt, stolidi esse uidentur et

qui facile ab iniustis decipi possint, tãquã qui non habeant in seipsis eadẽ, q̃ habent improbi affectuum exempla malorum.

Qualis uir esset & sibi & patriæ utilissimus, atq; is, qui singulis ætatibus semper pueritia, adolescẽtia, natura, ĝtate ꝑbat⁹ est, et ĩmaculat⁹ existit custos, & prĩceps est ciuitatis constituendus.

Honores huic tribuendi & uiuenti, & mortuo, sepulchrorũ, & aliorũ monimentorum maxima munera sortienti: qui uero talis non sit, abijciendus est.

Quartus Platonis dialogus de Iusto.

Adimantus. Custodes autẽ legũ & ciuitatis si non sint, sed appareant, uides'ne, ut omnem ciuitatem simul perdant? rursusq; custodes ipsi bene eã custodiendi, beatã que reddendi soli opportunitatẽ habent? Quamobrem si ueros ciuitatis custodes q̃rimus, minime eos eligere debemus, q noceant ciuitati.

Socrates. Ornatus quidã est tẽperãtia, & â uoluptatibus, cupiditatibusq; quibusdã (ut perhibent) abstinentia.

Dialogus Platonis V. de Iusto.

Socrates. Habemus ne ullũ perniciosius ciuitati malũ, q̃ quod eã diuidit,

& ex una plures facit? uel melius quicquã eo, quod ipsam uincit, simul et unã efficit? Ponamus itẽ legẽ hanc custodibus, ut neque dissipent agros, neq; igne ædes absumant.

Nisi philosophi ciuitatibus dominẽtur, uel hi qui nunc Reges potentesq́; dicuntur, legitime sufficienterq́; philosophentur, in idẽque ciuilis potentia, & philosophia cõcurrãt, neq; (qđ nũc fit) à diuersis duo hæc tractentur ingenijs, non erit ciuitati, uel (ut mea fert opinio) hominum generi requies ulla malorum. neque ꝑtius hæc Res publica, quam uerbis exposuimus, orietur pro uiribus, & lumen solis aspiciet.

Quinetiã animaduertisse te arbitror, ꝙ ambitiosi homines si exercitus præfecturam assequi nequeunt, saltem tribuni effici uolunt: ac nisi à magnis, uenerandisq́; hominibus honorentur, honorẽ ab ignobilibus exigunt, utpote qui honorẽ prorsus affectent.

Hominẽ uero ad quamlibet doctrinam degustandam propensiorem addiscendum' que promptissimum, & inexplebiliter inhiantem merito Philosophũ nuncupabimus.

Quare nec ignorantia, neq; cognitio erit opinio.

Platonis Dialogus sextus, de iusto.

Socrates. Non solũ probabile est o amice, sed penitus necessarium eũ qui ex natura ad aliquid amore afficitur, qc quid cognatum & familiare, in amato diligere.

Quicunq; igitur ad disciplinas et cætera talia omni desiderio flagrant, purã ipsius animæ expetunt uoluptatẽ, corporis autẽ oblectamenta despiciunt.

Nempe cui cogitationis adest magnificentia, et totius temporis totiusq; substantiæ cõtẽplatio, humana uita magnũ quid uideri nõ potest.

Est igitur consentaneũ, ut arbitror, naturã optimã, si sub diuersa forma nutriatur, deteriorẽ euadere, q̃ ignauã. Adimantus. Est utiq;. Socrates. Hac itaque ratione dicimus Adimãte, animos præstantissimo ingenio præditos, si male fuerint educati, pessimos fieri. An putas infanda scelera, & extremã nequitiã ex ignauo potius ingenio, quàm generoso educatione corrupto procedere?

Itaq; pauci admodũ restãt homines Adimante, qui digne cum philosophia uersentur.

uerſentur: hi que ſunt, qui bona indole nati ac bene enutriti, ociũ ad philoſophiã exilio nanciſcuntur.

Platonis Dialogus. 7. de Iuſto.

Socrates. Ciuitas profecto in qua ciues ad expectandos magiſtratus minĩe ambitioſi ſunt, optime, & procul à ſeditionibus permanet· contra uero, quę aliter affectos habet ciues.

Habes aliquos, qui ciuiles honores ſpernãt, ꝑter ueros Philoſophos? Glauco. Non per Iouẽ. Socrates. Atenim Magiſtratus dandi ſunt hominibus īperĳ minime cupidis, alioquin ſimultas inter æmulos orietur.

Nã & grauiſſimos hoĩes, & fortiſſimos decet eligere, et quoad fieri poteſt, ſpecioſiſſimos. Neque ſolũ quærendi ſunt homines generoſi, et terribiles: ſed qui in ſuper eas habeant Naturæ dotes, q̃s diſciplina hæc exigit. Clauco. Quas Socrates? Acumẽ inquã, felicitatẽque ingenĳ oportere ad doctrinarũ perceptionem adeſſe.



Labor enim ac ſomnus, diſciplinis aduerſi ſunt.

Octauus Platonis Dialogus de Iuſto

Socrates. An uis imitantes Homerũ

Musas oremus, ut nobis explicent, qua ratione seditio primum incidat? Verum cum omne quod genitum est, corruptioni sit obnoxium, talis etiam constitutio semper manere nō poterit, sed soluetur.

Quando igitur in ciuitate diuitiæ, ac diuites honorantur, uirtus probiq́ uiri despiciuntur. Adimantus. Cōstat. Socrates. Incēduntur'que ea studia omnes, quæ in honore sunt, eaq́ frequentant. Quæ uero nullo honore censent, apud quosq́ iacere solēt. Atq́ ita ex uictoriæ honorisq́ cupidis, quęstus, et pecuniarum auidi tandem efficiuntur. Et diuites quidē uiros laudant, & admirā tur, & ad magistratus euehūt, pauperes uero despiciunt. Siquis in nauis gubernatione à census æstimatione gubernatores eligat, pauperē uero licet gubernādi peritiorem haud quaquā admittat, quid ex hoc secuturum censes? Adimantus. Vt male nauem ducant. Socrates. An nō eodem pacto in quouis alio principatu.

Constat itaq́ impossibile esse in ciuitate diuitias honorare simul, & temperantiam possidere, sed necessariū est ad alterius æstimationē, alterū semper isto

tum negligi. Vbi autem licētia, ibi quisque arbitratu suo uitam instituet. Nisi forte quis excellenti sit ingenio praeditus, nunquã uir praeclarus euadet, nisi à prima pueritia statim honestis in ludis uersetur. Adimantus. Nimia.n.libertas haud in aliud uidetur, quã nimiã ĩ seruitutē cõuerti et priuati, & publice.

Platonis nonus dialogus de Iusto.

Socrates. Libertatem uero & amicitiã uerã natura nunq̃ tyrãnica gustat.

Auarus quidē lucri ipsius cõparatione, honorũ uel disciplinarũ oblectamenta nullius existimabit, nisi quid forsan ad argentum conferant.

Homines igitur prudentię uirtutisq́; expertes, et epulis, rebusq́; similibus mãcipati deorsum feruntur·rursus'que ad medium usq; perueniunt, & circa haec per omnem uitam oberrant, super haec uero emergunt nunquam. Et quod uere summum est, nequaquam suspiciũt, neq; ad supera euehuntur·neq; uera ulla re quandoq; fruũtur, neq; stabilē puraq; gustant uoluptatē, sed ueluti pecora humum proni spectant, uentrique obediētes pascendo, coeundo ętatē conterunt. Pro'que his rebus uberius,

potiundis,calcibus inter se, & cornib⁹ ferreis,unguibusq́; decertant, sese inuicē ob inexplebilē libidinē trucidantes· utpote qui neq; uerā,et firmā sui partē, neq; ueris pabulis īplent.Glau. Omnino o Socrates, uulgi uitā quasi quodā pandis oraculo.

Socrates. Omni itaq; ratione qui iusta laudat,uera loquitur·qui uero iniusta,mentitur.

Dialogus decimus Platonis de Iusto.

Sucrates. Procul igiť à uero est imitator,atq; ut uideretur,propterea oīa potest facere,quia exiguū quiddā cuiusq; attingit simulachrū·quēadmodū pictor pinget nobis coriariū,fabrū,et opifices alios,cū nihil ī artibus his itelligat. Veruntamen si peritus sit pictor,expresseritq́; fabri ipsius imaginē,quā procul ostendat,pueros,dementesq́; hoīes ita decipiet,ut uerus esse faber illis appareat. Cæterū o amice, hoc in huiuscemodi oībus cogitandū · quoties aliqs nobis de hoc ipso nunciat,se uidelicet hoī occurrisse in oībus artib⁹ erudito,pfectissimeq́; præ cæteris intelligenti quæcunque alius quiuis intelligat·huic protin⁹ respondendū, ꝙ fatuus est, & in ma-

gnũ quendã præstigiatorẽ incidit, cuius imitationibus est decept⁹, ut sibi uisus ille sit in omnibus sapiẽtissimus ex eo, ꝙ ipse nequeat scientiam ab inscitia, & imitationẽ à re uera discernere.

Hæc sufficienter nobis asserta uidentur, imitatores scilicet nihil æstimatione dignũ intelligere de his rebus, quas imitantur· sed esse locũ quendã imitationẽ potius, ꝙ̃ rẽ seriã.

An ignoras ĩmortalẽ esse hominis animã, & ab interitu liberã?

Rursus de iustis hominibus assero, pleriq;.n.ipsorũ quãuis ad tẽpus sua uitia celent, tandẽ in curriculi calce, quales sint deprehenduntur· ridiculi prorsus euadunt, & in senio miseri à peregrinis, & ciuibus obiurgantur, uerberantur'que.

Quãobrẽ omni studio danda opera est, ut quisq; nostrũ omissis cæteris disciplinis, hanc quærat, assequaturq; pro uiribus disciplinã, per quã & possit, & sciat uitam bonã à mala discernere, & quoad fieri potest ex omnibus eligere meliorẽ. Vidimus.n. & uiuenti, & mortuo electionẽ hanc optimã esse.

Timæus Platonis, uel de natura, lib. 32.

Critias. Ciuitas in Aegypti regione, quam Saim uocant, unde Amasis fuit rex. Vrbis eius fundatrix dea fuit, quam Aegyptij Vithen, Græci Athenam nominant: ipsi porrò homines Atheniēsiū amici sunt, eisq́ gñe quodā coniunctos esse se prędicant. Quo Solō profectum se honorifice acceptum fuisse referebat. Tunc ex Sacerdotibus quē dam grandem natu dixisse, O Solon, Sólon, Gręci pueri semper estis, nec quisq̃ è Græcia senex. Cui istud diceret per cōtante Solone, respōdisse Sacerdotē. Quia iuuenis semper uobis est animus, i quo nulla est ex uetustatis cōmemoratione prisca opinio, nulla cana scientia. Vestræ autē ciuitates in planitie sitæ impetu fluminum ad maria rapiuntur, sed in hac nostra regione neq; tunc, neq; aliàs unquā aqua in agros superne descēdit, contra uero sursum è terræ uisceribus scaturit. quamobrem antiquissimarum rerum apud nos monimenta seruātur. Proinde ubicunq; nec imbrium tempestas nimia, nec incendium ingens contingit, licet aliàs plures, aliàs paucio res, semper tamen homines sunt. Quæcunq; uero à nostris, siue à uestris, siue

aliȷs nationibus gesta sunt memoratu digna modo ad aures nostrorum peruenerint, nostris in templis descripta seruantur. Apud uos quidem, & alias gẽtes res gestæ nuper literis mouimẽtisq; traduntur: sed certis temporum curriculis illuuies immissa cœlitus omnia populatur: ideo qui succedunt & literis, & Musis orbati sunt: quo fit, ut quasi iuuenes iterum sitis, & rudes, præteritarum rerum prorsus ignari. Nam & ea ipsa quæ modo ex uestris historiȷs recensebas, à fabulis: puerilibus o Solon parum distant: primo quòd unius tantum inundationis memineritis, cum multæ præcesserint. Tunc admiratum Solonem, obnixe Sacerdotes obsecrauisse ait, ut omnia diligenter priscorum ciuium opera reuelarent.

Timæus. Nam cum omnes, qui mentis quoquomodo compotes sunt, in operis cuiuslibet uel magni, uel parui principio inuocare Deum soleant: quanto nos æquius est, de uniuerso siue genitum sit, siue ingenitum disputaturos, nisi forte desipimus, inuocare diuinam opem?

Opificem quidem, & Patrem mundi

Timæus. Quàm grata longũ post iter defesso requies, o Socrates, tã mihi post lõgas disputationis ambages dulce silentium.

Debita uero eius qui per ignorãtiam negligentiam'ue aberrauit, pœna est, ut sciens efficiatur, & diligens.

Quamobrẽ ut posthac recti⁹ de Deorum generatione loquamur, medicinã nobis à Deo medicinarum omnium pfectissimam, saluberrimamq́ dari, scientiam exoptamus.

Hermocrates. Sermonem igitur aggredi forti animo decet, ac Phœbo Musisq́ uocatis, antiquos ciues excellentes uiros summis laudibus illustrare.

Et quęcunq́ cõmuni ciuitatis uitæ conueniebant, per domorum institutionem tam in his q̃ in sacris sine auro & argento seruabant· nulla siquidem in re unquã his utebantur.

Multa sanè per sæcula quoad natura illis diuina perseuerauit, legibus obediebant, & erga diuinum genus ipsis cognatum benigne affecti erant. magnifice nanq́ illorum animis, & ueræ cogitationes inerant· unde & modestia utebantur, prudentiaq́ & ad ea, quæ acci-

debant inuicem. Quo circa spernentes prçter uirtutem omnia, paruifaciebant prçsentia, neqꝫ efferebantur· sed tanquã onus quoddam existimabant auri, cçterorumqꝫ copiam.

Postquam uero diuina sors in eis longo ab usu, crebrisqꝫ mortaliũ rerum affectibus inquinata euanuit, mosqꝫ humanus præualuit· tunc primũ quia nõ possent ferre præsentia, dedecori succubuerunt.

Platonis de legibus, uel de legum latione dialogus Primus, lib. 34.

Atheniensis Hospes. Deum'ne, an aliquem hominum o hospites, condendarum legum causam existimatis? Clinia. Deum, o Hospes, Deum inquam, ut decet asserere.

Clin. Primam o Hospes, & optimam esse dico uictoriam, ut seipsum quis uincat· turpissimum, uero quiddam, & pessimum, ut à seipso uincatur

Atheniensis. Sic enim in Carminibꝰ dixisti, Eos quidem prorsus despicio, qui sanguinolẽtas cędes spectare, cominusqꝫ cũ hoste pugnarẽ nõ audeãt· hinc nos o Tirtęe, eos te laudarẽ collegimꝰ, q̃ in externis bellis gerẽdis p̃ cęteris clareãt.

Teſtẽq́ʒ et nos Poetã habemus Theo gnim Mergarẽſem ciuẽ ex Sicilia, q ait Fidelẽ Virũ oĩ argẽto atqʒ auro ĩ ſeditio ne meliorẽ. Eſt aũt, ut inquit Theognis, fides illa quę maxime ĩ periculis lucet.

Vtrum igitur eum, qui dolore frangi tur, an eum qui uoluptate ſuperatur, de teriorem uocare oportet. Clinia. Eum arbitror, qui ſuperatur a uoluptate.

Clin. Quare nec parcas, ſed libere le ges noſtras reprende. Neqʒ enim turpe eſt diſcere ſiquid non probe ſe habet in quo delinquit.

Athenienſis. Græci omnes ciuitatẽ noſtram, & eloquentiæ ſtudioſam iudi cant, & uerboſam Lacedęmonem uero, atqʒ Cretam alteram breuiloquã alterã intelligentię magis, quã uerboſitati ſtu dentem. Quodq́ʒ uulgo fertur, probos Atheniẽſes, p̃cipue ꝓbos eſſe uere pror ſus mihi dictum uidetur. ſoli enim ſua pte natura, diuina quadã ſorte non coa cti, neqʒ ficti, ſed uere probi ſunt.

Aſſero equidẽ eos, qui p̃ſtantes uiri ĩ aliquo euaſuri ſunt, ab ineunte ſtatim pueritia oportere idipſum tam luden do q̃ʒ ſtudẽdo in ſingulis ad id cõueniẽ tib⁹ meditari. Nẽpe ſiqs pi⁹ Agricola,

debant inuicem. Quo circa ſpernentes prę̨ter uirtutem omnia, paruifaciebant prę̨ſentia, neq; efferebantur· ſed tanquã onus quoddam exiſtimabant auri, cę̨terorumq́; copiam.

Poſtquam uero diuina ſors in eis longo ab uſu, crebrisq́; mortaliũ rerum affectibus inquinata euanuit, mosq́; humanus præualuit· tunc primũ quia nõ poſſent ferre præſentia, dedecori ſuccubuerunt.

Platonis de legibus, uel de legum latione dialogus Primus, lib. 34.

Athenienſis Hoſpes. Deum ne, an aliquem hominum o hoſpites, condendarum legum cauſam exiſtimatis? Clinia. Deum, o Hoſpes, Deum inquam, ut decet aſſerere.

Clin. Primam o Hoſpes, & optimam eſſe dico uictoriam, ut ſeipſum quis uincat· turpiſſimum, uero quiddam, & peſſimum, ut à ſeipſo uincatur

Athenienſis. Sic enim in Carminibꝰ dixiſti, Eos quidem prorſus deſpicio, qui ſanguinolẽtas cę̨des ſpectare, cominusq́; cũ hoſte pugnarẽ nõ audeãt· hinc nos o Tirtę̨e, eos te laudarẽ collegimꝰ, q̃ in externis bellis gerẽdis ꝑ cę̨teris clareãt.

Teſteq́ et nos Poetã habemus Theo gnim Mergarẽſem ciuẽ ex Sicilia, q ait Fidelẽ Virũ oĩ argẽto atq; auro ĩ ſeditio ne meliorẽ. Eſt aũt, ut inquit Theognis, fides illa quę maxime ĩ periculis lucet.

Vtrum igitur eum, qui dolore frangi tur an eum qui uoluptate ſuperatur, de teriorem uocare oportet. Clinia. Eum arbitror, qui ſuperatur a uoluptate.

Clin. Quare nec parcas, ſed libere le ges noſtras reprende. Neq; enim turpe eſt diſcere ſiquid non probe ſe habet in quo delinquit.

Athenienſis. Græci omnes ciuitatẽ noſtram, & eloquentiæ ſtudioſam iudi cant, & uerboſam Lacedęmonem uero, atq; Cretam alteram breuiloquã alterã intelligentię magis, quã uerboſitati ſtu dentem. Quodq; uulgo fertur, probos Atheniẽſes, p̃cipue p̄bos eſſe uere pror ſus mihi dictum uidetur: ſoli enim ſua pte natura, diuina quadã ſorte non coa cti, neq; ficti, ſed uere probi ſunt.

Aſſero equidẽ eos, qui p̄ſtantes uiri ĩ aliquo euaſuri ſunt, ab ineunte ſtatim pueritia oportere idipſum tam luden do q̃ ſtudẽdo in ſingulis ad id cõueniẽ tib⁹ meditari. Nẽpe ſiqs pit⁹ Agricola,

aut Aedificator futurus est, ludentẽ oportet à prima ætate uel colere terram, uel pueriles quasdam domos ædificare, In omnibus enim ludendo conari debemus, ut eò uoluptates, & cupiditates puerorum uertamus quò eos tandem peruenire desideramus. Caput autem disciplinæ, rectã educationem dicim9, quæ ludentis animum ĩ amorem præcipue illius perducit. Cum enim uituperamus, aut laudamus singulorum educationes· dicere solemus disciplina instructum hunc esse, illum disciplinæ expertem· quamuis cauponariam, & nauigandi artem, cæteraq; cuiusmodi optime calleat· Quippe non hanc disciplinã putamus, sed eã, quæ à peritia desiderari, amariq; uirtutem facit· & quidẽ illã qua perfectus quispiam ciuis effectus, iure imperare sciat, atque parere. Hance ducationem, hic sermo solam disciplinã appellandam esse determinat · illã uero q̃ ad colligedã pecuniã, uel ad corporis robur augendũ, uel ad peritiam quandã aliam absque mente, & iustitia conquirendam tendit, mechanicam, atq; illiberalem, & disciplinæ appellatione ducit indignam..

annos, qui ante cœlum non erant, tunc nascente mundo nasci iussit, quæ omnia tẽporis partes sunt.

Quòd siqs educationi, rectæ'que nutritioni disciplinam quoq; & eruditionem conuenientem adiunxerit, morbo grauissimo deuitato, sanus & integer prorsus euadet. sin autẽ neglexerit, claudum uitæ iter ingressus, tanquã mãcus, & omninò inutilis rursus ad inferos decidit. sed hæc quidem post ortum contingunt,

Principio Dĳ figuram capitis ad rotunditatẽ mundi finxere, in eoq;' duos illos animę diuinos circuit⁹ statuerũt. Est autem caput membrũ corporis diuinissimũ, reliquorumq;' membrorum princeps. cui totum corpus connexum Dĳ subesse, & parere iusserunt.

Rerum enim optimarũ, ut arbitror, cognitionẽ nobis oculi attulerunt. Nã hæc quæ de mundo disputantur, nunq; inuenta essent, si neq; sydera, neq; sol, neque cœlũ suspici potuissent. Cognitio uero diei ac noctis ab oculis orta, fecit ut dimensione quadam mensium, annorumq;' ambitus metiremur, tẽpus cognosceremus, uniuersæ naturæ ordinẽ

Animæ uero morbi propter corporis habitum ita nascuntur.

Morbum animæ, dementiã esse censemus genera duo ponimus, insaniam, & imperitiam· quęcunque igitur passio alterutrũ istorum infert oĩ, ægritudo est nuncupanda. Iccirco uoluptates, doloresq́ admodum uehementes, morbos animæ omnium grauissimi iudicandi.

Quisquis enim uel nimia gestit lætitia, uel nimio dolore deprimitur· dum illam auidius, importunius'que adsciscere, hunc uitare obnixe conatur· neque cernere, neque audire recte quicquam potest· sed rabie furit, & in eo habitu constitutus, minime rationis est compos.

Vna demum est ad utrunque salus, & conseruatio, ut neq; aĩa, sine corpore, neq; corpus absq; aĩa moueamus. Quapropter quicunq; mathematicis doctrinis operam dat, aut cuius mentis indagationi uehementius studet· debet etiam motum corporis adhibere, & in gymnastica exercitatione uersari.

Morbi enim nisi periculosissimi sint, pharmacis irritãdi nõ sunt. Quapropter dil·gẽtia uictus corrigẽdi, et gubernãdi

Non'ne hæc ita sunt, in quibus tales sumus? ira, amor, petulantia, inscitia, auaritia, secordia, & ad hæc illa, diuitię, forma, uires? & quęcunque uoluptatis ebrietate quadã homines amentes faciunt.

Platonis dialogus. 2. de legibus, uel de legũ latione.

Atheniensis Hospes. Primum profecto puerorum sensum esse dico uoluptatis, atque doloris: atque hæc duo esse, in quibus primum uirtus, & uitium animo innascuntur. Si cui autem prudentia, & uera opinio, ac stabilis uel senectute affuerint, felix est: perfectus porro' uir est, qui hæc, & quæ in his sunt omnia possidet bona. Disciplinam appello uirtutẽ quæ primo pueris aduenit, si uoluptas, & amor dolorque, & odium in animos influant, antequam ratione moueãtur: & ratione deinde præsente rationi consentiant, propter superiorum bonorum morum cõsuetudinem, hæc ipsa consensio, uniuersa quidem uirtus est. Ipsam uero decentem circa uoluptates & dolores assuetudinem, per quam ab initio usque ad extremum uitæ homines oderint quę odisse oportet, & ament quæ amanda sunt: si per seipsam seorsum ratione consideratam disciplinam uocaueris, recte, ut

ego arbitror, appellabis.

Nam Iudices & prudentiæ, & fortitudinis oportet esse participes·prudentiæ quidē, quia non debet uerus Iudex quæ determinanda iudicio sunt, ab alio discere, & quasi stupefactus tam clamore multorum, ꝙ ignorantia sua ita ferre sententiam· fortitudinis autē, quia nec etiam si per seipsum intelligit, debet propter ignauiam, & formidinem, ex eodē ore, quo iudicaturus Deos inuocauit, desidiose iniquum iudicium promulgare. Non enim ut discipulus, sed ut Magister spectatorum, sicut par est, Iudex sedet pro tribunali. Nunquā ego de illo mentionem faciam, neque uirum appellabo, qui non omnia, quæ bona dicuntur, cū iustitia possideat, atq; disponat.

Principio lege sanciemus, ut pueri usquead duodeuigesimū annū uini usum prorsus ignorent. Nempe eos monebimus, non oportere ignem igni in corp9 atq; animam suggerere, antequā utri effecti subire labores incipiāt. Furiosum nanq; habitū iuuētutis cauere oportet. Gubernatores etiā atq; Iudices munus suū subituros, à uino penitus prohiberem, deliberaturos quoque de rebus nō

omnino negligendis neq; etiã nocte ui ro,uel mulieri,quando liberis operam dare uolũt. Plura etiam referri possent, in quibus homines legis rectæ mentis compotes uino abstinerent.

Dialogus.3.Platonis de legibus,uel de legum latione.

Atheniensis Hospes. In quocunque uero hominum cœtu nec inopia, & nec diuitiæ sunt, huic iustissimi mores aderunt. neque enim ibi contumelia,neque iniuria locum habet.

Diuinum enim Poetarum genus est, Dijs agitur,& sacros cõcinit hymnos. unde uera passim cum Musis,atq; Gratijs tangere solent.

Illud etiam Legislatorib9 multi̾ ſ̃ci piũt,ut leges huiusmodi ferãt,q̃les multitudo & populus libenter suscipiant.

Ego aũt ad unã dicebã solũmodo uirtutem,cum tñ sint quatuor,id respicerẽ respiciendumq; non ad unã tñ, sed omnes. maxime uero ad primã, quæ & cæterarum omnium dux est. hæc uero prudentia est,& intellectus, & opinio unà cum amore et cupiditate ista sequente.

Rationes aũt pro dignitate imperandi,atque parendi quales sunt, & quot. tam in ciuitatibus magnis et paruis,q̃

priuati in domibus similiter sunt. Nonne prima dignitatis recte ratio erit, ut Pater ac Mater, & simpliciter genitores ubique natis imperent? secunda, ut ignobilibus generosi? tertia, ut Iunioribus Seniores? quarta, ut Domini seruis? quinta, ut potentiores dominētur, imbecilliores seruiāt. Maxima uero dignitas sexto loco collocanda est, quā ignorantes quidem sequi iubentur, prudentes autē ducere, atque dominari. Septimum principatum ad sortem aliquam producamus, eum Dei gratia, & felicitate quadam obtingere asserentes, & iustissimū esse ducamus, ut is, quē sors delegerit, imperet, ille uero quā repulerit, pareat.

Neq; oportet in ciuitate excellentes cuiquam conferre honores, quia diuitijs præstet, aut quia uelox, aut formosus, aut robust⁹ sit, si uirtute careat, sed neq; etiam si uirtutem aliam habeat, quā dam, temperantiam uero non habeat. At uero iustitia sine temperantia, originem habere nullam potest.

Oportere itaque dicimus ciuitatem, quæ pro humanis uiribus salua, felixq; futura sit, recte honores distribuere. Recta autem distributio est, ut prima, &

maxime honoranda censeantur animi bona, si adiuncta illis temperantia sit. secundo dignitatis gradu corporis bona ponantur, tertio externa possessio & pecuniæ,

Platonis dialogus. 4. de legibus, uel de legum latione.

Atheniensis Hospes. Nã cum mercibus, & pecunijs cauponando ciuitas repleatur, dolosi animi instabiles & infidos mores parit, unde parũ & ipsa ad seipsam, & ad gentes alias fidem, & amicitiam colit.

Aut siquando naturam Nestoris qs reduxerit, quem & dicendi facundia, & temperantia uitæ multo magis omnib9 excelluisse ferunt. si inquam talis quandoque uir fuit, aut erit, aut nunc inter nos est aliquis, & ipse beate uiuit, & illi quoq; beati sunt, qui fluentia ex ore modesto audiunt uerba. Qui autem aliquarum partium gratia leges cõdunt, eos non ciues, sed seditiosos putamus, & iura sua frustra sic ab eis uocari censemus.

Meritum enim pararum illi Ciuitati uideo, in qua non Lex magistratib9, sed Legi Magistratus præsunt. salutem uero illi, ubi lex seruientibus Magistra

tibus dominatur·cuncta certe bona, q̃ Dij ciuitatibus p̄bent, huic affor̃ cerno.

Qui autem superbia elatus est, ꝗ pecunia, uel honoribus antecellat, uel corporis forma polleat, qua cum iuuenilis animus dementia simul ardeat, & petulātia, quasi nec Principe, nec duce ullo indigeat, sed aliorum ipse sufficiens ductor sit·is penitus a Deo deseritur, desertus autem & alios huiusmodi nactus, exultat omnia simul perturbans·multisq; uidetur minime contemnēdus, breui tamen postea inculpabili Dei punit⁹ iudicio, seipsum, domum suam, ciuitatemq; uniuersam simul euertit. Nemini dubium quin cogitare quisque debeat, qua ratione ex eorum numero sit, qui Deum sequantur·Immoderata uero neque inuicē, neq; moderatis sunt amica.

Deus profecto nobis rerū omniū maxīe sit mēsura, multoq; magis, q̃ quiuis, ut ferunt, hō. Bonū uirū decet sacrificare dijs, & interesse diuinis·nempe illos prosequi orationibus, muneribus, alioq; cultu diuino, pulcherrimum, optimum, cōmodissimum ad uitam beatā· id'que præ cæteris est decorum. Malo autē cōtra contingunt oīa. Impurus e-

nim mali est animus, boni autẽ purus. Ab impuro autem capere munera, neq; bonum uirum, neq; Deum decet.

Non enim magna est eorum copia, qui optimi quàm maxime, & celerrime conentur euadere. Hesiodum uero sapientum multi prædicant, cum dicat Viam ad uitia planam esse, ac sine sudore peragi, cum breuissima sit. Ante uirtutem uero inquit sudorem Dij immortales posuerunt. ac uia, quæ ad eam ducit, longa, ardua, & aspera primum, sed postquàm ad summa fastigia peruentum est, quæ ardua uia fuerat, facilem præstat callem.

Nefas autem est immortalitate seipsum sponte priuare, hac uero ex animo ille se priuat, q Filios & uxorẽ negligit.

Dialogus. 5 Platonis, de legibus, uel de legum latione.

Atheniensis Hosp. Diuinũ. n. bonũ est, honor. Honor autem est, ut totum simul cõplectar, meliora seq. Liberis ergo non auri, sed pudoris multũ oportet relinquere. putamus autẽ uerbis impudentiam iuuenum castigantes id nos facturos. Sed hoc non ex ea castigatione fit, quã Iuuenibus incutiunt dicentes, ꝙ Adolescentem oporteat in omnibus

uerecundum esse. sapiens itaq; Legum lator Senioribus pcipiet potius, ut sint coram iunioribus uerecundi ac summopere caueant, ne quis Iuuenum eos aut uideat, aut audiat agentes turpe aliquid, uel loquentes. Nam ubi Senes minus pudici sunt, necesse est ibi iuuenes impudentissimos esse. Veritas profecto tum Dijs, tum hominibus dux omniū est bonorum · cuius, qui felix, beatusq; futurus est, statim ab initio particeps esse debet, ut in ueritate plurimum tempus uitam agat.

Honorandus certe est, qui nihil iniuriat · qui uero nec alios id facere patiatur, duplici honore. immo etiam magis est honorandus · illi enim uni, hic multis hominibus comparatur.

Est autem hoc, quod dicere solent, quod natura sibi quisq; amicus est · recteq; est ita id se habere. Sed re uera nimi9 in seipsum amor, omnium peccatorum omnibus semper est causa · obcęcatur quippe circa amatū, qui amat. Quapropter qui se amat, cum seipsum magis, q̃ ueritatem honorandum putet · qd iustum, bonum, pulchrum sit, male iudica. Decet sanè eum, qui magnus uir

futurus

furur⁹ eſt,neq; ſeipſum,neq; ſua diligẽ•
ſed iuſta ſemp, ſiue a ſeipſo, ſeu ab alio
quouis gerãt•ex hoc ipſo delicto accidit
oĩbus,ut ignorantiam ſuã eſſe ſapientiã
opinarẽtur.hinc fuit,ut quamuis nihil,
ut ita dicam,ſciamus,ſcire tamem omnia arbitremur.

Diuites autem ualde, ſimulq; ꝓbos
eſſe,impoſſibile•dico autem diuites,ut
multi exiſtimant aſſerentes eos eſſe diuites,qui pauci è multis pecunias pluri
mas poſſident, quas etiã poſſet malus
quilibet poſſidere.quod ſi ita eſt,nunq̃
ego his concedam diuitem, re uera eſſe
felicem,niſi etiam bonus ſit. Fieri uero
non poteſt,ut diuitijs aliquis ſimul præ
ſtet,& probitate.

Dialogus. 6.Platonis, de legibus,uel de legũ latione.

Athenienſis. Hoſpes. Vides enim
eos,q recte Magiſtratus accepturi ſint,
oportere primo ſatis ab adoleſcentia ꝓbatos fuiſſe, tam ipſos q̃ ſuos uſq; ad
ipſam electionem•deinde eos etiam qui
ſuffragia ferunt,legitimis eſſe moribus
educatos,ut facile queant admittendos,
& repellendos cognoſcere, & erga uiros pro dignitate ſe gerere. At uero qui
nuper conuenerunt, cum nec ſe ĩuicem

ſatis cognoſcant, neque adhuc eruditi ſint, quomodo recte unquã Magiſtratus eligere poterunt?

Verus enim priſcus ille ſermo ab æqualitate amicitiam procreari recte admodum, & concinne fertur. Duæ quippe ſunt æqualitates, eodem quidem nomine appellatæ, ſed effectu in multis penè contrariæ. & alterã omnis ciuitas legumq; lator forte diſponendo, poteſt in diſtribuendis honoribus adhibere. eam dico, quæ numero, pondere, & menſura eſt æqualis. Sed ueriſſimã æqualitatem non facile quiuis perſpiciet, Iouis enim iudicium eſt.

Leges autem de rebus diuinis à Delphis petantur, conſtituanturq́; illarũ Interpretes, atq; his utendum. Sacerdotiũ non diuturnius ſit, q̃ annuũ. Nec pauciores annos q̃ ſexaginta natus ſit, qui ſecundum ſacras leges res diuinas ſuffi cienter eſt tractaturus.

Nemo autem Iudex, Magiſtratus'ue ſit, qui geſti officij ſui rationem non referat, præter eos qui Regũ inſtar finẽ rebus imponunt.

Exiſtimare de oĩbus hoĩbus id q̃ſq; debet, q; qui nunq̃ ſeruiunt, is laude di

gnus esse Domin⁹ nunquam poterit. Ideoq́; gloriari quenq́; oportet magis, quòd bene seruiuerit, quàm quòd bene fuerit dominatus. Primum quidē legibus, quibus seruit, Dijs seruit. deinde Senioribus, qui honeste uixerunt.

Quare ut solidus, stabilis, & quietus cōcept⁹ fiat nō oportet corporib⁹ ebrietate diffusis darē operā liberis. qui aūt uino refertus est, tā aīę quàm corporis rabie cōcitat⁹, quouis & trahit et trahit. Iccirco ebrius, tanquam mente captus ad ferendum est inutilis.

Dimidiū mentis Iuppiter illis aufert, qui seruitutis sorti subiecti sunt. Hæc itaq; adeo diuersa de seruis homines cogitantes, alij nihil generi seruorum credūt, sed stimulis atq; uerberibus, quasi ferarū naturam non ter tantum, sed sæpius ministrorum animos seruiles efficiunt. alij contra omnino faciunt. Est autem recta horum educatio, ut nulla ipsis contumelia inferatur, iniuriáque his multo minus, si fieri possit, quàm æqualibus inferenda. Allocutio oīs ad seruos, quodam modo imperiū sit. quod multi stulte faciētes, dū delicati⁹ eos nutriūt, difficiliorē uitā & sibi ad imperandū,

& illis ad obediendum reddunt.

Quicquid enim in ciuitate legis ordinisq; est particeps, cuncta ex eo bene ꝓcedunt. Quæ uero ordine carent, uel male ordinata sunt, ea etiam quę bene sunt ordinata, confundunt.

Fœmina quidem aliud genus hominum est, & differens, nobisq; occultius & uersutius natura est, propter imbecillitatem· atq; ita minus ordinari potest.

Platonis dialogus. 7. de legibus uel de legum latione.

Atheniensis Hospes. Iã uero recte alis dictum est, existimandum esse rectam educationem posse & corpus, & animũ ꝙ pulcherima & optima reddere.

Nobis profecto uidentur deliciæ, difficiles, morosos, iracundos, & leui de cã excitabundos, Iuuenum mores efficer.

Ego ṽo nisi uererer, ne forte iocari uobis uidear, dicerẽ utiq; grauidas etiam mulieres maxime omniũ illo anno ita regendas esse ut nec ad uoluptates multas, furiosasq; ferantur, neq; doloribus agitentur· sed tranquillam, pacatamq;, & mitem uitam agant. Decens est, eos ciues laudibus exornare, qui cesserunt è uita corporis uel animi uiribus, res arduas præclarasq; gesserint, & legib⁹

libenter paruerint.

Viuentes autem adhuc laudibus, hymnisq́; honorare tutum non eſt, prius ꝙ uita functus quiſpiam finem uiuēdi præclarum fecerit. hæc omnia uiris mulieribusq́; uirtute inſignibus cōmunia ſint. Nemo quidem dū dormit, alicuius pretij eſt, non magis ꝙ ſi non uiueret. Quare quicunq; uiuere, & ſapere cupit maxime, ꝙ longiſſimo tēpore uigilet, ſola ſanitatis cōmoditate ſeruata.

Quoniam uero nec pecudes, nec alia prorſus ulla ſine paſtore uiuere debēt, nec Pueri etiam ſine Pędagogis ſint, neque absq; Dominis ſerui. Eſt autem Puer, omni beſtia intractabilior. nam cum prudentiæ fontem nondum perfectū habeat, inſidioſiſſimus eſt acerrimuſq́; & petulantiſſimus omniū beſtiarum. ideo multis quaſi fręnis uincendus eſt.

Platonis dialogus. 8. de legibus, uel de legum latione.

Athenienſis Hoſpes. Nam artes, & ſtudia quæ ad lucrum conducunt, libētiſſime cōplectuntur omnes, cętera ſpernunt. hæc igitur una cauſa eſt, ne ciues id, aut aliud quicquam honeſtum, bonumq́; officiū curent. ſed inſatiabili auri, & argenti cupiditate & honeſta pari

ter & inhonesta artificia complectant. & quoduis agant, seu fas, siue nefas id habeatur, ut pecunias cumulent, quib⁹ subministrantibus ueluti pecora uentri ac Veneri seruiant. Nemo generosas, liberasq; mulieres, præter Vxorē audeat tāgere, nec ullus nothos ex concubina suscipiat, nec infœcundos mariū agros præter naturā serat.

Duas uero artes, aut studia duo diligenter exercere humana natura non potest, Nemo ēt satis pōt arti quidē uni uacare, & alterius artis opifici præsidere.

Dialogus Platonis.9.de legibus, uel de legum latione.

Atheniensis Hospes. Profecto legum optimarum officium esse dicimns ita animos hominū instituere, ut oderint iniustitiā iusti uero naturam uel diligant, uel saltē non oderint siue operibus, seu uerbis legislator id assequatur seu uoluptate, siue dolore uel honore, uel infamia aut pecunia mulctādo, aut donis, aut alio quouis modo id faciat. Quos uero insanabiles Legislator esse senserit, ultimo supplicio hos afficiet nā horum exēplo, à peccato cæteri deterrent. Quippe tā Græci, q̃ Barbari, diuitias cum tertium bonorum teneant locum,

in primo ponunt· atq; hac sententia seipsos simul,& posteros perdunt. Optime sanè et pulcherrime uiueremus,si uera de diuitijs sententia ubiq; prædicaretur. Ea est,quòd diuitiæ,còrporis gratia sint·corpus autem,animi gratia. Quare cum bona ea sint,quorum gratia possidendæ diuitiæ sunt,tertiũ gradum post uirtutẽ animi corporisq; tenebunt. Hęc ergo ratio nos tanquam Magistra docebit,nõ oportere hominem qui felix futurus sit, diuitias quomodocunque, sed cum iustitia & temperantia q̃rere.

Mors autem ultimum non est,sed extrema magis sunt inferorum supplicia· quæ licet uerissime narrentur, auertere tamẽ huiusmodi animos nequeunt. quoniam si auerterẽt,nulli qui parentes scelerate pulsarent, unquam reperirentur.

Decimus Platonis dialogus de legibus, uel de legum latione.

Atheniensis Hospes. Res omnes nõ nulli aiunt,q̃ fiunt,q̃ futuræ, quæq; factæ sunt uel Natura,uel Fortuna,uel arte fieri. Màxima dicunt,Natura Fortunaʹque fieri·arte uero. minora·eamʹque dicunt accepta à Natura magnorum primorumʹque operum generatione

fingere,fabricareq; minora omnia,quæ artificiosa ab omnibus appellãtur. Cũ igitur maxime leges ab improbis homi nibus corrumpantur, cuius nã magis quàm legum latoris officium est, auxi lium ferre?

Solis quidem corpus omnes homines uident,animam nemo·nec etiam al terius aīaliũ corporis,nec uiui nec mor tui·idq́; genus cum nullo corporis sensu percipiatur,sola mente cõprehendit.

Non erit forsan difficile demonstrare Deos non minus minimarũ rerum, q̃ maximarũ curã hr̃e cũ p̃sertim pauloan te dictum fuerit,eos omni uirtute refertos,prouidentiam omniũ sibi propriã uendicare.

Anima ṽo,q̃ uirtutis maioris, uel ui tij cõpos est·quãdo propria uoluntate, & assidua consuetudine uehementius p mutata,diuinæ uirtuti adhæsit, talisq́; præcipue facta est,in locum similiter lõ ge meliorem sanctumq́; transfertur·q̃ uero contrario modo affecta est, in con trarium translata uitam peragit. Quare nec tu,nec alius ullus optet, confidatq́; se adeo felicem fore,ut iudiciũ hoc Deo rum effugiat,atq; exuperet.

Platonis Dialogus.9.de legibus, uel de legum latione.

Atheniensis Hospes. Nemo Dijs inuocatis, mendaciũ dicat, aut decipiat: aut adulterare uerbo, uel re quicquam audeat, nisi Deo uelit odio esse. cui quidẽ primum odio est, qui falso iurãs, Deos paruipendit: deinde, qui corám maioribus se mentitur.

Honorentur boni uiri, qui aut fortitudine, aut bellica quadam peritia ciuitatem totam seruauerint. Et maximi honores illis primo attribuantur, qui bonorum legum Conditorum leges præcipue coluerunt.

Parentes negliger- nec Deus, nec homo mentis cõpos alicui unq̃ cõsulet. Pœnis uero maligni uexantur, non q̃a peccauerint: nam quod factum est, infectum esse non potest: sed ut posthac & peccatores ipsi, & qui puniri iniquitates uiderunt, iniustitiam oderint, aut saltem minus in simili uitio peccent. De cõuitio igitur hęc una omnibus Lex ponatur, Nemo in aliquẽ conuitietur. Sed quicunque cum alio de re quapiam ambigit, discat potius, doceatq́ tam ambigentem, q̃ præsentes ita, ut omni conuitio prorsus abstineat. Cum enim sibi in

uicem uerbis turpibus maledicunt, mulieres habētur. Et in primis ex uerbis, quæ certe leuissima res est, odia grauissima, & inimicitiæ sæpe nascuntur.

Platonis dialogus .12. de legibus, uel de legum latione.

Atheniensis Hospes. Nihil enim hac re melius, nihil pstantius, nihil artificiosius unquā erit ad salutē, & uictoriam bello acquirēdam. hoc ipsum etiā in pace ab ipsa pueritia seruent, assuescantq́ alios ducere, & ab aliis duci. Soluta. n. licentia, è uitapenitus expellatur.

Existunt uel in uulgo, & multitudine homines quidam diuini, quāuis pauci, attamen digni quibus cum consuetudinem habeas. hi nō magis in bene gubernatis ciuitatibus, q̄ in aliis oriunť.

Ac re uera unusquisq; nostrū, animā ipsam immortalē esse credat: eamq́; ad Deos alios proficisci, rationemq́; suorum operum reddituram. in quo certe bonis uiris confidendū esse, malis autem formidandū.

Vt neminem unquam Custodem legum eligamus, aut cæteris uirtute anteponamus, nisi diuinus sit, diuinisq́; studiis operam dederit. Clinia. Par est igitur, ut ais, siquis in re diuina tardus, &

ineptus sit,ut is longe à rebus pulcherri mis arceatur.

Platonis Epinomis, id est legum appendix,uel Philosophus.lib. 35.

Atheniensis Hospes. Multi.n.flucti bus huius uitæ iactati,illud prædicant, humanū genus felix, atq; beatū esse nō posse.horū nihil hominē imitationi de ditū sapiētē reddit.Imitatione uero sub lata,artes illæ restant,q̄ in ferendo auxi lio uersari uidentur·hæ quidē multæ & uariæ sunt, sed oībus bellatrix,q̄ ĩpera toriā uocāt,excellit·hæc summopere,p pter usum probatur,sed felicitate maxi me indiget, & fortitudine magis natu rali,q̄ sapientia perficitur.Nautas quin etiā,gubernatoresq; ferre auxiliū nō ne gabimus,nec tñ eorū quenquā sapientē uocari ab aliquo permittemus. Neq; ēt sapientes eos dici uolumus,qui litigan tibus dicendi uiribus adsunt. Quippe cū memoria & usu opinionis moribus se accomodent,& à ueræ iustitiæ intelli gentia procul aberrēt. hęc enim omnia alij naturā,alij sapientiā,alij Naturæ so lertiā nuncupabunt· sed nullus mentis cōpos,uere sapientem propter hæc esse quenquā concedet.

Antiquiorem omni corpore omnem animam esse, num recordamini? Nam quod melius id et antiquius, atque quod diuinius est, id inferiore ac uiliore prius est. Et similiter Dux ducto, & Princeps subiecto natura prius.

Vera enim sapientia hac ratione quodam modo illi apparet, qui uel modicũ quid rectæ diuinæque intelligentiæ nactus est. Dubitandum non est, quin bonus uir, sapiens sit dicendus. Nam qui diuini modestiq; simul, alijsq; uirtutibus Natura præditi sunt, ijs solummodo satis ad felicitatem oĩa se habere uidentur. his igitur, qui ita & priuatim, et publice in his elaborarunt, cum ad senectam peruenerint, maximos tradi magistratus iubemus.

LIBER XXXVI. PLATOnis Epistolarum Duodecim.

Dio Syracusanus, Dionysio bene agere. Epistola I.

Meminisse autem te uolo, & alios Tragicos plurimos, cum tyrannum aliquem pereuntem inducunt, huiusmodi illi uoces attribuere, Heu miser, pereo nullis fultus amicis. Auri uero defectu pereuntem aliquem, nullus adhuc retulit Poetarum.

Illud quoque poeticam mentem habentibus ualde probatur, Non auri fulgor, in misera mortalium uita rarissimi non adamas, non argēteæ mensæ, quæ apud homines habentur in pretio, ita oculis coruscant: neq; lati fundi, aut pinguia culta, tantum ualent ad uitam, quantum mens bonorum uirorum cōsentiens.

Plato, Dionysio iuniori salutem. Epistola. 2.

Nunc autem in hoc duntaxat magnus sum, quòd meipsum presto rationi meę obedientem.

Quocirca non est negligendum à nobis, sed cura habenda temporis subsequentis. Fit enim natura quadam, ut

ignauissimi homines nihil curent, quæ sit de ipsis futura opinio. Probatissimi autem uiri cuncta faciant, quo in futuris seculis bene de se loquentes homines audiant. Quã ego coniecturã facio esse aliquẽ sensũ ijs, q mortui sunt, rerũ nostrarum· quoniam optimi animi sic forte diuinant, deterrimi autem nequaquã. Validiora uero sunt diuinorũ uirorũ præsagia, q̃ aliorũ.

Plato, Dionysio felicitatem. Epistola. 3.

Conspexerã enim iampridẽ, & nunc etiam perspicio opes tam priuatorũ, q̃ Principũ, quãto maiores sunt·tanto magis insidiatores & turpium noxiarũq; uoluptatum machinatores nutrire·quo nihil perniciosius gignit opulentia, atq; potestas.

Plato, Dioni Syracusano bene agere. Epistola. 4.

Itaq; constare omnibus debet, tales nos esse quales uideri uolumus.

Rerũ uero tuarum status huiusmodi est. ut ex uniuerso (ut ita dixerim) terrarum orbe unum in locum, & in illo ipso, in te unum maxime oculi omnium sint conuersi. Tanquam igitur subiectus oculis, spectatusq; ab omnibus, conare Lycurgum illum antiquum exprimerẽ,

& Cyrum, & ſiquis alius uideatur unquam moribus, & publicis inſtitutis excelluiſſe.

Memẽto igĩt neceſſariã eſſe ad res agẽdas hominũ beneuolẽtiã. Auſteritas uero, ſolitudinẽ amicorum parit.

Dio, Perdicæ ſalutem. Epiſtola. 5.

Eſt enim alia popularis, alia paucorum, alia unius gubernatio.

Plato, Hermiæ, Eraſto, & corſico, bene agere. Epiſt. 6.

Vtendũq; uobis pacto, & lege certa, etiã iureiurando, ut æquũ eſt, interpoſito, non ſine eleganti ſtudio, atq; ſtudij ſorore diſciplina, teſtãdo Deũ rerum oĩũ ducẽ præſentiũ, & futurarum, ac ducis & cauſæ dominũ, quẽ ſi uere philoſophemur, cognoſcemus apte oẽs, quatenus felicis hominis natura poteſt attingere.

Plato, Dionis propinquis, & amicis, felicitatẽ. Epi. 7.

Equidẽ Adoleſcens dũ eſſem, eandẽ, quam pleriq; habui cupiditatem. Statuerã enim cũ primũ mei ipſius cõpos factus eſſem, ad Rẽpublicã me cõferre.

Tandem uero compertum eſt mihi, Reſpublicas omnes quæ nunc ſunt improbe gubernari. Nam quantum ad leges attinet, inſanabiliter fermè ſe hẽnt, nullo ĩſtituto mirabili ſed fortuna

quadam uiuentes.

Itaq; non prius desinere humanum genus in malis uersari, quàm aut homines recte, uereq; philosophantes rerum publicarum gubernationem adepti fuerint, aut hi qui gubernant, diuina quadam sorte uere philosophẽtur. Hac ego mente Italiam Siciliámque adiui, ego cum peruenissem ad uitam illam, quã beatam uocant, Italicarum Syracusanarumq; mensarum plenam, nullo modo probaui, bis ualet in die saturum fieri, & nocte nunquam iacere solum, & cætera, quę uitam hominis subsequuntur. Nemo enim omniũ, qui sub cœlo sunt, si in huiusmodi moribus ab adolescentia nutriatur, quamuis natura mirabili sit, unquam tamen prudens euadet, tẽperatus certe esse nunquam curabit, eademq; erit de cæteris uirtutibus ratio.

Ciuitas autem nulla legum ullarum potentia quiescerte poterit, si cuncta ad superfluos sumptus erogãda ciues existiment, cęterisq; posthabitis omnibus, cõuiuijs duntaxat & Venereis oblecta mentis obnixe putent operã ĩpendẽdã.

Preces autem tyrannorum necessitati permistas esse non ignoramus.

Dionysius autẽ carebat Amicis, fidisq; hominibus · quo nullum maius est argumentum uel improbitatis, si desin t uel probitatis, si adsint.

Et nanque uiro, qui præclarissima sibi patriæ affectat, nihil unquam nisi rectum, pulchrumq; potest accidere.

Nec uero quisquam nostrum natus est immortalis, neq; sicui id cõtigerit, esset is propterea felix, ut uulgo uidet. Credẽdum est etiam semper antiquis sacrisq; uerbis, quæ nobis nunciant immortalem esse animam, iudicesq; habere, suppliciaq; pati maxima, postquam à corpore fuerit separata. Quamobrem: minus malum existimandum est, perpeti grauissimas iniurias à delinquentibus illatas, quã inferre.

Neq; ciuitatem, neq; hominem unquã fore felicem, nisi & cũ prudentia, & sub iustitia uixerit· siue p se illas possideat, siue sub sanctorum Principium morib⁹ rite educetur, atq; erudiatur.

Et quod pessimum est, ignorantis audacia· ex qua mala omnibus omnia & radicibus hærent, & pullulant.

Quamobrẽ qui tanquam potentiores rempublicam tenent, si salutem ex-

optãt, ipsi inter se eligere, atq; in honore præferre eos debent, quos esse audiuerit optimos.

At uero qui non sunt re uera sapientiæ amatores, sed opinionibus dũtaxat extrinsecus colorati, instar eorũ qui sub sole utuntur, atq; colorantur. cũ audiuerint q̃ discẽda sint, quãto labor, q̃ quotidiani uictus tẽperãtia philosophiæ studijs necessaria, rem protinus sibi durã impossibilemq; rati, ut operã dent, adduci non possunt,

Pleriq; uero sibimet parsuadent, sufficiẽter se omnia iã audiuisse, neq; studio prorsus ullo ulterius indigere.

Plato, Dionis propinquis, & amicis felicitatẽ. Epist. 8.

At uero nequaq̃ id facile est, ut qui multa alijs inferunt damna, ipsi nõ multa uicissim ab alijs patiantur.

Omnibus enim in rebus & dicẽdis, et cogitandis, principiũ semper à Dijs est faciendum.

Seruitus enim, & libertas si modũ excedat, utraq; mala est. si modum obseruet, utraq; bona. Moderata quidẽ seruitus est, quæ Deo exhibetur. ĩmoderata, quæ hoĩbus. Deus qdẽ hoĩbus tẽperatis, lex est. intẽperatis uero, uoluptas.

Sed cum tria sint, anima,corpus,pecunia,uirtutem animi maxime anteponāt·secundo uero loco,uirtutē corporis uirtuti animi seruientē·tertio ultimoq; gradu pecuniarũ pretiũ collocent, animo,corporiq; ministrans.quęcunq; lex hæc efficit,recta est,re uera beatitudinē utentibus afferens.

Locupletes uero beatos appellare,sermo amēs est,& infelix,mulieribus,puerisq; cōueniens:atq; eos, q id credunt, tales efficiens.

Plato, Architæ Tarentino bene agere. Epistola.9.

Sed illud quoq; te considerare oportet.nullũ nostrũ sibi soli natũ esse· Sed ortus nostri sibi patriam uendicare,partem parentes,partē amicos·multa insuper pro tēporum diuersitate nobis accidere,quibus uita nostra occupata est.

Plato Aristodoro salutem. Epistola.10.

Nam firmitatem,fidē, synceritatē,uerã esse philosophiam existimo·alias uero & ad alia declinantes scientias, & facultates,siquis ornamēta dixerit,recte, ut arbitror,appellabit.

Plato, Laodamanti felicitatem. Epistola.11.

Nam si putant aliqui legum quarũlibet positione ciuitatē bene quãdoq; cō-

ſtitui poſſe, niſi ſit aliquis cum autho ritate præſidens ciuitati, quotidianæ omnium uitæ moderator adeo, ut ſit tẽ perata & fortis, tam in ſeruis, quàm in liberis, non recte putant.

Plato, Architæ Tarentino bene agere. Epiſtola. 12.

In hac Duodecima & ultima Platonis Epiſtola gẽmarũ nihil inueni, quod auido Lectori tradendum putarem.

ARISTOTELIS LIBRI DE POETICA.

LIBRI PRIMI.



RS poetica, est ars rationalis.

Animus uirtutis studiosus, & nobilis adinuenit artem carminũ ad laudãdum bona: ad uituperandum uero, uitiosa.

Bonitas artis laudandi, consistit in metro prolixo, & non curto.

Cõpositor metrorũ, in naturalibus potius denominãdus est Author sermonũ, q̃ Poeta.

Doctrina, naturaliter procedit de homine ad hominẽ secundũ operationes, quas habet Doctor ad Discipulũ.

Exẽplis utimur in dicendo, ut facilius intelligatur illud, quod dicitur.

Homo, naturaliter delectatur symphonia, & metro.

Oĩs oratio poetica, uel est laudatio, uel uituperatio.

Secundi libri.

Ira, est tristitia, et perturbatio quædã in uehementi appetitu uindictæ.

In infirmo, est continua tristitia, & moe ror inconsolabilis.

Locus optimus in bello, est medius. Quia fortes, tenent locũ mediũ inter audaces, & timidos.

Oĩs sermo, si breuior fuerit, ꝙ oporteat, obscurat intellectũ. si longior, difficilis erit retẽtioni, et discipulo obliuionem inducit.

Oportet ut ars in hoc naturã imitetur, ut oĩa quæ agit, agat propter finẽ.

Rebus non existentibus in natura, non imponuntur nomina, nisi raro.

Res quarũ natura est, ut casu accidant, mirabiles existunt.

Totũ, & cõpletũ est, quod habet principium, medium, & finem.

Commentator.

Ars in inferno, continua tristitia, & moeror inconsolabilis.

In quolibet genere est aliquod bonũ, licet in eo inueniantur aliqua nõ bona.

Litera, est simplicium eorum, quæ locutionem constituunt.

Nullus intantum lædit, & cõtristat propter malum illatum ab inimicis, quantũ tristat malo illato ab Amicis.

Propter consuetudines malas et peruersas, nullus laudatur.

Quod non credit quis,non mouet eum ad timendum,uel sperandum.

Qui beneficia inuenit,cõpedes inuenit.

Res non est stabilis,quæ cum fluxu huius temporis est fluxibilis.

Suaue est, homini,quod consueuit totã uita sua.

Aristotelis Rhetoricorum,lib.3. Libri Primi.

Amor,& odium,et proprium cõmodũ faciunt sæpe Iudicẽ nõ cognoscer̃ uerũ.

A similibus similia non licet fieri.

Addiscere aliquid,delectabile est.

Bonum est,cuius contrarium est malũ.

Consilium,nõ est de fine sed de his,quæ sunt ad finem,

De necessarijs,& impossibilibus, non consultamus sed de contingentibus et aliter se habere potentibus,quæ in nostra potestate sunt.

Diligere,delectabile est. Quia nullus amat eũ,qui non delectatur ipso.

Exercitium,in q̃pluribus conseruat sanitatem.

Facilius est,habere unũ,uel paucos bene sapientes,q̃ multos.

Facilia sunt, quæcunq; sine tristitia,& in modico tempore fiunt.

Honor, est benefacti, ac operationis,

signũ. Et non solũ honorantur illi, qui beneficia præstiterunt, sed & qui dare possunt.

Iustũ est, facere gratiã ei, q gratiã facit.

Iustũ est, auxiliari Amicis.

Laus est sermo elucidans magnitudinẽ uirtutũ.

Multi uirtutibus corporis longæui inueniuntur,

Multa quæ naturaliter nõ sunt delectabilia, cũ assuefacta fuerint, delectabilia fiunt.

Nulla ars considerat particulare, quia ea sunt infinita, & non scibilia.

Nobilitas singularis est, quæ à uiris ac mulieribus fit ꝑpter diuitias, uel uirtutes, uel ꝑpter aliquid aliud, propter quod homo honoratur.

Nobilitas Gẽtis, & ciuitatis, ẽ sui iuris antiquos esse & Pręsides, Principes, & multos insignes ex istis prodijsse.

Omnia bonũ appetunt.

Omne consuetũ, est delectabile.

Pulchrius est, esse amatorẽ sociorꝫ, ꝙ pecuniæ.

Quod consuetũ est, uelut innatũ est.

Quicquid fuerit superabũdãti⁹, & maius, ꝙ esse debebat, hoc est malũ.

Rhetorica,

Rhetorica,eſt aſſecutiua dialecticæ.
Rhetorica,docet uera & iuſta perſuadere,& horum contraria fugere.
Simpliciter,ad ſimpliciter·magis;ad magis·maximũ,ad maximum. & cõtra.
Subtiliter uidere,melius eſt,quàm odorare.
.Quia uiſus,melior eſt odoratu.
Si eſt turpe, non poſſe defendere ſe corpore· turpius eſt, non poſſe defendere ſe ſermone.
Si per plura dictum fuerit,magis planũ erit,quod dicitur.
Sine cauſa,& principio, impoſſibile eſt aliquid eſſe,uel fieri.

Libri ſecundi.

Ad omnẽ iram ſequitur delectatio, propter ſpem puniendi.
Amare, eſt alicui uelle bona, gr̃a ipſius.
Amicus eſt,q amat,& ecõuerſo amat̃.
Amicus,gaudet bonis, & condolet triſtibus Amici ſui.
Aliena tanquam propria narrare,iactãtia eſt,
Ira,eſt factiua inimicitiæ,& odij.
Impie agunt,q dicũt deos fieri,& mori.
Ira,eſt appetitus punitionis,propter apparentẽ paruipenſionem ſui,uel ſuorum.
Laudare præſentem,adulatoris eſt.

Mansuetudo, est quietatio iræ.
Manifesta negare, irreuerentia est.
Multi sunt, qui indigent habentibus.
Nullus seipsum paruipendit.
Nobilitas, est progenitorum.
Nihil est sine causa.
Obliuio, signum est paruipensionis, & ideo factiua iræ.
Omne erubescibile est.
Omnis fur, malignus est.
Peiores sunt nuper ditati, quàm ditat ab antiquo.
Siquis in philosophia honoratus, irascitur ei, qui despicit eam.
Seruos negantes, & contradicentes magis flagellamus.
Signa uoluntatis sunt, delectationes, & tristitiæ.
Separari ab Amicis, & cõsuetis, mirabile est.
Tempus, quietat iram.
Turpe est ignorare, quod omnibus scire conuenit.
Vbi Præses fuerit philosophus, ibi ciuitas est felix.

Libri tertii.

Contraria iuxta se posita, magis elucescunt.

De futuris, non est determinatio, sed de factis.
Honestas, & turpitudo nominis, uel est in signato, uel signo.
Infinitum, non est scibile.
Intellectus, est lumen, quod Deus infundit animæ.
Omnia, terminantur numero.
Omnem transferentem oportet, trasferre à similibus, & manifestis.
Oportet dare uiã animæ auditoris, quæ fit per procemiũ.
Procemiũ, est principiũ orationis.
Procemiũ, se habet in oratione sicut prę ludiũ, in fistulis.
Procemiũ, auditores debet facere dociles, attentos, & beneuolos.
Quod admirabile est, delectabile est.
Qui spoliant mortuos, assimulantur canibus, qui mordent lapides.
Qđ breuius est, semp̃ est delectabilius.

Porphyrii, Vniuersalium Liber.

Scire quid sit unumquodque quinque uniuersalium, est utile ad scientiam decem prædicamentorum.

Capitis, de genere.

Genus, & species, non dicuntur solum uno modo.

Genus est,quod prædicatur de plurib⁹ differentibus specie in quid.

Patria,est principium rei, quemadmodũ & Pater.

Socrates,de uno solo prædicatur.

Capitis,de specie.

Diuisio generis, semper est in plures species.

Generalissimum est,supra quod nõ est aliud genus.

Generalissima,sunt decem.

Indiuidua,sunt infinita.

Infinita, secundũ Platonẽ relinquenda sunt ab arte·eorũ enim non fieri potest disciplina.

Indiuiduũ,quibusdã proprietatibus cõstat,quarum collectionẽ in alio inueniri,est impossibile.

Necesse,est in rationibus generis & speciei utrisq;.

Participatione speciei plures homines, sunt unus homo.

Principia prima sunt decem.

Quod prædicatur de alio,uel est sibi æquale,uel sibi superius.

Species est,quæ prędicatur de pluribus differentibus numero solũ ĩ eo,qđ qd.

Specialissimũ est,post quod non alia in

ferior species.

Siquis prima decē genera uocet entia, æquiuoce ea nuncupabit.

Specialissima sunt in numero quodam, non tamen definito.

Capitis, de differentia.

Animal, est substantia aīata, sensibilis.

Differentia est, quod prædicatur de pluribus differētibus specie in eo, qđ q̃le.

Esse unicuiq; unum & idē, nec intensionem, nec remissionē suscipiens est.

Genus, non prædicatur secundum magis & minus de eis, quorū est genus.

Genus, continet ptāte omnes differentias. actu uero, nullam.

Genus, est tanq̃ materia· differentia uero, tanquā forma.

Rationales sumus nos, & Dij· sed mortale additum, separat nos ab illis.

Capitis, de proprio.

proprium est, quod inest omni, soli, & semper.

Capitis, de accidente.

Accidens est, quod adest, & abest, præter subiecti corruptionem.

Capitis, de communitatibus.

Ablatis oībus differentijs, non propter hoc aufertur genus.

Cõmune est omnibus quinq; uniuersa libus, prædicari de pluribus.
Genus, consimile est materiæ: differentia uero, formæ.
Illa differũt, quorũ definitiões differũt.
Perempto genere, uel differẽtia, perimũtur ea, quæ sunt sub ipsis.

Aristotelis Prædicamentorum Liber.

Capitis, primi.

Denominatiua dicuntur, quæcunq; ab aliquo solo casu differentia, secundũ nomen habent eandem appellationẽ.
Aequiuoca dicuntur, quorum solũ nomen cõmune est: ratio uero substãtiæ, diuersa est.
Vniuoca dicuntur, quorũ nomen commune est, rõ substãtiæ eadẽ.

Capitis secundi.

Esse in subiecto, est esse in alio, nõ sicut in suo toto: sed impossibile est sine eo, in quo est.
Omnis color, est in corpore.

Capitis tertii.

Quando alterum de altero prædicatur, ut de subiecto: quicquid prædicatur de prædicato, pdicatur & de subiecto.

Capitis quarti.

Diuersorum generum, & non subalter

natim positorũ, diuersæ sunt species, & differentiæ.

Capitis quinti.

Incomplexa, non sunt uera, neq; falsa.
Omnis affirmatio, est uera, uel fasa.

Capitis, de substantia.

A principi substantia nulla fit p̃dicatio.
Album, nihil aliud significat, quam qualitatem.
Ab eo quod res est, uel non est, oratio dicitur uera uel falsa.
Commune est omni substantiæ, in subiecto non esse.
Destructis primis substantijs, impossibile est aliquid aliorũ remanere.
Maxime proprium substantiæ est, esse susceptiuum contrariorũ.
Omnis substantia, uidetur hoc aliquid significare.
Prima substantia est, quæ proprie principaliter, & maxime constat.
Substantiæ, nihil est contrarium.
Substantia, nõ suscipit magis, & min⁹.

Capitis, de quantitate.

Album est tantum, quanta est eius superficies.
Proprium est quantitatis, æquale, & inæquale dici.

Quod dictũ eſt, non põt amplius ſumi.
Quantitati, nihil eſt contrariũ.
Quantitas, non ſuſcipit magis, et min⁹.

Capitis, de relatione.

Aliquando eſt neceſſe nomina fingere, ſi non erit, nomen impoſitum.
In relatione, eſt contrarietas, non tamen in omni.
Multa ſunt aĩalia, capita nõ habẽtia.
Non omnia relatiua, ſuſcipiũt magis, & minus· ſed bene aliqua.
Oĩa relatiua, dicunt ad conuertentiã.
Quicunq; nouit definire unum relatiuorũ, definire nouit & reliquũ.
Relatiua, ſunt ſimul natura, ſed nõ oĩa.
Relatiui eſſe, eſt ad aliud ſe habere.
Scibile aliquod eſt, cuius tamen ſcientia non eſt.
Scibile eſt, priuſq; ſcientia· & ſenſibile q; ſenſus.

Capitis, de qualitate.

Diſpoſitio, eſt qualitas de facili mobilis à ſubiecto.
Habitus, eſt qualitas de difficili mobilis à ſuo ſubiecto.
Qualitati ineſt contrariũ, ſed nõ omni.
Qualitas, ſuſcipit magis, & minus.
Scientia eſt, permanentium, & difficile

mobilium.

Capitis, de oppositis.

A priuatione ad habitum, impossibilis est egressus.

Bonum & malum, non sunt in genere, sed sunt genera aliorum.

Contrariorum imediatorũ necesse est, unũ inesse semper susceptibili·mediatorum uero, non.

Habitus & priuatio, possunt fieri circa idem.

Non est possibile, ignem, fieri frigidum & niuẽ, nigram.

Oppositio, est quadruplex. cõtraria, cõtradictoria, priuatiua, et relatiua.

Priuari dicimus unumquodque, quando id quod natum est habere, non est habitus, & priuatio.

Capitis, de priori.

Prius, dicitur quadrupliciter· secundũ tẽpus, à quo non conuertitur subsistẽdi consequẽtia, secundũ ordinẽ, & secundum honorem.

Capitis, de simul.

Simul, dicitur tripliciter: simul tẽpore, natura, & quæ ex opposito diuidunt idem genus.

Capitis, de motu.

Alteratio,est mutatio secũdũ qualitatē.
Quies, est motui cõtraria simpliciter.
Spēs motus,sunt sex·gñatio, corruptio augmentum,diminutio,alteratio,& secundum locum mutatio.

Gilb. Porretani,liber.6.Princinpiorum.

Prologi.

Creator naturam numero stabiliuit.
Forma est, compositioni contingens simplici,inuariabili essentia cõsistens.
Forma,seiũgitur à natura cõpositionis.
Figura incisionis,est à natura.
Natura occulte operatur in uniuersalibus.
Omnis cõmunitas naturalis,à singularitate procedit.
Omne compositum,adueniens composito facit maius.
Substantiale est, quod ex quadã compositiône confert esse, & impossibile est deesse rei.

Capitis,de actione.

Actio est,secundũ quam id, quod subijcitur,agere dicimur.
Actio corporis,mouet id ĩ quo est·actio uero animæ,non.
Anima dum agit,ĩmobilis permanet.
Agere,& pati,recipiunt contrarietates, & magis,& minus.

Impossibile est, non corpus, in corpore moueri.
Locus est, corpus: anima uero, non.
Naturalis proprietas actionis, est, ex se passionẽ in id, qđ subijcitur, iferre.
Omnis actio, in motu est: et oĩs mot⁹, in actione firmatur. *Capitis, de passione.*
Passio, est effectus illatioq; actionis.
Passio, est prima generatio actionis.
Passio, est in passo. *Capitis, de quando.*
Anima coniuncta corpori, insequitur complexiones corporis.
Quando est, quod ex adiacentia tempo poris relinquit i re tẽporali.
Quando, nihil est contrarium.

Capitis, de Vbi.

Anima, nullũ locum occupat.
Duo corpora, non possunt esse simul in eodẽ loco, nec unũ, in diuersis locis.
In loco est, quicquid à loco circũscribit.
Locus, nõ est sine corpore: nec corpus, sine loco.
Vbi, est circunscriptio, à loci circunscri ptione procedens.
Vltima sphęra, non est in loco.

Capitis, de positione.

Contraria, habent fieri circa idẽ.
Positio, est situs partiũ, & generationis

ordinatio.

Positioni, nihil est contrariũ.

Positio, non suscipit magis, & minus.

Propriũ est positioni, assistere substãtię.

Sedere, solũ cõpetit rationabilibus.

Capitis, de habitu.

Habitus, est corporũ, & eorꝶ quæ circa corpus sunt adiacentia.

Habitus, suscipit magis, & minus.

Habitui, nihil est contrariũ.

Proprium habitus est, esse in plutibus.

Libri duo, de interpretatione.

Capitis primi.

Circa cõpositionem, consistit ueritas, uel falsitas.

Ea quæ sunt in uoce, sunt notæ eaꝶ passionũ, quę sunt in anima.

Literæ, & uoces, non sunt eædem apud omnes·animæ uero passiones & res, sunt eædem.

Scripta, sunt notæ eorũ, quæ ꝓferuntur.

Capitis secundi.

Catonis, uel Catoni non sunt nomina, sed casus nominũ. & sic de similibus.

In nomine composito pars nihil per se significat.

Nomen est, uox significatiua cũ pacto, sine tempore·cuius nulla pars signifi-

cat,separata.

Non homo,non est nomen, neq; negatio·sed nomen infinitũ.

Nomen naturaliter nihil est, sed quando fit nota.

Capitis tertii.

Currit,& currebat, non sunt uerba·sed casus uerbi.

Hoc uerbum est,significat quandam cõpositionem,quã sine extremis non est intelligere.

Non currit,non uerbum, sed est uerbũ infinitum.

Verbum est,quod consignificat tẽpus· cuius pars,nihil seorsum significat.& est semp eorꝫ,q̃ de altero ꝓdicãt nota.

Capitis quarti.

Animal gressibile bipes, est unum, & non multa.

Affirmatio, est enunciatio alicuius de aliquo.

Non omnis oratio,est enunciatiua·sed alia,in qua est uerꝫ,uel falsum.

Negatio,est enunciatio alicui9 ab aliq̃.

Oratio,est uox significatiua, cuius partes aliquid significant separatim.

Oratio est significatiua,non sicut instrumentum,sed cum pacto.

Oratio una est, quæ significat unum de uno, uel coniunctione.

Orationes plures sunt, quæ significant plura, & non unũ, uel incõiuncte,

Omnẽ enũciatiuã necesse est, esse ex uerbo, uel casu uerbi.

Capitis quinti.

Affirmatio, est opposita omni negatiõi.

Hoc signũ omne, non est uniuersale, sed significat uniuersaliter.

Nulla affirmatio erit uera, in qua p̃dicabitur uniuersale uniuersaliter sumptũ.

Negatio, est opposita omni affirmatiõi.

Non est idẽ dicere, homo non est alb9, et nemo est albus.

Omne affirmatũ, cõtingit negari.

Omne negatũ, contigit affirmari.

Quod fit, non est.

Rerꝫ aliq̃, sunt uñes, aliq̃ particulares.

Singularẽ est, qđ nõ est natũ eẽ ĩ plurib9,

Vñe est, quod est natũ esse in pluribus.

Vni affirmatiõi, una negatio ẽ opposita,

Capitis sexti.

Nõ oĩa eueniũt ex necessitate, sed multa fiunt à casu, & ad utrumlibet.

Omne quod est, dũ est, necesse est esse.

Propter nostrum affirmare uel negare, nihil in re sequitur.

Libri secundi, de interpretatione.

Capitis primi.

Hic termin⁹ omne, nõ significat uniuer sale, sed qñ uniuersaliter.

Necesse est, aliquê homine esse.

Præter uerbum, nulla est affirmatio, uel negatio.

Verba & noīa trãspoſita, idẽ significãt.

Capitis secundi.

Impossibile est, duo contradictoria uera reddi de eodem.

Idẽ possibile est, esse, & non esse.

Non differt dicere, hominẽ ambulare, et hominẽ ambulantem esse.

Oïs interrogatio dialectica, petit unam responsionem.

Topicorum libri. *Libri primi.*

Accidens est, quod contingit eidem inesse, & non inesse. Cap. 4

Contrarioꝝ eadẽ est disciplina. Ca. 11

Dialectica est, utilis ad tria ad exercitationẽ, ad obuiationem, & disciplinas philosophicas. Cap. 2

Dialectica, ad omniũ methodorũ principia uiam habet. Cap. 2

Genus est, quod prædicatur de plurib⁹ differentibus specie in quid. Cap. 4

Inductio, ẽ pgressio à singularib⁹ ad uni

uersalia. Cap.10.
Illud ponit aliquis, quod à uiro probato dictum est. Cap.11.
Melius ponit, Vnum ens tm̃. Cap.9.
Non omne quod uidetur probabile, est probabile. Cap.2.
Non oportet omne problema, aut omnem positionẽ considerare·sed quando dubitabit aliquid rationis indigentiũ, & non pœnæ sensitiuæ. Cap.9.
Oĩs aqua, oĩ aquæ est eadẽ spẽ. Ca.5
Philosophi, propter ueritatem debent etiam sibi contradicere. Cap.8
Prima & uera sunt, quę per seipsa, & nõ per alia fidem præbent. Cap.1
Probabilia sunt, quę uidentur omnib9, aut pluribus, aut sapientibus, & his uel omni, uel pluribus, uel maxime notis & præcipuis. Cap.1
Proprium est, quod non indicat, quid est esse rei·soli autem inest, & conuersim prædicatur. Cap.4
Quolibet contrariã opinionibus sapientis pferẽte, solicitũ esse, stultũ ẽ. Ca.9
Qui dubitant, utrum oporteat Deos ueneri, & parentes honorare, an non indigent pœna? Cap.9
Qui dubitat, utrũ nix sit alba, indiget

ſenſu. Cap.9
Quot modis dicitur aliquid oppoſitorũ,tot modis dicit & reliquũ. Ca.12
Rhetor nõ ſemper perſuadet,nec Medicus ſemper ſanat. Cap.22
Syllogiſmus dialecticus eſt,qui ex probabilibus eſt collectus. Cap.1
Syllogiſmus litigioſus eſt,qui ex ijs q̃ uidentur probabilia, & non ſunt, eſt collectus. Cap.1
Tres ſunt ſpecies propoſitionnm, ethicæ,phyſicæ,& logicæ. Cap.11
Vnumquodq; primorũ principiorum, & eſt ſibijpſi fides. Cap.1

Libri ſecundi.

Animalia ſemper nutriũtur,non tamen ſemper augentur. Cap.13
Dulce,per ſe deſideratur uinum autẽ,p̃ accidens. Cap.8
Homines ut in pluribus ſunt mali, in paucioribus autẽ boni. Cap.16
Iniuſtitiã facere,non ineſt Deo. quia iniuſtitiã facere idẽ eſt, quod ſponte nocere Deo. Deo autem, non contingit nocere. Cap.5
Inuidus eſt,qui triſtatur de proſperitate bonorum. Cap.5
Impoſſibile eſt, contraria eidem ſimul

inesse. Cap.21
Idē est susceptibile contrariorum. Cap.21
Motis nobis, mouentur oīa quæ sunt ī nobis. Cap.21
Nullū genus, prædicatur denominatiue de suis speciebus. Cap.3
Plura scire contingit, sed non intelligere. Cap.26
Quod iuste fit, scienter fit: quod uero in iuste, ignoranter. Cap.23
Quæcunque insunt speciei, insunt etiam generi. Cap.11
Quorum generationes sunt bonæ, ipsa sunt bona. & quorum sunt malæ, sunt mala. Quorum uero corruptiões sunt bonę, ipsa sunt mala: quorum sunt malæ, ipsa sunt bona. Cap.24
Reprehensor est, qui tristatur de prosperitate malorū. Cap.5
Scientia, est præsentium, & futurorum reminisci autē, præteritorū. Cap.13
Si de quo magis uidetur inesse, et nō in est, nec d̄ quo min⁹. & si de q̄ min⁹ uī̄ ī esse, & iest, & de quo magis. Cap.27
Sipl̄r dico, qđ nullo addito dico. Ca.30

Libri tertii.

Amicitia, melior est diuitijs. Cap.2
Cuius finis est melior, ipsum quoque est

melius. Cap.2
Decor est, quædam cõmensuratio mem brorum. Cap.2 (ca.2
Finis magis ẽ eligẽd⁹ q̃ ea q̃ sũt ad finẽ.
Illud ẽ albi⁹, qđ nigro ẽ ĩpermisti⁹. c.96
Magis eligenda est beatitudo, q̃ prudẽ tia. cap.2
Melius est, bene uiuere, q̃ uiuere. cap.4
Melius est nõ indigenti necessarĳs, philosophari, q̃ ditari. cap.4
Nullus honorat diuitias pp̃ se, sed propter aliud amicitiã uero sic. cap.2
Omnia, bonũ appetunt. cap.1
Obliuisci eorũ, quæ quis fœde egit, bonorũ est reminisci vero, malorũ. cap.10
Quod pp se est eligibile, magis est eligẽ dum, q̃ quod pp aliud. cap.2
Robur, existit in neruis, & ossib⁹. ca.2
Studere negamus, ut ingeniosi esse uideamur. cap.5
Tale additum tali, facit ipsum magis tale. cap.9 *Libri quarti.*
De quibus species p̃dicatur, oprtet & genus prædicari. cap.1
Differentia, nunq̃ participat genere sed bene specie, & indiuiduo. cap.3
Donũ est, datio nõ redibilis. cap.9
Genus, semper de plurib⁹ p̃dicatur, q̃

species. Ca.1
Impossibile est aliquo participare gen9, quo non participet aliqua suarum specierum. Cap.1
Omnis memoria, est in anima. Cap.9
Pars, nullo mō p̄dicat̄ d̄ suo toto. Ca.11
Parui dicuntur omnes, secundum appetitum. Cap.11.
Quando una species sub duobus generibus continetur, alterum sub altero contineri oportet.

Libri quinti.

Conturbat audientē, quod frequenter dicitur. Cap.4
Gratia discendi, proprium facinus & diffinitiones. Cap.2
Iisdē in q̄ptū eadē, eadē insunt, uel nō insunt. Cap.2
Incertum est, si occiderit Sol, an adhuc sit super terram, eo quod tunc sensum amittimus. Cap.9
Impossibile est, idem esse proprium, plurium. Cap.20
Obscurū est, qd̄ multipliciter dr̄. Cap.3
Omne sensibile, extra sensum factū incertum est. Cap.9
Quod p̄ superabundantiā dicitur, uni soli conuenit. Cap.15

Scire,& sentire,dupliciter dicuntur, ha bere,& uti. Cap.3
Tres sunt species ignis,lux,flamma, & carbo. Cap.15

Libri sexti.

Ductio,& commensuratio, sunt æquiuoca. Cap.2
Diffinitio,debet dari per notiora, & priora. Cap.4
Dies,est latio Solis super terrã. Dap.5
Differentia,prior est specie,& posterior genere. Cap.8
Eorum quæ in diffinitione ponuntur, genus maxime uidetur significare substantiam diffiniti. Cap.17
Phlegma,est humidum primum à cibo indigestum, Cap.3
Finis in unoquoq;,est optimum,& gratia cuius alia fiunt. Cap.14
Genus,non prædicatur per se de differentia. Cap.8.
Imago,est cuius generatio est per similitudinem. Cap.2
Illud est superfluũ in diffinitione, quo oblato, illud quod remanet, manifestat diffinitum. Cap.3
Impossibile est,unum oppositorum cognosci sine alio. Cap.5

In diffinitione, debet poni genus proximũ, aut oẽs differẽtię determinãtes genus ꝓpinquũ. cap.6
In aliquibus agere magis faciet finem, quàm egisse. cap.4
Impossibile est, incorporeũ corpore misceri. cap.20
Magis amans, non magis concupiscit coitum. cap.21
Non solũ qui clã tollit, sed etiã qui palã tollere uult, latro est. cap.20
Oportet diffiniẽtẽ, planissima interpretatione uti. cap.2
Omne inconsuetũ, est obscurũ. cap.2
Omne transferens, secundũ aliquã similitudinẽ transfert. cap.2
Omnis bona diffinitio, debet constare ex genere, & duabus differẽtijs. cap.4
Opposita sunt simul natura. cap.5
Omnis differẽtia specifica, cũ genere facit speciem. cap.7
Causa adunationis materiæ & formæ, cœli est quia eius forma non cohæret materiæ mediantibus dimensionibus, sicut formæ generabiles. & corruptibiles. cõ.8

Cõpositum ex simplicibus,est compositũ ex contrarijs. cõ.1

Causa q̃re cœlũ nõ cadit,secundũ Empedoclẽ,est uelocitas sui motus. cõ.5

Cognitis substantijs reꝝ,cognoscuntur accidẽtia essẽtialia cõtingẽtia eis.cõ.40

Color aeris,à Sole & stellis est pp cõfirmationẽ partiũ aeris adinuicẽ,pp motũ Solis & stellarũ.cõ.42 (cõ.71

Corp9,nõ mouet aliud corp9 nisi tactu,

Esse elemẽtorum, est ꝓpinquius materię, q̃ formæ: esse uero, cœli formæ. cõ22
Forma, & formatũ, in cœlo sunt idẽ numero. cõ.3
Frigidũ, est priuatio calidi. cõ.18
Figura sphęrica, ĩ cœlestibus est essentialiter: ĩ elemẽtis uero, accidẽtaliter. cõ.26
In diuinis, actio eorum prima ĩtentiõe est, ꝑ suum esse: secundaria uero propter aliud. cõ.17
Illud qđ est extra corpus cœleste, nõ est (ĩ tẽpore. cõ.1
Impossibile est, quòd mũdus sit maior, aut minor, q̃ nunc est. cõ.28
Locus æterni, est æternus. cõ.2
Quilibet motus, mensuratur per motũ uelociorẽ seipso. cõ.28
Remotio, à motu dat grauitatẽ, & qetẽ, & frigiditatẽ. Sicut uicinitas, dat leuitatẽ, caliditatẽ, & motum. cõ.93
Triangulus, est prior figuris recti caliditatẽ & motũ lineis. cõ.22
Visibilia, mouent media, quousq; motus eorum ꝑueniat ad uirtutẽ corpalẽ. cõ.12
Libri tertii.
Elemẽtũ est illđ, ĩ qđ corpora dissoluũt, et nõ est diuisibile in altera spẽ. te.31
Elemẽta, sunt ĩ mistis in potẽtia. tex.32
Elementa nõ essent infinita, sed finita: et

sunt generabilia,& corruptibilia.te.52
Figuræ,nihil est contrariũ. tex.75
Generatio,aut non est·aut inelementis, & in factis ex eis. tex.2
Impossibile est,diuisibile componi ex ĩ diuisibilibus. tex.7
Nullũ impossibile fit. tex.19
Tẽpus infinitũ,non est extra tẽpus infinitum. tex.52

Comentator in eundem.

Augmẽtatio in infinitũ,est ex materia, & non ex forma. cõ.6
Humiditas in aere,est maior, ꝙ caliditas.cõ.90
Impossibile est,formã in quantũ forma est,in infinitum augeri. cõ.6
Ignis,est ebullitio corporis calidi,& sicci.cõ.32
Indiuiduũ,est unũ secundũ formã substantialẽ. cõ.67
Materia prima,primo substernitur elementis,& mediantibus his compositis. cõ.67
Motus,qui fit ex necessitate uacui,non est naturalis,sed uiolentus. cõ.39
Nihil,corrumpitur in nihil·& nihil,generatur ex nihilo. cõ.52
Nihil corrũpit,nisi à suo maiori. cõ.52

Plato nihil sciuit de materia prima. com.17
Posse secundũ rei ueritatẽ non dicit,nisi possibilitatẽ,q̃ est in animalib⁹. cõ.67

Libri quinti.

Continens,habet modum formæ,et cõtentũ materiæ. tex.35
Corpora lata,natant super aquã·oblõga uero,nõ quia lata.plus de aqua cõprehẽdunt,& tardius ipsam diuidũt, q̃ oblonga. tex.45
Extremũ cœli,dicitur sursum·medium uero,deorsum. tex.5
Graue dicitur,quod mouet deorsum. textu 6
Ignis,est leuis·terra uero,grauis. tex.19
Leue dicitur, quod sursum mouetor. textu 6
Locus sursum, est quasi forma · deorsum uero,quasi materia. tex.35
Omnia inferiora corpora,habent grauitatẽ,præter ignẽ. tex.30

Commentator in eundem.

Congelatio,est çorporis frigidi et humidi.com.32
Cuprũ,est leuius argento uiuo. cõ.3
Forma,est finis rei habẽtis formã.cõ.23
Forma,& locus in hoc conueniunt, qa

utrunq; est finis cõtinens·sed differũt, quia forma, non est distincta·locus uero, est finis distinctus. cõ.23
Grauitas, magis dominatur in compositis. cõ.6
Habitus, cõprehẽdit intetellectu, mediãte actione. cõ.2
Perfectio duplex, alia finis generatiõis· alia, finis rei generatæ. cõ.22
Potentia actiua, cũ exierit in actũ, non indiget motore extrinseco·passiua uero sic. cõ.11
Res æternæ, non habent agens, nisi secũdũ similitudinẽ, inquatũ scilicet conseruans. cõ.1

De generatione, & corruptione, libri.

Libri primi

Ad pauca respiciẽtes, de facili enunciãt. textu 8
Agens, & patiens, sunt dissimilia in genere, & similia in specie. tex.50
Agens, nõ agit, nisi approximatũ. te.54
Aer, secundũ sensum minus est. tex.19
Elementa, nõ manẽt in misto actu, sed uirtute. tex.84
Ex nihilo nihil fit. tex.2
Finis nõ agit, nisi metaphorice. tex.55
Generatio, est trãsmutatio toti⁹ in totũ,

nullo fēſibili remanēte ī ſubiecto. te.23
Generatio ſimplex eſt qñ totū mutať ī totū. tex.10
Gñatio uni⁹,eſt corruptio alteri⁹· et cõtra,ideo trāſmutatio eſt ęterna. tex.17
Generatio ſimpliciter,eſt uia in ens ſimpliciter. Et corruptio ſimpliciter, eſt uia in non ens ſimpliciter. tex.18
Hyle,eſt proprium ſubiectū generationis et corruuptionis. tex.24
Habitibus p̄ſentibus in materia, ceſſat motus. tex.55 (tex.90
Miſtio, eſt miſcibiliū alteratorū unio.
Omniū adinuicē tranſmutationē habētium,eſt eadē materia. tex.1
Quod non eſt cognitū,eſt ens. tex.19
Commentator in eundem.
Indiuidua,ſupra quorꝫ cõpoſitionē uincit ignis,ſunt perfectiora in eſſe q̄ ea,ī quorum compoſitionem uincit terra. com.18
Non eſt credendū,Ariſtotelē dixiſſe aliquid ſine forti ratione. cõ.38
Perfectū in rei ueritate eſt illud,qđ eſt ꝑfectius apud intellectū. cõ.19
Libri ſecundi.
Calidū,cõgregat ſimul genita,& diſgregat aliter genita·frigidum uero,cõgre-

gat utrūq;. tex.8
Contraria,non nata habent coniungi. textu 16
Contrariorū cōtrariȩ sunt causȩ. tex.66
Caliditas,primo inest igni·frigiditas,aquæ humiditas,aeri·& siccitas, terræ. textu 23
Calidū in actu,est frigidū in potentia. ·textu 48
Elementa omnia,adinuicē contrarietatē habent. tex.24
Elementa,sunt actiua,& passiua adinuicem. tex.8
Ex eisdē sunt,& nutriuntur oīa. tex.50
Facilius est transmutare unum,q̄ multa.textu 25
Flāma,est fumus ardens. tex.28
Generatio est in contraria,etiam ex contrarijs. tex.24
Generatio,& corruptio,sunt perpetua. textu 56
Humidū,est male terminabile termino proprio,sed bene alieno·siccum uero, è couerso. tex.9
Homines,& animalia, non reiterantur in se ipsa,ut rursus generet idē. te.70
In habentibus symbolum, facilior est transitus. tex.25

Ignis,est contrarius aquæ,& aer,terræ. textu 49
Idem & similiter se habens, semper idẽ est aptũ natum facere. tex.59
Impossibile est oĩa semper manere,propter longe distare à primo principio. textu 60
Materia,est causa quare entia possunt esse,& non esse. tex.51
Materiæ est,pati agere uero,alterius,scilicet formæ. tex.53
Melius est esse,q̃ non esse. tex.59
Necesse est mista,ex oĩbus constare elementis. tex.49
Natura semper desiderat id quod melius est. tex.59
Omnia nutriuntur ex eisdẽ,ex quibus sunt. tex.50
Omne tempus,& uita mensuratur periodo. tex.57
Vita uniuscuiusq; naturã habẽtis,certa mensuratur periodo. quædam tamen, lõgiori.quædã uero,breuiore. tex.57

Commentator in eundem.

Complexiones,sunt secundũ magis & minus in eadẽ specie. cõ.58
Ignis,qui est in ultimo continentis, nõ est in fine ebulitionis. cõ.21

Impossibile est, aliquid ens in istis esse simpliciter nobile, propter remotionẽ à prima causa. cõ.59
Igni, cõtraria ẽ aqua et aeri, terra. cõ.22
Impossibile est, esse aliquã cõplexionẽ tẽperatã, quã posuit Galenus. cõ.48
Motus localis, est primus oĩm. cõ.35
Magis, & minus, et æquale, eiusdẽ generis sunt. cõ.37
Nullus motus corrũpitur, & generatur in cœlo, ut fingũt Astronomi. cõ.56
Omne subtile, est humidum, & non cõtra. cõ.10
Prius esse secundũ subiectũ, et materiã, est prius esse secundũ naturã. cõ.7

Meteororum libri. *Libri primi.*

Albũ ĩ nigro, multas facit uarietates. c.1
Alteratio, nõ est mot⁹ scd̃m q̃le. cap.21
Guttæ, fiũt maiores in æstate, quàm in hyeme, cap.4
In montibus non fit pruina. cap.4
Mundus, cõstat ex quatuor elementis. cap.1
Maximi fluuij, fluũt ex maximis mõtibus. c.5
Magnitudo terrę, respectu cœli ẽ nihil. cap.5
Motus cœli, est ꝑpetuus & principiũ, & cã omniũ motuũ inferioꝝ. cap.1

Nõ ex omni aere nata eſt fieri, aqua, ſed ſolũ ex eo, q eſt uelut uapor. cap.1

Quanto locus eſt frigidior, tãto magis in eo fiunt nubes. cap.1

Serenitate nõ exiſtente, et flãte uẽto, non põt fieri uapor, nec aqua. cap.4

Summitates montis Caucaſi, illuſtrantur à Sole, uſq; ad tertiam partem noctis· & ab oriente, & ab occidẽte. cap.5

Totus iſte mundus ſenſibilis, continuꝰ eſt lationibus ſuperioribus cœli, ut tota uirtus eius inde guberneť. cap.1

Terra, eſt multo minor quibuſdã cœleſtibus. cap.1

Valde puerile eſt, putare unũquodq; aſtrorum eſſe ita paruum, ſicut apparet aſpicientibus. cap.1

Vapor, eſt aquæ diſgregatio. cap.1

Vbi ante fuit terra, nũc eſt mare· & ubi nũc eſt mare, ibi iteꝶ erit terra. cap.5

Commentator in eundem.

Apparentia coloris rubei in nocte, eſt ꝓpter illuminationem luminis in nube craſſa nigra. cap.1

Aquæ prius calidæ, uelocius recipiunt frigiditatem. cap.4

Corpus pellucidũ, illuminatur triplici ter·ꝑ ſe, ꝑ reflexionẽ, et rarefactionẽ· ſed

corpus cœleste, solum per se illuminatur. cap.3
Calefactio Solis, & stellarũ, est propter motum, uel reflexionẽ· reflexio autem, fit in terra, & in his quæ sunt propinqua ei, cap.4
Causa roris, dicitur esse motus Solis sub terra, et supra terrã· Quia cum Sol fuerit supra terrã, ascendit uapor conueniens rori· & cũ occultatur Sol sub terra, frigesit uapor ille, & transmutatur & fit ros. cap.4
Ignis, in proprio loco non habet tincturam, cap.1
In aere sunt duo loca, unus eorum est superior, in quo fiunt Cometæ, et flãmæ· & alius inferior, in quo fiunt pluuia, nix, pruina, & grãdo & hic ĩ quo fiũt ista, habet gradus. in superiori parte, fit pluuia, & nix, & grando· in inferiori autẽ, ros, & pruina. cap.4
Natura Lunæ, est & frigida, & humida. cap.4
Nix, & pluuia, habent eundẽ locum, & eandẽ materiã. cap.4
Quando aer, exit frigiditatẽ, & intrat calliditatẽ· & exit caliditatẽ, & intrat frigiditatẽ· tunc in eo aliquando causan-

tur nubes diuersarum partium in caliditate,& frigiditate·& tunc accidit frigiditati fugienti çaliditatē, uniri in se, in parte inferiori nubis, & tunc propter intensam frigiditatem causabitur grādo. quando autē unitur caliditas, causabunt̄ tonitrua,& fulmina. cap.4

Pluuia,fit in frigor̄ nō ualde ītenso·nix ꝟo,in ualde intēso·Quia frig⁹ ualde intēsum. congelat uaporē illū dispositū ad formā aquæ,anteq̄ȝ fit completa in omnibus partibus eius natura aquæ, & graue fit per congelationem, & descendit. cap.4

Libri secundi.

Auster,est uētus ęstuosissim⁹, et magnitudine,et spiritu·et flat à locis siccis,et calidis. cap.1

Aquæ hyemales,fiunt maiores ī nocte, q̄ȝ in die. cap.2

Boreas,est uentus uaporosus,flans à locis frigidis. ca.1

Humidū,non est sine sicco·nec siccū sine humido. cap.2

Terræ motus,causatur ex uapore terræ incluso. cap.2

Vbi terra plurimā aquam suscipit, ibi est necessarium fieri plurimam exhala

tionem, ca.20

Commentator in eundem.

Antequã audiatur terræmotus, aditur quidã sonus pcedens terræmotũ. ca.1
Nubes, et uniuersaliter mutatio in aere, pcedit generationẽ uentorꝝ. cap,2
Terra, cui appropinquat Sol, fortiter calesit post recessum Solis·& hoc est propter fortitudinẽ passi recipientis, propter fortitudinẽ agentis, cap,2

Libri tertii.

Duæ irides possunt fieri simul, in eadẽ hora, & non plures. cap.2
Soli colores iridis, non possunt fieri à Pictoribus. cap.2

Libri quarti.

Animalia, non habitant ignẽ, & aerem· sed solum aquã, & terrã·Quia aqua, & terra, ante deuictæ. sunt à materia corporũ eorꝝ·sed non ignis, et aer. tex.29
Digestio, fit à colore naturali. tex.14
Generatio, simplex & naturalis est per mutatio ab his uirtutibus, cũ habeãt rationẽ ex subiecta materia unicuiqꝫ naturæ. tex.2
Non mortuus, non est homo, nisi æqui uoce. tex.54
Oĩa elementa putrefiũt, pter ignẽ. tex.5

Oppositorꝝ oppositę sunt causę. tex.41
Putrefactio, est corruptio quædã in uno quoq; humido, proprie secundũ naturã caliditatis ab aliena caliditate. te.6
Qualitatẽ elementorꝝ duæ sunt actiuæ, calidũ, & frigidũ: & duæ sunt passiuę, humidũ, & siccũ. in Prologo.
Vnũquodq; entiũ naturaliũ, determinatur quadã operatione propria. in quã cum potest, dicitur tale: et in quẽ cum non potest, nõ dicitur tale, nisi æquiuoce. ut oculus mortuus, uel oculus nõ potens uidere: ut lapideus, uel terreus. tex.54

Commentator in eundem.

Calor naturalis, concludit, & retinet humiditatem naturalem. Et ideo cum calor naturalis recedit à generato, tũc ipsa humiditas propter absentiam cõtinentis dissoluitur, & arescit ipsum generatum. cõ.6
Digestio hoĩm moratiũ ĩ terris frigidis, est melior digestione habitãtiũ terras calidas. in Prologo.
Digestio, est pfectio gñati. in Prologo.
Effectus, augentur ex operante in quiete. tex.2 (te. in Prologo.
Fortior digestio fit in hyeme, q̃ in æsta-

Frigiditas existens in materia humida exsiccat per accidens existens uero in sicca, exsiccat per se. in Prologo.
Generatio, fit per calorē naturalē· corruptio uero, per calorē extraneum, & frigiditatē. in Prologo.
Prima operatio caloris extranei in corporibus, quibus accidit, est indigestio, uel combustio. in Prologo.
Prima operatio frigiditatis existentis in materia, humida est, humiditas·existētis v͞o in sicca, est siccitas. in Prologo.
Siccitas producitur à calore primo, & per se. in Prologo.

De anima, libri. Libri primi.

Anima, est principium animaliū. tex.2
Aliorꝫ alia sunt principia. tex.5
Accidentia, magnā partē conferunt ad cognoscendū ipsum, quod q͞d est. te.11
Cognitio animæ, est utilis ualde ad cognitionē cuiuslibet ueritatis. tex.2
Intelligere, uel est phantasia, uel non est sine phantasia. tex.10
Naturalis, in diffiniendo accipit materiam·logicus uero, formā. tex.16
Omnes passiones animæ, uidentur esse cum corpore. tex.14
Principia reꝝ diuersaꝝ, sunt diuersa. te.5

Principium omnis demonſtrationis,eſt ipſum,quod quid eſt. tex.10

Quidã,magnis paſſionibus non mouẽtur·quidã uero,paruis mouentur·& q dã.nulla cauſa ĩminente mouenť.te.14

Scientia,eſt bonorꝫ honorabiliũ. tex.1

Vniuerſale aut nihil,aut poſterius eſt ipſis ſingularibus. tex.8

Commentator in eundem.

Artes,non differunt à ſeiuicẽ,niſi uel demonſtrationis confirmatione, uel nobilitate ſubiecti. cõ.1

Animalia, ſunt nobiliſſima corporum generabiliũ,& corruptibiliũ. cõ.2

Actus,& potentia,ſunt differentiæ ualde oppoſitæ, & reperiuntur in omnibus prædicamentis. cõ.6

Aía,ſcđm Platonẽ eſt diuiſibilis ſubiecto·ita qđ uirtus ĩtelligibilis, eſt ĩ cerebro,concupiſcibilis,in corde· & nutritiua,in hepate. Ariſtoteles autẽ,uult eã eſſe indiuiſibilẽ ſubiecto,ſed diuiſibilẽ ſecundũ uirtutes. cõ.7

Diffinitiones non cõponuntur, niſi ex ꝓprĳs princípĳs,quæ ſunt in re. cõ.5

Diffinitio eſt de rebus ſenſibilibus,quæ ſunt extra intellectum. cõ.8

Diffinitio accipiens materiã, & dimit-

tens formã, est diminuta· & accipiens formã dimittens materiã, dimittit aliquod necessariũ. cõ.16
Intellectus agẽs est ille, qui agit uniuersalitatẽ in rebus. cõ.8
Intellectus est abstractus à corpore, secundũ essentiã tamen impossibile est, ut aliquid intelligat sine imaginatione. cõ.12
Ire de præcedentibus ad posteriora, est magis famosum. cõ.1
Medicus, est Artifex mechanicus. cõ.17
Oĩs diffinitio, per quã non cognoscunt accidentia propria subiecti, non dr̃ diffinitio, nisi æquiuoce. cõ.11
Omnis passio, facta cum alteratione, & transmutatione, est in corpore necessario, aut uirtus in corpore. cõ.13
Philosophus utitur hoc uerbo, uidetur loco certitudinis in locis, in quibus certitudo est famosa. cõ.19
Pars substantiæ, est substantia. cõ.8
Scientia de anima, omnes alias sciẽtias superat in nobilitate subiecti, & certitudine demõstrationis, excepta diuina. cõ.1

Libri secundi.

Anima, est actus corporis physici, organici in potẽtia uitã habentis. tex.5

Animatũ,differt ab inanimato in uiuen do.tex.53
Anima,eſt principiũ,quo uiuimus,ſentimus,itelligimus,et mouemur. te.24
Appetitus,eſt cõcupiſcentia delectabilibis. tex.27
Actus actiuorũ fiunt,in patiente bene diſpoſito. tex.24
Anima,datuiuere uiuẽtibus. tex.37
Anima,eſt cã corporis triplici gñe cauſę.ſ.efficiẽtis,formalis,et finalis. te.36
Alimẽtũ in principio,eſt diſſimile alito, in fine uero,eſt ſimile. tex.45
Agens,& patiens,in principio ſunt diſſimilia. tex.54
Aliquid eſt ſciens in potẽtia,dupliciter· uno mõ,quia eſt de genere entiũ habẽtium ſcientiam.alio modo,quia habet ſcientiã,& nõ utitur ea·ſed põt uti,qñ ſibi placuerit. tex.55
Anima intelligit,quãdo uult·ſed nõ ſentit,quando uult. tex.60
Abeuntibus ſenſibilibus, remanent ſpecies in phantaſia. tex.138
Color, eſt uiſibilis p ſe i ſcđo mõ. te.66
Color,nõ eſt uiſibilis ſine lumine.te.67
Caro,nõ eſt orgãnũ tactus,ſed aliqd intra carnẽ,ſcilicet neruus·Caro tamen,

mediũ est tactus. tex.116
Duplex est actus,primus,ut scientia·secundus,ut speculari. tex.2
Duplex est finis,quo,& gr̃a cuius.te.35
Decoctio,fit per calorẽ naturalẽ.tex.50
Pellucidũ est,quod non est uisibile secundũ se,sed per colorẽ extraneum·ut aer,aqua,& corpus cœleste.67
Esuries,est appetit⁹ calidi & sicci. te.28
Echo,est sonus causatus ab aere reflexo,ab obstaculo prohibente illum aerem ulterius diffundi. tex.80
Excellens sensibile,corrumpit sensum. textu 123
Forma,est magis principium augmenti,q̃ materia. tex.41
Phantasia,est motus factus à sensu,secũdum actũ·secũdũ quem aliquid agit,& patitur. tex.160
Gustum,& tactum habemus certiorẽ, omnibus animalibus. tex.94
Homo,habet peiorem adoratum multis animalibus.
Homo,est excellentissimum,& prudentissimum animalium. tex.94
In plantis,anima est una in actu·multę uero,in potentia. tex.20
In animalibus annulosis,partes decisæ uidentur

uidētur adhuc uiuere, et sensuū habēr. tex.20
Intellectus, separatur ab alijs potentijs. sicut perpetuū, à corruptibili. tex.21
Ignis, augetur in infinitū, quousq; fuerit cōbustile. tex.41
Impossibile est duo corpora esse simul in eodē loco. tex.69
Lumen, est actus pellucidi, secundum quod pellucidum. tex.69
Lumen, nō est corpus, nec deflexus corporis. tex.69
Lingua, conuenit in duo opera naturæ. scilicet gustum, & loquelā & quancūque uociferationē. tex.88
Molles carne, aptos mēte esse dicim9. duros uero, in eptos. tex.94
Motus, est in moto. & actio, & passio, in patiente. tex.139
Naturalia, sunt principia artificialium. tex.3
Naturalissimū opus uiuentium est, quęcunque perfecta sunt, & non orbata generare sibi simile ut esse diuinū participent, secundū quod possunt. tex.34
Non cōtingit unum & idē numero corruptibilium semper permanere, specie autem sic. tex.35

Nihil alitur, quod non participat uitã. textu 46

Nihil generat seipsum, sed bene saluat. textu 47

Necesse est alimentum decoqui, anteq̃ alitum ex eo nutriatur. te.50

Nihil est gustabile, sine humido. tex.102

Nulla corpora sicca, tangunt se sine medio. tex.113

Omnia corpora physica uidentia, sunt instrumenta animæ. tex.38

Omniũ natura constantiũ, certus est terminꝰ, & ratio magnitudinis, et augmẽti. textu 41

Oĩa à fine denominari, iustum est. te.49

Oportet susceptiuum coloris esse, sine colore. tex.71

Omnis sensus, est susceptiuus specierꝫ sine materia. tex.121

Plus temporis perficit anima in ignorãtia, q̃ scientia. tex.151

Potentiæ, distinguuntur per actus, & actus, per obiecta. tex.33

Respirantia, non odorãt in aqua. te.100

Radices in plantis, sunt similes ori in animalibus. tex.38

Sitis, est appetitus frigidi, & humidi. textu 28

Sicut se habet trigonum, ad tetragonũ· ita uegetatiua.ad sensitiuã·et sensitiua, ad intellectiuã. tex.31
Sensus,ęst quædã alteratio. tex.37
Sensus,de se non est actu sentiuus, sed potentia. tex.51
Sensus in actu, est singulariũ · scientia uero,est uniuersalium. tex.60
Sensibile, est duplex per se, & per accidens·per se est duplex, proprium, & & cõmune. tex.63
Sensus,non decipitur circa propriũ sensibile. tex.63
Susceptiuum soni,debet esse absonum, (tex.71
Sensibile,positum supra sensũ,nõ causatur sensibile. tex.72
Sonus,causatur ex collisione corporũ solidorũ,aerẽ fortiter frangentiũ.te.78
Sentire,est quoddam pati. tex.118
Substãtia,est triplex·materia, forma,& compositũ. tex.2
Tactus,est sensus alimenti. tex.38
Tenebræ,sunt priuatio luminis. tex.70
Talis est intellectus in terrenis homini bus, qualẽ in die inducit pater uirorũ deorumꝗ́·hæc Homerus. tex.150
Viuere,est esse uiuentibus. tex.37
Vox,est sonus animati tantum. tex.87

Vox,est repercussio aeris respirati,ad arteriã uocalẽ,cum imaginatione significandi, tex.90
Visus,est maxime sensus. tex.162
Vnusquisq; actus,aptus natus est fieri in materia sibi propria. tex.26

Commentator in eundem.

Anima,est substantia, & non accidens. com.2
Anima,& materia,prima sunt substantiæ·quia sunt partes substantiæ. cõ.2
Anima,cõprehenditur sensu. cõ.2
Actio agẽtis est illud,quod existit in recipiente. cõ.24
Anima nutritiua,semper est in actu nutriendi,prætereq; in animalibus,nõ thesaurizantibus. cõ.5
Actus,æquiuoce dicitur, de anima rationali,& aliјs potentiјs animæ. cõ.7
Anima,non est grauis,nec leuis. cõ.13
Compositũ ex materia,& forma, nõ dicitur unũ nisi per formã suã. cõ.7
Corpora cœlestia,uidentur manifeste ĩtelligere,& moueri. cõ.12
Cum sensus aufertur à carne non dicitur caro·nisi æquiuoce, ut caro mortui. cõ.8
Color,est ultimum pellucidi terminati.

com.67
Color,eſt cā,ut res ſit uiſibilis. cō.66
Cœlū,ſemper eſt pellucidū in actu, & nunq̃ in potentia,quia ſemper eſt illuminatū. cō.69
Corpora cœleſtia,non habent de uirtutibus,niſi deſideriū,& intellectū.cō.32
Diffinitio demōſtratiua,debet dare omnes cauſas omniū,quæ uidentur in diffinito·& ſi hoc non facit, non eſt diffinitio. cō.26
Diuerſitas formarū,eſt cauſa diuerſitatis materiaꝝ. cō.60
De exemplo non requiritur uerificatio, ſed manifeſtatio. cō,67
Echo,eſt iteratio ſoni, conſeruando ſuā figurā. cō.80
Forma ſubſtantialis,& accidentalis,æquiuoce dicuntur eſſe in ſubiecto·Subiectū formæ ſubſtantialis,eſt ens in potentia·formæ uero accidentalis,eſt ens in actu. cō.4
Folia,ſunt in plantis·ſicut coriū,in animalibus. cō.6
Homo boni tactus,ſemper eſt diſcret9· ſed non eſt ſic de aliȷs ſenſibus. cō.94
Homo,eſt mollioris carnis,q̃ cætera animalia. cō.94

Indiuiduũ,eſt unũ per formã ſuã. cõ.8
Indiuiduum artificiale,eſt unũ,et hoc ꝑ materiã ſuam. cõ.8
In materia,nõ ſunt intentiones in actu, ſed in potentia. cõ.60
Lux,eſt cõplementũ pellucidi non terminati. cõ.67
Lux,eſt uiſibilis per ſe·color uero ,mediante luce. cõ.62
Locus,eſt ſimilis locato. cõ.2
Materia non eſt hæc,niſi ꝑ formã. cõ.7
Materia,eſt ꝓpter formã tantũ. cõ.36
Maxima dimenſio,quã materia põt recipere,eſt ignis·& minima terra cõ.97
Natura cœleſtis,ſemper eſt illuminata, com.69
Nomen in rebus naturalibus,primo dicitur de forma·ſecundo,de congregato, in artificialibus uero , primo dicit de materia·ſecundo uero,de congregato.cõ.8
Nullus Artifex, demonſtrat ſuum eſſe ſubiectũ,nec ſpẽs illius ſubiecti.cõ.27
Nullus ſenſus,põt facere ſuã operationẽ,cum fuerit frigefactus. cõ.30
Omne ens naturale, deſiderat permanſionem ſempiternã. cõ.34
Omne numeratũ in genere actionis ,ha

bet esse ex se,& non ex alio. cō.54
Omnis uirtus passiua,habet duplex esse·scilicet in actu,& in potentia. cō.53
Oculus lapideus,non est oculus, nisi secundū figuram. cō.9
Omne animal,habens os habet aliquē gustum. cō.31
Omne recipiens,est denudatū à natura recepti. cō.67
Odor,est in medio cū intētione, sed nō corporaliter. cō.97
Principiū cōmune omni aīato , est augeri,nutriri,& diminui essentialiter. com.3
Propriū,forma substantialis est, ut sit substantia in subiecto. cō.4
Prima perfectio sensus,fit ab intelligentia·secundo uero,à sensibilibus. cō.59
Proportio,ut propotio non agit, sed ut qualitas. cō.143
Quātitas,et figura.sunt sēsibilia cōmunia solū uisui,& tactui. cō.64
Quandocunq; aliqua actio attribuitur alicui enti,pp duo existentia in eo necesse est,ut unū eoꝝ sit materia,& reliquū forma, cō.24
Qui caret sensu , caret intellectu illius generis sensibiliū. cō.93

Quæcunq; differũt in subiecto, differũt in esse. cõ.152
Sensus, ponitur in genere uirtutũ passiuarum. cõ.51
Sentire, fit per passionẽ sensus, à sensibilibus. cõ.51
Solicitudo diuina, cum non potuit facere indiuiduũ, semp pmanerẽ unũ numero, miserta est eius dando ei uirtutẽ, p quã potest idẽ pmanerẽ in specie. cõ.34
Sensus non erat circa principiũ sensibile, sed circa differentias indiuidui illi9 sensibilis. cõ.63
Substantia, est dignior omni accidente. com.2
Stellæ, non uidentur de die, propter lumen Solis. cõ.72
Sensus, semper dicit uerum in particularibus, sed nõ in uniuersalibus: intellectus autẽ, è conuerso. cõ.152
Tres conditiones requiruntur ad hoc, quòd corpus causatur sonũ: quod sit lene, durũ, & latũ. cõ.85
Vita, magis latet in motu augmenti, & decremẽti, q̃ in aliis actionibus. cõ.14
Vigilia, est uisus sensuũ. cõ.10
Virtus nutritiua, est ex uirtutibus actiuis. cõ.52

Libri tertii.

Anima intellectiua, est, locus specierum intelligibiliũ.

Anima non habet actu species, sed solũ potentia. tex.6

Agens, est nobilius & honorabili⁹ passo & forma, mteria. tex.19

Anima, quodãmodo est oĩa. tex.37

Abstinentes, appetentes, & concupiscẽtes non operantur secundum appetitũ, sed secundũ intellectũ. tex.48

Appetibile, semper mouet appetitũ sub ratione boni siue id sit existens bonũ, siue apparens. tex.51

Cor mouetur, quando aliud mẽbrũ delectatur. tex.46

Excellens sensibile, corrũpit sensum & excellens tangibile, corrũpit animal. textu 68

Intelligere, est quiddã pati. tex.2

Intellectus, omnia intelligit. tex,4

Intellectus possibilis, non habet aliquã naturã determinatã sed solum hanc, q̃ uocatur intellectus possibilis. tex.5

Intellectus possibilis, nihil est actu de numero entiũ, anteq̃ intelligat ea. te.5

Intellectus, non habet aliquod organũ corporale scilicet est separatus ab om

ni organo corporali. tex.6
Impoſsibilitas ſenſitiui, non eſt ſimilis impoſsibilitati intellectiui. tex.7
Intellectus, intelligendo ualde intelligibile, non impeditur ad intelligendum infimũ, ſed magis intelligit. tex.7
Intellectus, põt ſeipſum intelligerẽ. tex.8
In omnibus habentibus formã in materia, differt res, & eſſe rei. unde eſt magnitudo & magnitudinis eſſe, aqua, & eſſe aquæ. tex.9
In his, quæ ſunt ſine materia, idẽ eſt intelligens, & quod intelligitur. tex.15
Intellectus, eſt ſimplex, & impaſsibilis tex.12
Intellectus poſsibilis, in principio eſt, tã quã tabula raſa, ĩ qua nihil ẽ depictũ, eſt tamẽ poſsibilis ſcribi uel depingi. textu 14
Intellectus, eſt intelligibilis, ſicut intelligibilia. tex.25
In ſeparatis à materia, idẽ eſt intellect9, & intellectum. tex.15
In habentibus materiam, unũquodq; eſt ſolũ intelligibile in potentia. tex.16
Intellectus, eſt potentia ſine materia. tex.16
Intellectus agens, eſt ſicut lumen.

Quia ficut lumẽ facit colores potentiā uifibiles, actu uifibiles; fic intellectus agens, potentia intelligibilia, facit actu intelligibilia. tex.18
Intellectus agens, eft ĩmortalis, & perpetuꝰ, nõ reminifcit̃ feparationis. te.20
Intellectus paffiuus, eft corruptibilis. textu 10
Intellectus, non intelligit fine phantafmate. tex.30
Intellectus, iudicat de futuris, & de ipfis deliberat. tex.38
Intellectus, eft fpẽs fpecierꝝ. tex.38
Intellectus principiorꝝ, eft rectus. te.51
Intellectus tã practicus, q̃ fpeculatiuꝰ, non eft pricipiũ fufficiens motus localis. tex.46
Impoffibile eft, corpus animalis effe fimplex elementũ. tex.66
Lapis, non eft in anima, fed fpecies lapidis. tex.38
Lingua ineft animali tantum, & cor, ut fignificet aliquid alteri.
Manus, eft organũ organorꝝ. tex.38
Neceffe eft, intelligentẽ phãtafmata, fpeculari. tex.39
Natura, nihil facit fruftra non deficit in neceffarijs, nec abũdat ĩ fupfluis. te.45

Necesse est, oẽ quod uiuit, hr̃e animã uegetatiuã, à principio usq; ad finẽ. te.59

Necesse est omne animal, habere sensũ. tex.60

Omnia quæ fiunt, fiunt ab ente in actu. tex.27

Omne ens, uel sensibile, uel intelligibile. tex.37

Priuatio, cognoscitur per habitũ. tex.25

Potentia in eodem indiuiduo, præcedit actum· sed simpliciter actus præcedit potentiam. tex.27

Qui nihil sentit, nihil addiscit, nec intelligit. tex.39

Sicut se habet sensus, ad sensibilia· ita intellectus, ad intelligibilia. tex.3

Sensus, non est sine corpore. intellectus uero, est sine corpore. tex.7

Sicut se habent sensibilia, ad sensum· ita phantasmata, ad intellectũ. tex.30

Sensus, tactus est primus sensuũ · quia sine eo, non potest esse animal. tex.19

Tria, requiruntur ad motum animalis· mouens, motũ, & organũ motus. te.54

Comentator in eundem.

Aristoteles, fuit regula, & exemplar· qđ natura inuenit, ad demonstrandũ ultimã; perfectionem humanam in ma-

terӯs. cõ.14
Habitus eſt,ſecundũ quẽ quis poteſt agere,quando uult. cõ.18
Intellectus,non eſt corpus,nec uirtus ĩ corpore. cõ.4
Intellectus,eſt unicus in oĩbus hominibus.cõ.5 (cõ.21
Intellectus,primo ĩntelligit ſingularia.
In propoſitione negatiua,intellectus primo diuidit prædicatum à ſubiecto,& poſtea componit ea. com.22
Intelligere,eſt recipere intelligibilia·abſtrahere uero,eſt potentia intelligibilia facere,actu intelligibilia. cõ.18
Intellectus poſſibilis,eſt ultimus in ordine intelligentiarꝫ abſtractarꝫ. cõ.19
Maximus ſermo,dicitur eſſe in principio.cõ.4
Nulla forma,eſt liberata à potentia ſimpliciter·niſi prima forma,quæ extra ſe nihil intelligit. cõ.5
Nihil agit,niſi per ſuã formã. cõi8
Omne recipiens, dicitur eſſe denudatũ à natura recepti. cõ.4
Paſſio non eſſet,niſi materia eſſet. cõ.12
Probabilia ſecundum totũ,nõ poſſunt eſſe falſa. cõ.5
Priuationes,cognoſcuntur per cognitio

nem defectus habituũ. cõ.25
Quando sensibilia adsunt, imagines eorũ repręsentantur intellectui, loco sensibilium. cõ.39
Res uniuersalis, non mouetur. cõ.58
Scire actiones aiæ, est prius apud nos, q̃ scire eius substantiam. cõ.1
Sermo, ueteribus in rebus difficilibus est necessarius. cõ.14
Species humana, est æterna. cõ.5
Vniuersalia, non habent esse extra animam, sicut uoluit Plato. cõ.18
Virtus concupiscibilis, non inspicit cõtristationẽ, cõtingentẽ in futuro. cõ.53

De sensu, & sensibili, liber.

Auditus, magnam partem confert ad intellectũ, & prudentiã.
Cæcus à natiuitate, est sapientior muto, & surdo.
Cerebrum, est pars humidior, & frigidior partibus corporis,
Cor, est oppositum cerebro.
Color, est extremitas perspicui in corpore terminato.
Fumus carbonũ, facit hominibus grauitatem capitis.
Gustus, & tactus, sunt sensus necessarij: auditus ℣o, olfactus, & uisus, sunt

propter melius.

Infirmitas, & sanitas, non insunt caren tibus uita,

Intellectus, non intelligit, quæ exterius sunt sine sensu.

Manifestius est nobis genus sapo℞, q̃ odorum.

Naturalis philosophi est, de sanitate, & infirmitate principia prima inuenire.

Naturalis philosoph9, finit cõsideratio nem suã ad ea, quæ sunt de considera- tione medicinæ. Et medicus incipit ab eis, quæ sunt de consideratione natu- ralis.

Necesse est, quod animal, secũdũ quod animal, habeat sensum.

Omnia corpora, colore participant.

Odor, est fumalis euapotatio.

Odoratum peiorẽ habemus, q̃ alia ani malia.

Omnia, nutriuntur dulci.

Odorabile, in quantũ odorabile, nõ cõ- fert ad nutrimẽtũ, sed bene ad sanitatẽ.

Operatio, non est sine uirtute.

Sermo audibilis, est cã disciplinæ, non per se, sed per accidens.

Sapor, est passio facta in humido à sic- co, alteratiua gust9 de potẽtia ad actũ.

Solus homo ſentit,& delectatur in odo ribus florum.

Tactum habemus,certiorem omnibus animalibus.

Viſus,attribuitur aquæ perſpicuæ·ideo poteſt recipere ſpecies colorũ.

Virtus uiſiua,non eſt in extremitate oculi,ſed infra oculum.

Commentator in eundem.

Anima beſtialis,in corde exiſtens,non impedit actiones naturæ.

Artifex,qui poteſt aſſimilare ſe naturę, ſecundũ ſuũ poſſe,ſemper eſt melior.

Ars,ſemper inſequitur naturã.

Auditus in homine,eſt uia ad diſciplinam.

Color,cauſatur ex commiſtione corporis lucidi cum pellucido.

Color albus,& niger,ſunt elementa colorum medioꝝ.

Diſciplina,nõ reddit,niſi per loquelã.

Formæ ſenſibiliũ,habent extra animã eſſe corporale purum·in anima eſſe, ſpirituale purum·in medio eſſe,mediũ inter corporale,& ſpirituale.

Homo,inter omnia animalia eſt melioris tactus·& maxime cutis uolæ,& maxime cutis indicis.

Instrumentũ odoratus, est aer impositꝰ naso·auditus uero, aer impositus auri.
Ille qui habet palpebrã crassiorẽ, magis inspiciet à remotis.
Instrumentũ gustus, est lingua·tactus uero, caro.
Ignis non lucet per se, sed dũ adunatur alteri corpori.
Intelligere, quid uerba significent, non est ipsius auditus, sed intellectus.
Lingua, nullum saporẽ habet actu.
Lux, est perfectio pellucidi, non terminati·color uero. pellucidi terminati·est enim in superficie pellucidi terminati.
Loquela non redditur, nisi per auditũ.
Natura, non uadit de opposito ad oppositum sine medijs.
Olfactibilia, sanant cerebrũ frigidũ, propter calorem fumi.
Palpebræ positæ sunt super oculos hominum, ad conseruationẽ eorum à rebus extrinsecis·sicut uaginæ, gladijs.
Saporis plena in actu, sunt humida·Saporis plena ꝟo in potẽtia, sunt sicca.
Visus, obscuratur in locis frigidis, ĩ quibus fuerit nix, multa aqua, & consimilia.

De memoria, & reminiscentia, liber.

Consuetudo, est tanquã altera natura.
Eorum, quæ frequenter intelligimus, cito reminiscimur. (mate.
Intelligere, non contingit sine phantas-
Memoria magis ualent, qui tarde recipiunt. Reminiscentia uero magis ualent, qui uelociter recipiunt.
Memoria, non est futurorum, nec præsentium, sed præteritorum. Vnde sensus, est præsentiũ opinio, seu fides, futurorũ, & memoria, præteritorum.
Memoria, non est in his, quæ sunt in multo motu.
Meditationes, memoriam seruant in reminiscendo.
Meditari, est speculari aliquid frequenter, ut imago est alicui9, & nõ scđm se.
Omnis memoria, est post aliquod tp̃s.
Pueri, & multũ Senes, sunt imemores, pp̄ nimiũ motũ accidẽtẽ corpib9 eorum.
Quędã semel uidẽtes, magis memoria tenent, q̃ alia frequenter.
Reminiscentia, tm̃ hoĩbus inest, sed memoria, multis aliįs animalibus inest.

Commentator in eundem.

Bonitas memoriæ, attribuitur Iuuenibus.
Cerebrum siccum, est paucæ receptio

nis,& multæ remomerationis· humidum uero cerebrum,est contrariū.

Conseruatio, est nobilior rememoratione.

Homo, in pueritia multum amat formas,& multum miratur in eis.

Rememoratio, est conseruatio abscissa·Seruatio uero,est rememoratio continua.

Rememoratio, est formæ facilis reductionis·inuestigatio uero,formæ difficilis reductionis.

De somno,& uigilia,liber

Capitis, primi.

Cuius est potentia,eius est actus.

Cor,est principium sensus,& motus in animali.

Cor,est principium uenarum.

In somno,fit propulsio caloris ad interiora animalis. Vnde superiora membra,& exteriora, in somno sunt frigida·iteriora ũo,et inferiora,sunt calida.

Locus sanguinis, sunt uenæ.

Necesse est omne,quod uigilat,dormiř.

Nutrimētū ultimū, oib⁹hn̄tib⁹ sanguinē,est sanguis à natura·et nō hn̄tibus sanguinē,proportionale sanguini.

Oia aīalia sanguinolentia,habent cor.

Quorumcunq; est aliquid opus secundum naturã, quod cum excesserit tempus, in quo possint aliquid facere, necesse est eos languescere, & illud non facere.

Somnus, est ligamentũ omniũ sensuũ.

Somnus, est requies data animalibus propter salutem eorum.

Somnus, assimilatur epilepsiæ.

Somnus, causatur ex uapore cibi, qui uadit ad cerebrum· & frigefactus, descendit, et fit somnus. Vnde post cibũ, fortes sunt somni.

Somnus, non est quælibet impotẽtia sentiendi.

Vigilia, est solutio sensuum.

Vinum bibere, nõ conuenit Pueris, nec Nutricibus eorũ· quia nihil differt Pueros uinum bibere, & nutrices.

Capitis de somno.

Abeuntibus sensibilib. remanent simulachra sensibilia. In speculis ualde puris, si Mulieres menstruosæ superuenientes aspiciant, in eorum superficie fit nubes sanguinea. & si nouũ est speculum, non facile est abstergere maculam illã· si uero uetus, facile.

Purum, quicquid acceperit, diligenter

demonſtrat.

Somnium,eſt quoddam phantaſma in ſomno. *Capitis,de Somnio.*

Aer noctis,eſt magis qetus, q̃ aer diei.

Fatui,magis præuident futura,q̃ alij.

Multa conſulta & præuiſa, quę fieri expediebat diſſoluta ſunt ſæpe, propter digniores inchoationes.

Melancholici,maxime uera ſomniant.

Noctes,magis in ſilentio ſunt,q̃ dies.

Notorum,notiores ſunt motus.

Noti,maxime de ſe inuicē ſoliciti ſunt.

Quidam medicorum groſſi,aiunt oportere ualde intendere ſomnijs.

Quædā ſomnia,ſunt ſigna·quædā,cauſæ·& quædā,accidentia.

Si Deus emitteret ſomnia,euenirent ſapientibus in die.

Commentator.

Capitis,de Somno,& uigilia.

Actio animæ ſenſibilis, eſt communis animæ,& corpori.

Homo,eſt æqualis inter ſomnum,& uigiliam·et non declinat plus ad unum, quàm ad aliud.

Quod eſt in potentia, eſt priuatio eius, quod eſt in actu.

Senſus communis,uno modo eſt unus·

& alio modo, est multi · est unus, qa comprehēdit omnia sensibilia quinq; sensuum·est multi, quia hbet multa instrumenta.

Virtus cogitatiua, uiget apud quietem aliorū sensuum.

Capitis, de somnio.

Impossibile, est somniū secundū totū esse falsum.

In uigilia, sensibilia extrinseca mouent sensus·Et sensus cōmunis, mouet uirtutē imaginatiuā.

Nullus homo est, qui uiderit aliquod somniū, quin sibi annuciauerit aliqđ futurum.

Quamlibet cognitionē creditā, & intellectam, præcedunt duo modi·cognitionis agens scilicet, & præparans.

Vulgus ait, quod somnia sunt ab Angelis·Diuinationes, à dæmonibus·prophetiæ uero, à Deo.

Capitis, de diuinatione.

Gentes, diuersæ sunt duob9 modis. uno modo, naturaliter secundū uirtutes earū, & uitia eis propria in suis regionibus·secūdo mō, secundū leges, secundū quas receperunt fidē à natiuitate, ab Anglis, & dæmonibus.

Humiditas, facit somniũ simile morti.
Nati sine uisu, & auditu, habẽt uirtutes interiores perfectiores.
Quando uirtus imaginatiua debilitať, cogitatiua uigens reddiť, & ẻ cõuerso.

De longitudine, & breuitate uitæ.

Animalia multum coeuntia, cito senescũt. Quia sperma, est superfluitas nutrimenti, et amplius desiccat emissum. propter hoc, mulus longioris est uitæ, equa, & asino, ex quibus genitus est.
Corruptis aĩalibus, corrũpitor sciẽtia, & sanitas, quæ in eis sunt.
Gentes, quæ in calidis regionibus sunt lõgioris sunt uitæ, q̃ quæ infrigidis.
In plantis, palma, et cupressus, sunt lõgioris uitę.
Impossibile est, habẽti materiã non aliquo modo existere contrariũ.
Longissimæ uitæ animaliũ sunt homo, & elephas.
Labor, exsiccat, & senium inducit. Vnde multũ laborãtes, senescunt magis.
Minor flamma corrumpitur à maiori per accidens. quia alimentum, quod illa consumit in multo tẽpore, hoc maior flamma consumit in paruo.
Masculi, naturaliter sunt lõgioris uitæ,

quàm Fœminæ. Quia masculus calidior est, quàm Fœmina.
Omnia, semper sunt in motu.
Quicquid corrumpitur, à suo contrario corrumpitur.
Quod in animali est pingue, est dulce.
Senectus, est frigida, & sicca.
Vita animalis, stat per calidũ et humidũ.

Commentator in eundem.

Aqua marina, calida est, & humida.
Causa mortis, est frigiditas, & siccitas. Et cã uitę, est caliditas, et humiditas.
Complexio Iuuenum, calida est, & humida. Senum uero frigida, & sicca.
Coruptio, est non proportio primarũ qualitatum ad se inuicem.
Entia, in quibus dominatũ mistio ignis, & aquæ, super mistionem aeris, & terræ. sunt longioris uitæ, existentiæ.
Generatio, est quando uirtutes actiuæ dominantur super passiuas. & corruptio, quando passiuæ super actiuas.
Generatio, est prima participatio animę nutritiuæ in calido naturali. & uita, est eius permansio.
Mors, nihil aliud est, nisi frigiditas, & siccitas.
Multum coeuntes, parũ uiuunt. Vnde castrati,

castrati, plus uiuunt, q̃ non castrati.
Qui habitant in regionibus calidis, & humidis, sunt longioris uitæ per accidens, scilicet propter paucitatem corruptionis.
Propter paucitatem coitus, plus uiuit mulus, q̃ equus · & fœmina plus, q̃ masculus.

De iuuentute, & senectute, libri.

Cor, primum fit in animali·unde est primo uiuens, & ultimo moriens.
Ieiunia calefacientia, sitim faciunt.
Non est possibile, substantiam animæ, esse corpus, sed tamen in aliqua particula corporis existit.
Natura semper facit ex possibilibus, q̃d melius est.

De respiratione, liber.

Diogenes dicebat, Pisces mori in aere, & non in aqua. in aere, multum aerem attrahunt·in aqua uero, moderatũ.
Necesse est omne inspirans, respirare.
Pulmo, modicã habent caliditatẽ.
Quæcunque habent pulmonem, respirant.
Respiratio, fit per nares, & per arteriã· per priuationẽ primæ, animal non moritur, sed bene per priuationẽ secundę.

De morte, & uita, liber.

Animalia respirantia, suffocantur in humido.

Aeris ingressus in pectus animalis, uocatur inspiratio: et egressus, respiratio.

Cor magis pulsat iunioribus, quàm senioribus.

Homo, est rectissimũ animaliũ.

Mors Senũ, sine tristitia est: nullo.n. dolore eis contingente, moriuntur.

Natura, maxiè saluatur in locis proprijs.

Sanguis, fit primo in corde. Nondũ.n. distinctis uenis, solo corde generato, apparet animal sanguinẽ habere.

Vita, et mors, sũt cõmunia oĩbus aĩalibus.

Vita, est mansio animæ cũ corpore.

De bona fortuna, liber.

Apetitus naturalis, naturaliter tẽdit in bonum.

Bona fortuna, est sine ratione natura.

Deum, dignũ prædicamus Dominũ existẽtẽ taliũ, ut dignis distribuat & bona, & mala.

Deus, bene uidet præsentia, & futura.

Non est uerisimile, Deũ habere curam prauorum.

Nihil est melius intellectu, & scientia, præter Deũ.

Prudentia,non eſt ſine ratione.
Propriũ,& conueniens nomẽ nõ habemus bonę fortunę,ſed eã cauſam taliũ appellamus.
Sine bonis exterioribus,quoꝝ Domina eſt fortuna,nõ cõtingit eſſe felicẽ.
Vbi plurimus intellectus, & ratio, ibi minima fortuna & ubi plurima fortuna, ibi minimus intellectus.

De cauſis liber.

Cum non eſt indiuiduũ homo, eſt animal. cap.1
Cauſæ ſecundariæ,illuminantur à lumine cauſæ primæ. cap.1
Cauſa prima, res creatas regit omnes, pterquã quòd cõmiſcentur cũ eis. cã.1
Cauſa prima,adiuuat ſecundã in operatione ſua. cap.1
Cauſa prima,eſt ſuperior omni narratione & nõ deficiunt linguę à narratione ei⁹,niſi pp narrationẽ eſſe ipſi⁹. c.15
Cauſa prima,regit omnes res creatas,pterq̃ quòd cõmiſceatur eis. cap.19
Cauſa prima, eſt diues per ſe, & non eſt magis diues ipſa. cap.20
Cã prima,ẽ ſup oẽ nomẽ,qđ noiat. c.21
Cauſa prima,exiſtit in oib⁹ reb⁹ ſecundũ unã diſpoſitionẽ. Sed res omnes,nõ

exiſtunt in prima cauſa, ſecundũ unã, ſed ſecundum multas. cap.23

Intelligentia, eſt ſubſtantia, quæ non diuiditur. cap.6

Nullũ agens, cuius ſubſtantia eſt in tẽpore, agit in non tempore.

Omnis uirtus unita, plus eſt, ꝙ multiplicata.

Omnis cauſa primaria, plus influit in effectum, ꝙ ſecundaria. cap.2

Omnis anima nobilis, habet tres operationes: animalem, intellectualem, & diuinam. cap.3

Omnis intelligentia ſcit, quod eſt ſub ſe, & ſupra ſe: ſub ſe, quia eſt eius cauſa: ſupra ſe, q̃a recipit bonitatẽ ab eo. cap.7

Omnis intelligentia, fixio: & eius eſſentia, per bonitatem puram, quæ eſt prima cauſa: Vnde cauſa prima, eſt pura bonitas. cap.8

Omnis intelligentia, eſt plena formis. cap.9

Omnis intelligentia, intelligit eſſentiam ſuam. cap.12

Omnis diuina intelligentia, ſcit res per hoc, quod ipſa eſt intelligentia: & regit eas per hoc, quod eſt diuina. cap.22

Omnis ſubſtantia ſtans per ſe ipſam, non cadit ſub corruptionẽ. cap.25

Prima cauſa rerum creatarum eſt, eſſe. cap.4

Prima cauſa inducit bonitatẽ ſuam omnibus rebus una īfluxione ſcilicet res, non recipiunt illam bonitatem omnes æqualiter, ſed ſecundum capacitatem ſuæ naturæ.

Prima cauſa, non habet hyliacon, id eſt mateciale aliquod & omnis intelligentia, & anima habet hyliacon.

Quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.

Quanto aliquod eſt propinquius primæ cauſæ, tanto eſt ſimplicius.

Quicquid recipitur in aliquo, recipitur per modum rei recipientis, & non rei receptæ.

Quicquid poteſt cauſa ſecundaria, poteſt eſſe cauſa primaria, nobiliori & altiori modo. cap.1

Res, recipiunt bonitatem influxā à prima cā, ſcđm capacitatẽ ſui eſſe. cap.19

De morte, liber.

Anima ſenſibilis, fouetur odore bono.

Anima, eſt cōiuncta corpori, ī eſſe ſuo.

Beata eſt anima, quæ non fuerit infecta

prauis operationibus huius mundi.

Delectationes animæ suntꝙ̃, cognoscere Creatorẽ considerare opera cœlorum, & sapientiam suam.

Docentes alios, mentiri non debent.

Ex nihilo, Deus facit aliquid.

Logica, similis est scorpioni in theriaca· qui licet per se proferat uenenũ, in theriaca tamen existens, remedium præstat patienti dolorẽ.

Mors, nihil aliud est, ꝙ̃ recessus animæ à corpore.

Philosophia, docet homines cognoscere Creatorem suũ.

Purus, & perfectus Philosophus, mortificat desideria huius seculi, quę addu cunt eum ad mortificationẽ corporis & animæ.

Qui inquirit philosophiã, inqrit gradus altissimos, & diuinos.

Qui multum utitur uoluptate uenerea, inueterat corpus suũ.

Qui capit radicẽ, diligere debet fructũ.

Qui inuenerit philosophiã, inuenit uitã in utroqꝫ seculo.

Sapiens debet lætari de morte sua, et nõ dolere.

Væ animę peccatrici, quę non habet potestatẽ redeundi ad locũ suũ. Quia tu

piā opera delectationis corporis, impediunt eius aſcenſum ſurſum.

Ariſtotelis, ad Alexandrum, Epiſtolæ.

Agere non conſultū, ſignū eſt ſtultitiæ.

Animalia omnia, utuntur concupiſcentia, ira, & ſimilibus. Ratione autē, ſol⁹ homo utitur.

Eos qui utuntur ratione, & cū hac oīa uolunt agere, tanꝗ bonos, & optimos exiſtentes laudamus. contrarios uero, contrario modo.

Eruditione præcedente, non contingit peccare circa actionē.

Multo melius eſt, habere animā habentē ſcientias, ꝗ habitū corporis uidere bene indutū.

Sicut uita ſine triſtitia, eligibilis eſt. ita ratio ſenſibilis, amabilis.

Sicut conſeruatiuū corporis, eſt ſanitas. ita conſeruatiuū, animæ eſt eruditio.

Sicut Dux, eſt ſaluator exercitus. ſic rōcinatio cū eruditione, eſt Dux uitæ.

De motibus animalium libri.

Appetibile, eſt primum mouens in animali.

Cœlum, neceſſario eſt incorruptibile.

Aeſtimandum eſt, animal conſtare, quēadmodū ciuitatē legibus bene rectā.

In ciuitate enim, quando solū stabilitus fuerit ordo, nihil opus est separato Monarcha, quē oporteat adesse per singula eorū, quæ fiunt. Sic non est necesse, animam existere, in qualibet parte corporis. sed solum in una. s. corde.

Impossibile est, cœlū moueri ab aliquo existente in terra.

Id quod simpliciter est immobile, à nullo potest moueri. Vnde ait Homerus, Si omnes Dij, & Deæ multum laborarent, non mouerent Iouem de cœlo in terram.

Omnia quæ ratiocinantes operamur, uelociter operamur.

De animalibus, libri. — *Libri primi.*

Aures hominis, solū sunt immobiles.

Aures magnæ, ac erectæ ultra modum, sunt indices stultitiæ, ac loquacitatis.

Cerebrum, obtinet priorem locum capitis.

Generosum est, quod à natura sua non degenerauit.

Homo, est ciuilis generis.

Illi quibus frons magna inest, sunt segnes. quibus parua, mobiles. quibus lata, mente moueri idonei. quibus uero rotunda, iracundi.

In cerebro,non eſt ſanguis,neq; uena.
Lac,etiam põt fieri in maribus.
Nobile eſt,quod ex bono ꝓcedit generẽ.
Naſus ineſt elephanti,loco man⁹,in accipiendo neceſſaria.
Omnia animalia generantia, habent oculos,præter talpam; quæ oculis priuatur,quæ omnino non uidet· ſiquis tamen corium ſuper loca oculorũ exiſtens,ſcindat,inueniet locum oculorꝝ.
Omnia animalia,mouent maxillam inferiorem,excepto crocodilo fluuiali.
Perdices gaudent copia libidinis.
Pauones,ſunt animalia inuida,ornatus ac politiei ſtudioſa.
Partes corporis hominis,creatæ,& poſitæ ſunt ſecundum creationem, & ſitum uniuerſi.
Quorũcunq; animalium placida ſunt, eorundem fera reperiri poſſunt.
Sicut pluma,eſt in auibus·ita ſquãma, in piſcibus.
Vitulus marin⁹,habet pedes minutos.

Libri ſecundi.

Animal cornutum,caret dentibus in ſuperiori mandibula.
Dentes canum iuuenum, ſunt albi,& acuti·ſenum uero,nigri,& obtuſi.

Dentes equi,cũ senescũt,albescunt.
Delphinus, habet mammas prope ge-
nitale.
Fœmine omnes,ex aduerso mingunt.
Habentes dentes raros, sunt breuioris
uitæ.
Inter animalia, solus homo est ambi-
dexter.
Leo,panthera,& canes, habent dentes
serratos.
Masculi, sunt plurium dentium, quã
Fœminæ.
Mãma,negatur non generantibus.
Nullũ animal,mutat dẽtes maxillares.
Omne animal cornutũ,est quadrupes.
Omne quadrupes generans animal,uti
tur cruribus anterioribus,uice brachi
orum.
Omnium piscium dentes,sunt serrati.
Omnibus quadrupedibus data est lin-
gua,excepto crocodilo.
Omne animal,quod squamma contegi-
tur,parit oua.
Quod uero genere cartilagineo conti-
netur,parit animal,excepta rana.
Sus,nullũ dentẽ amittit.

Libri tertii.

Animalia,parũ se mouentia,uentre pin

guefcunt.
Crocodilus fluuialis, mouet folũ man dibulã fuperiorẽ.
Ceruus, inter animalia folus habet cornua folida. & in ramos fparfa.
Contingit interdũ, pennas auium, de nigro in album mutari· ut pennę corui, de nigro in album, propter fcilicet affectus temporarios, & propter intenfa frigora.
Delphinus, habet offa, & non fpinas.
Grues, nunquã mutant pennas,
Illi quibus paruus eft uenter, pinguefcunt intra carnẽ.
Pubes caftrati, non barbefcunt.
Inter fœminas omnes, Mulier maxime fanguine abundat.
Minus caluefcunt, habentes mentum bipartitũ.
Neruus abfciffus, folidari non poteft.
Nullũ animal, habet os circa uentrẽ.
Os, poft abfciffionẽ non crefcit.
Offa leonis, ita dura funt, ut fi collidantur, reddant ignẽ.
Omne fanguineũ, cito putrefcit.
Offa porci, & leonis, modicã, uel nullã habent medullã.
Oẽs aues hñt teftes, fed ítus manẽtes.

Omnia ossa, neruis ligantur: præter caput, quod non neruis, sed suturis ossiũ continetur.

Omne pingue, est exangue.

Pisces, non habent testes.

Pili palpebrarum defluunt, rebus Venereis inceptis.

Ren dexter, semper minus pinguescit, quàm sinister.

Si sanguis integer exit, rubet, & est dulcis saporis: si uero natura, uel morbo fuerit uitiatus, acrior cernitur.

Sanguis, primo oritur in corde anteq̃ totum corpus formetur.

Sanguis fœminarum, nigrior est, & crassior sanguine masculorũ.

Vipera, edit animal postquam intra se oua peperit.

Libri quarti.

Gallus uociferatur post pugnam.

Homo, non somniat ante quartum annum, sed post.

Homines, qui nunquã somniauerunt, uiso somnio, mutãtur uel in mortem, uel morbum.

Muti, possunt emittere uocem, sed non locutionem.

Mares, longioris sunt uitæ, q̃ fœminæ,

præterꝗ in genere mulorum.

Mares, habent partes superiores ualidiores· fœminæ uero, inferiores.

Non solus homo somniat, sed ēt bruta.

Omnes pisces audiunt.

Omne animal carens pulmone, caret uoce.

Omnium animalium fœminæ, graciloris & acutioris sunt uocis ꝗ masculi· excepta uacca.

Omne animal generans, & pariens, habet omnes quinq; sensus, nisi sint ei læsa organa.

Pisces, habent linguam, sed imperfectā· Et quibusdam pro lingua, datum est palatum carnosum.

Qui non habent linguam liberam et ab solutam, non emittunt uocem, neque sermocinantur.

Singulis animalibus, insunt uoces propriæ ad initum, & coitum.

Surdus à natiuitate, est etiam mutus.

Talpa, non habet oculos, quia in generatione eius natura læditur.

Libri quinti.

Canes, portant fœtū per sexaginta dies, aut uno, aut duobus, aut ad summum tribus· & si celerius parit, fœtus educa

ri non poteſt.

Gallinæ, pariunt oĩbus tẽporibus anni, exceptis diebus brumalibus.

Homo, incipit ferre ſemen, circa annos bis ſeptẽ· ſed recipit uim genitalẽ, circa annos ter ſeptẽ.

Homo mas, uſq; ad ſeptuageſimũ annũ poteſt generare· Fœmina, non uſq; ad quinquageſimũ. Sed magna ex parte Maribus finis procreandi eſt, quintus & ſexageſimus annus· Fœminis autẽ, quintus & quadrageſimus.

Homines Maſculi, magis ſtimulantur ad Venerẽ tẽpore hyemali· Fœminæ uero, tẽpore æſtiuali.

Hirundo, eſt prima auis, quæ parit· & ultima, quæ educat partum, & ipſum feliciter ad finẽ ducit.

Mas elephãtis, ĩcipit coire ãno ſexto· & nõ repetit coitũ, niſi triẽnio ĩterpoſito.

Mus aquatilis, ſiue teſtudo lutaria, parit oua· & ipſa deſerit. terra obruta, & die trigeſima repetit, & refoſſa aperit, & fœtum generatum continuo per aquam ducit.

Natura, ſtatuit ſingulis animalibus tẽpora, & ætates certas ad coitum, prætercꝗ homini· ipſi enim omnibus tem-

poribus,opportunus est coitus.
Omne animal carens pedibus,caret testiculis.
Oues,parere pñt usq; ad octauũ· annũ et si bene curentur,usq; ad undecimũ. & etiã potest fieri,quod per totũ tẽpus rite coeant.
Pisces quando pariunt, mares sequunt fœminas,& uorant oua·& ex ouis nõ uoratis,oriuntur postea pisces.
Plurima pars piscium,parit in uere.
Proles equoꝝ, præstantior est usq; ad uigesimũ annũ.mas coit usq; ad trigita,& uiuit usq; ad quintum & trigesimum·fœmina autem,coit usq; ad quadragesimum,& plusquam quadraginta annis uiuit.
Papiliones,nascuntur ex erucis· & erucæ,ex folijs uirentibus.
Sus,incipit coire octauo mense.
Tabani,nascuntur ex ligno.
Libri sexti.
Animalia omnia habent appetitũ, & delectationẽ ad coitũ.
Columbis, hic ritus proprius in coitu inest, ut mas non ascendat, nisi ante mutuo se osculentur · sed aliter, & aliter iunior se habet,

& senior. senior enim, primum coitũ osculo exorditur, sequentem uero, sine osculo agit. iunior autẽ, quoties libet coire, toties osculatur.

Columbæ, magna ex parte generãt marem, & fœminam. marẽ quidem prius, fœminam uero post.

Cuculus, non parit in nido proprio, sed alieno. & oua quæ ibi inuenit, edit, & sua fouet.

Capræ, uiuunt usq; ad octauum annũ. oues uero, usq; ad decimũ. & duces ouium, usq; ad quintumdecimum.

Canes, postq̃ pepererint, manẽt per sex menses, anteq̃ coeant.

Catuli nati, per quintã partẽ anni, carẽt luce duodecim diebus. nati uero per quartã, decem & septem diebus.

Canes, maxima ex parte uiuunt usque ad quatuordecim annos. sed nonnulli ad uiginti protrahunt uitam, ut dicit de çane Vlyssis.

Camelus, uiuit plusquam quinquaginta annis.

Cerua, ut plurimum parit iuxta uias, metu belluarum.

Delphini, portant fœtũ decem mensib9, & pariunt in æstate, nullo alio tempo

re. & magna charitas in eis, erga gnatos.
Equus, habet quadraginta dentes.
Lupus, parit fœtum cæcũ, ſicut canis.
Nulla auis interimitur ab alia eiuſdem generis, prçterquã pullus qui interimitur ab accipitre.
Ouum gallinæ, magna ex parte perficitur in decem diebus.
Origo pulli, eſt in albumine.
Pauo, uiuit annis uigintiquinq;.
Paſtores, non conſtituunt ducẽ capris, qa earũ natura lubrica, & mobilis eſt.
Paſtores gregis ouilis, nunciant annũ felicem gregi eſſe, in quo maiores natu tempeſtiue libidine incitantur. illũ uero infelicem, in quo minores.
Sola anguilla inter genus ſanguineũ, gẽneratur ſine coitu, & ſine ouis.
Singulis ouilibus ſinguli duces conſtituunt, qui quoties ſuo nomine à paſtore uocentur, antecedant.
Turdus facit nidum, ut hirundo, ex luto, in excelſis arboribus.
Vita palumbium, exiſtimatur durare uſq; ad quadraginta annos. perdicum uero, ſexdecim.

Libri ſeptimi.

Animalia omnia, nascũtur cũ dentib⁹. excepto homine, qui incipit dentire septimo mense.

Homo, potest nasci decimo, & undecimo mense.

Incipientibus Venerẽ, uox transit in sonum uirilẽ. abstinentibus uero, è contrario.

Mulieres iuniores, facilius concipiunt. sed in puerperio uehemẽtius laborant.

Mares plurimi, ad sexagesimũ generãt. quem si excesserint, ad septuagesimũ usq; procedunt.

Nullũ animal in partu patitur tam uehementissimos dolores, sicut Mulier.

Omne animal prægnans, recusat coitũ. exceptis muliere, & equa.

Si Mulier prægnans ĩmoddice utatur sale, parit fœtum sine unguibus.

Vir, generat ante ter septimũ annũ. sed debile, & imperfectũ.

Vt plurimũ menstrua desinunt Mulieribus circa quadragesimũ annũ. & illis quæ excesserint tale tẽpus, seruant usq; ad sexagesimũ, & nõnullę illo tpe pepererunt, sed ultra nõ põt ꝓtrahere.

Libri. octaui.

Animalia habentia dentes serratos, bi-

bunt lambendo·habentia uero continuos,bibunt sorbendo.

Animalia discedentia de locis frigidis, sunt pĩguiora,q̃ꝑ q̃ discedũt de calidis.

Auster,uentus est humidus, & grauis.

Circa duo uersatur uita, & omne studiũ aĩaliũ·in procreando, & alendo,

Canes,moriuntur ex rabie,& quę morsa sunt ab eisdẽ rabidis, excepto hoĩe.

Glandes comestæ solæ à suibus,generant carnẽ humidã·& si copiose grauidis dentur,abortũ faciunt.

Homines habitantes in montibus, fortiores sunt habitantibus in planicie.

Leones, ac lupi, gulose comedunt & sine masticatiõe·& tactum comedunt una die,quãtũ sufficit per tres dies.

Lupi,cũ esuriunt,& non habẽt carnes, comedunt quãdam terram,quę eis est cibus·& non comedunt herbas, nisi quando morbo laborant.

Omnia animalia morsa à cane rabido, rabiunt,excepto homine.

Purpura eadẽ die morit̃, qua aquã amnis fluentis in mare gustauerit.

Si animal respirãs,claudatur in exiguo aere,moritur cito.

Turtures, æstate solũ uidẽtur: hyeme

autē, se condunt.
Vrsus cum pugnat contra taurum, sternit se resupinum· dumq́ taur⁹ ipsum ferire cōatur, ipse suis brachijs cornua amplectitur, & taurū morsibus ferit,
Vaccæ, diligunt bibere aquā claram· equi uero, turbidam.

Libri noni.

Apes omnes, cum aliqua illarum in alueo moritur, cadauer foras educunt.
Apes, tempore matutino silent, donec una earū gemino, aut triplici bombo omnes excitet.
Apes, habent regem, qui non exit alueolum, nisi cū oībus apibus.
Ceruus, eijcit cornua sua ubi difficile ē ea inueniri·Vnde natum prouerbium, uade ubi ceruus deposuit cornua.
Cerui sibilo & cantu uenantium capiūtur. illa enim uoluptate eliciunt, unus uenantiū palā cantat, aut sibilat·alter uero, clam à tergo ipsum ferit.
Elephas, est placidissimus, & mitissim⁹ omniū ferarū.
Eiectis cornibus ceruus in die latet, & nocte ad pascua uadit, ut uacet tędio muscarum.
Fœminæ omnes sunt min⁹ animosæ, q̃

mares·præter urſam,& pantheram.

Grues,inter ſe uehemẽter dimicant, ita ut pugnantes capiantur·& potius pa tiuntur expectare hominem,q̃ pugnã relinquere.

Grues rectorem habent,qui cęteris dor mientibus excubat capite eleuato·& quod ſentit,uoce ſignificat.

Ligurini,ſunt ignobiles & uita, et calo re· ſed ualent uocis amœnitate.

Muſtela,cum eſt dimicatura, cum ſer- pente comedit rutam.

Mortuo delphino,multi concurunt,& ipſum in profundo ſepeliunt, ne ab a- lijs comedatur.

Mulier ,melioris eſt pietatis , quã Vir· ſed maioris inuidiæ, & malitioſior eſt uiro,& facilis decipi.

Perdix,parit oua decẽ,et non pauciora· & ſæpius ſexdecim.

Libri decimi.

Corpus,eſt factũ propter animã·& nõ anima propter corpus.

Forma,eſt magis principium rei quàm materia,

Generatio,eſt gratia ſubſtantię· & non ſubſtantia eſt,gratia generationis.

Homo mortuus,quanquã habeat ean-

dem formã figuræ, tamẽ non eſt hõ.

Mẽbra, nõ oriuntur ſine ordine, ſed primũ hoc, deinde illud.

Scientiæ, ſibi uendicant pręſtantiã.

Tẽpore Socratis, omne ſtudiũ philoſophiæ translatum erat, ad uirtutẽ utilẽ, & ciuilẽ uſum.

Tunc coniunctũ deſinit eſſe animal, q̃ primũ anima diſceſſit à corpore.

Libri undecimi.

Alimentũ ultimũ animalibus ſanguineis, eſt ſanguis.

Animalia ueſcentia carnẽ, habent duriora oſſa, q̃ non ueſcentia carnẽ. & plus animal maſculũ, q̃ fœmininũ.

Animalia habentia corpus piloſum, carent cauda, ut patet in urſis.

Cõpoſitio, eſt triplex. prima, eſt ex uirtutibus elementorum. ſecunda, ex partibus homogeneis. tertia, ex partibus heterogeneis.

Cupiditas rei, eſt ualde ſuauis.

Homo in proportione ſui corporis, habet cerebrũ maximũ omnium animaliũ. & inter homines. Maſculus.

Homo inter animalia habet caput maxime piloſum.

Lingua, eſt propter ſapores pcipiẽdos,

& literas exprimendas.
Mista,non cōponūtur ex elementis,sed ex uirtutibus elementorꝝ.
Omnia animalia, continent cerebrū in parte priori capitis.
Pars posterior capitis,caret cerebro.
Visus,obtinet naturā aquæ.

Libri duodecimi.

Animalia carētia pulmone,carēt collo.
Animal magni cordis,naturaliter est pauidū·parui uero,est audentius.
Cor,est corpus cauū,& spissum· cauū, ut cōtineat sanguinē· spissū, ut possit seruare principiū caloris.
Fœminę ceruorꝝ,non habēt dentes superiores,nec cornua.
Homo.habet dētes superiores acutos, ut secēt·maxillares ꝟo latos,ut molāt.
In homine,cor declinat ad sinistrā partē·in aliјs uero aīalib⁹, existit ī medio.
Natura,constituit rē nobiliorē in locū nobiliorē,ut cor in medio.
Omne animal cornutū,caret dentibus in superiori mandibula.
Sanguis,est calidus,& humidus.

Libri decimitertii.

Animalibus,propter timorē accidit effusio uentris,& urinæ.

Causa uentris est, propter cibũ, ut digeratur.

Delphin, non habet fel, nec cor.

Fellis carentia, est causa boni caloris.

Modica alteratio in mẽbro principali, facit multã in mẽbro principali.

Operatio manuũ, est recipere, & retinere. pedũ uero, sustentare, & fugere.

Quadrupedia nata, statim se erigunt. homo uero nõ, propter põdus capitis.

Vigor pollicis, est æqualis uigori quatuor digitorũ.

Virga uirilis ĩter oĩa alia mẽbra crescit, & diminuitur sine sui lęsione.

Libri decimiquarti.

Corpus castratorũ, non solum exterminatur. sed etiã animus, ut parum differant à Fœminis.

Fœmina, non generat per se. quia indiget principio motus, quod est Mas.

Homines naturaliter ualde pingues, parũ generant.

Infinitum natura respuit.

In prima ętate, & ĩ seniori, & ĩ infirmis, non est sperma.

Mulier, est conueniens generationi, secundum naturam menstrui, & non spermatis.

Mas,

Mas, est principiū motus in generatione. Fœmina uero, est sicut materia.

Mas est illud, quod potest generare in alio. Fœmina uero, q̄ generat ab illo.

Libri decimiquinti.

Anima est nobilior corpore. animatū, inanimato. uiuum, mortuo. & ens, nō ente.

Anima, est forma substātialis corporis.

Calidū, & humidū, sunt causæ uitæ.

Calor animalis, nō est ignis, nec igne⁹.

Corpus animaliū, est ex fœmina. anima uero, ex mare.

Caput, in generatione creatur post generationē cordis.

Embryo, primo uiuit uita plātæ, postea uita animalis, postea uita hominis.

Genus mulorꝝ, est totū sterile.

Mula non generat, quia non potest cibare fœtū, quo usq; cōpleatur.

Natura, est sicut rectificator, & rector.

Possibile est, ut mula imprægnetur, sed raro est uisum.

Solus intellectus inerat nobis ab extrinseco, et hic solus diuinus est.

Libri decimisexti.

Auis praui cordis, est multi coitus, & multorꝝ ouorum. quia cibus, trāsit in

sperma
Arbores, quę multũ fructificant, cito desiccãtur. Quia nutrimentum, transit in semen.
Consuetum est, Fœminas solicitas esse circa Filios, & non Mares.
Omne quod fit à natura, fit secundum ordinem.
Oua, non conueniunt conceptui, sine semine maris.
Primum mẽbrum generatũ est, cor.
Priucipium generationis pulli, est ex albumine.

Libri decimiseptimi.

Animalia magni corporis, unũ generãt filium. parui autem, multos.
Cibus animaliũ, debet esse dulce, & ualde digestum.
Cum sperma unice diffunditur, generatur unus fœtus. cũ ꝟo diuise, plures.
Fœmina naturaliter est contraria mari.
Fœmina, debilior est mare.
In hominibus, citius formantur Mares in uentre, ꝗ Fœminæ.
Mulier, & equa, super omnes fœminas, maxime diligunt coitum.
Menstruũ Mulieris, magis accidit in diminutione lunæ.
Natura, dat simul operationem, et in-

ſtrumentũ.
Quod eſt modicũ,cito digeritur.
Sol,facit æſtatem,& hyemẽ oĩ anno.

Libri decimioƈtaui.

Animalia comedentia multos cibos,dĩ uerſa ſunt in colore.
Bonitas ſenſus,ẽ dupliciter, uel ĩ remo te ſentiendo,uel in diſcernendo differẽ tias ſenſibiliũ.
Coitus,frigefacit.
Cerebrũ,eſt frigidius toto corpore.
Digeſtio,fit ex calore.
Homo ſolus caluefcit,& in parte anteriori capitis.
Homo,habet pilos diuerſi coloris acute animalia uero alia non,ſed eiuſdẽ.
Non fluũt folia ab arboribus, in quib⁹ eſt humor pinguis,
Oculus ꝓminẽs,nõ bene uidet à remotis,ſed bene profundus.
Puberes,plus delectãt in coitu,ꝗ aliæ ętates·& quãto plus aſſueſcunt,tanto plus appetunt.
Pili decaluati,nõ redeunt· folia uero,arboribus·& plumæ, auibus redeunt· quia caluities eorum, eſt propter mutationem temporum,quorum reditus eſt circularis.

Metaphysicorum libri.

Libri primi.

Actus,& operationes omnes, sunt circa singularia. in Prologo
Artifex,sapientior est experto.in Prolo.
Conueniēs est quālibet artem inuenientem ultra cōmunes sensus, omnes admirari·non solū propter aliquā inuentorum utilitatē,sed tanquā sapientem, & ab alijs differentē. in Prologo
Deus,est causa oībus. in Prologo
Dininū ens,non inuidet. in Prologo
Experientia,artē fecit·inexperientia uero,casum. in Prologo
Ex multis experimentis,generatur ars. in Prologo
Finis,est bonū uniuscuiusq; rei, & optimū in omni natura. in Prologo
Hominū genus,arte & rationib⁹ uiuit. Hi soli docent, qui causas de singulis dicunt. in Prologo.
Homo,dicitur liber,qui sui ipsius,& nō alterius gratia est. in Prologo
Nulla scientia melior, & honorabilior est metaphysica·tū quia de Deo est,tū quia hanc solus Deus habet.ideo Dea est sciātiarū necessario,res.n.omnes aliæ sunt,sed dignior nulla. in Prolo.

Omnes homines, natura ſcire deſiderant. in Prologo

Propter admirari,homines nunc, & primo cœperunt philoſophari. in Prolo.

Philomythus, eſt aliquo modo Philoſophus·Fabula.n.ex miris conſtituit. in Prologo

Quæ ſunt maxime uniuerſalia,difficilia nobis ſunt ad cognoſcendũ, eo quòd à ſenſu ſunt remotiſſima. in Prolo.

Qui dubitat,& admiratur,ignorare uidetur. in Prologo

Senſus uiſus,multarũ rerũ differentias nobis oſtendit. in Prologo

Signũ ſciens,eſt poſſe docere. in Prolo,

Sapientia,eſt ſcientia primarum cauſarum. in Prologo

Sapientem ordinare, & non ordinari oportet.

Sola metaphyſica,eſt ſcientia libera. in Prologo

Secundũ Hermonidã,ſolus Deus hunc habet honorẽ,ſcilicet metaphyſicam. in Prologo

Secundũ prouerbia,multa mentiuntur poetæ. in Prologo

Commentator. in eundem.

Cœlũ,ſemper eſt in præſenti, præterito,

& futuro. cõ.22
Indiuiduum, nõ generatur essentialiter, nisi ab indiuiduo eiusdẽ speciei. cõ.32
Materia prima nullã habet formã omnino, nec uniuersalẽ, nec particularẽ. sed primo recipit formã uniuersalẽ, & mediante illa, alias formas usque ad indiuiduales. cõ.17
Materia prima, est uno in numero, secũdũ qd̃ ẽ subiectũ formaꝝ ĩdiuidualiũ. & est multa, secundũ formas. cõ.17
Quãtitas, dr̃ æquiuoce de linea, superficie, et numero hoꝝ, et superioꝝ. cõ.46
Tres sunt species numerorũ, numerus mathematicus, qui nõ multiplicatur ad multiplicationẽ numeratoꝝ. Et est numerus formalis, qui diuersus est p numerationẽ entiũ. Et tertio, est numerus, cui⁹ numerus formalis est forma, & sunt sensibilia. cõ.38
Libri secundi.
Appellari philosophiã, scientiã ueritatis, recte se habet. tex.3
Auditiones cõtingũt entibus, secundũ consuetudinẽ. tex.14
Absurdum est, simul quęrere scientiam, & modũ sciendi. tex.15
Causa alicuius, semper facit qui intelle

ctum habet. tex.9
Consuetum, semper est notius. tex.14
Dupliciter aliquid fit ex alio. uno modo, sicut Vir ex Puero · & ex aurora, dies. id est post utrumque fit aliud. Alio modo, sicut ex aere aqua. tex.7
Finis scientiæ speculatiuæ, est ueritas· practicæ uero, opus. tex.3
Generatio unius est corruptio alterius, & contra. tex.7
Generatio, est medium inter esse, & non esse. tex.7
Illud quod est causa, ut alia sint uera. est uerissimũ. tex.4
In nullo genere causarum, contingit ire in infinitũ. tex.5
In omni eo, quod mouetur, oportet intelligi materiã. tex.12
Impossibile est, primum sempiternum corrumpi scilicet materiam primam. tex.7
Non solum gratiã his dicere, iustũ est, quorũ opinionibus aliquis cõmunicauerit· sed etiã his, qui superficialiter aliquid enunciauerũt. hi enim aliquid cõferunt; habitu enim nostro præexercitati sunt. tex.2
Nullus conabit facere aliquid, nõ futu-

rus ad terminū uenire. tex.8
Prius est causa esse eorū, quę sunt post. tex.6
Quicquid est causa aliorꝝ, ut sint talia, illud est maxime tale· ut puta ignis ca lidissimus est, quia propter eum alia sunt calida. tex.4
Qui infinitū ponunt, latenter naturam boni auferunt. tex.8
Quantā uim habeat, quod cōsuetū est, leges ostendunt· in quibus fabularia, et puerilia magis ualent cognitione de eis propter consuetudinē. tex.14
Sicut se habet oculus nycticoracis, ad lumen Solis· sic se habet intellectus no ster ad ea, quæ sunt manifestissima in natura. tex.1
Sicut consueuimus, ita dignamur dici. textu 14
Tunc scire putamus, cum ipsas causas nouerimus. tex.13
Verū nescimus sine causa. tex.4
Vnūquodq; sicut se habet ad esse, ita se habet ad ueritaté. tex.4

Commentator in eundem.

Ars logica quædā, est uniuersalis omni bus scientijs, & quædā est propria uni cuiq; scientiæ. cō.15

Consuetudo in pueritia, in rebus legis est fortissimũ impedimentũ, ad cognoscendã ueritatẽ. tex.14

Demonstrationes mathematicę, sunt in primo ordine certitudinis, & naturales sequũtur eas. cõ.16

Nihil est ociosum in natura. cõ.1

Nos facimus abstracta, esse intellecta. com.1

Nullus potest per se iuuenire speculatiuas artes, uel practicas, in maiori parte. quia non cõplentur, nisi per iuuamẽ prioris ad sequentẽ. & si prior nõ fuisset, nec subsequens esset. cõ.2

Principia se habent in scientia, sicut locus ianuæ, quẽ nullus ignorat.

Prima causa, est magnis digna in esse, & in ueritate, ꝗ̃ omnia alia entia quia omnia acquirunt esse, & ueritatem ab ea. com.4

Principiũ non intelligitur, nisi in re, quę habet finẽ. Et quod habet finẽ, necessario habet & principiũ. cõ.7

Qui destruit finẽ, destruit oẽ bonum, et nihil percipit. Nihil. n. dicitur esse bonum, nisi per causas finales. cõ.8

Cum Aristoteles assimilat intellectũ, oculo nycticoracis in cognitione nõ in

nuit ĩpoſſibilitatẽ,ſed difficultatẽ. cõ.1
Scientia alicuius non fit,niſi quando ꝓ
uenitur ad ſpeciẽ poſtremã. cõ.11
Veritatis cõprehenſio,non eſt impoſſi-
bilis in multis rebus. cõ.1

Libri tertii.

Aeterna non indigent cibo. tex.15
Corruptibiliũ,& incorruptibiliũ, non
ſunt eadem principia. tex.15
Dubitatorꝝ ſolũmõ, eſt ueritatis inqui-
ſitio. tex.1
Diffinitionum principia, ſunt genera.
textu 10
De fabuloſe ſophiſticantibus, nõ eſt di
gnũ cũ ſtudio intendere. tex.15
Finis,& bonũ,idẽ ſunt. te.12
Ignorantis uinculũ,non eſt ſoluere, ſed
mentis dubitatio. tex.1
In mathematicis,non eſt finis, neqꝫ mo
uens. tex.3
Impoſſibile eſt,omnium eſſe demõſtra-
tionẽ. tex.4
Magis dicimus illũ ſcire rẽ qui ſcit, eã
affirmatiue, q̃ꝫ qui ſcit eandem nega-
tiue. tex.3
Non contingit ponere domũ, ꝑter hãc,
uel illã. tex.12
Omnes utuntur dignitatibus demõ-

strative. tex.4
Omnia corrumpuntur in ea, ex quibus sunt .ex.15
Punctus, linea, & superficies, possunt esse sine corpore, et nō contra. tex.17
Philosophi antiqui Deos faciebant, principia entium & dicebant illa esse immortalia. quæ gustauerunt nectar, & ambrosiã illa uero mortalia, quæ non gustauere. tex.15
Vnum numero, & singulare, idē sunt, & nihil differunt. tex.14
Commentator in eundem.
Differentiæ licet non possint numerari à nobis, non tamen dubitamus, eas esse finitas apud naturã. cō.2
Finis, est melior omnibus causis, quia aliæ causæ sunt propter illã. cō.3
Qui nescit, quantum quærit nescit, quã do inuenerit eũ. cō.1
Species ultima, est prior omnibus superioribus, quãtũ ad indiuisibilitatē. cō.2
Species, est perfectio generis. cō.2
Vnũ numero, est synonymũ cum particulari. cō.14
Libri quarti.
Accidentis non est accidēs, nisi in quantũ ambo accidunt tertio. cō.14

Aliquid est, quod semper mouet, q̃ mouentur, & ipsum primũ mouens est, & imobile, tex.29

Circa idẽ genus uersantur, Dialecticus, metaphysicus, & sophista. tex.5

Demonstrationis principiũ, non est demonstratio. tex.26

Ens dicitur multipliciter, non æquiuoce, sed analogice. tex.2

Ens, & unũ idẽ, una natura, & conuertuntur, & se cõsequuntur, sicut principium, & causa, sed non ut una ratione ostensa. tex.3

Eiusdẽ scientiæ est, opposita considerare. tex.4

Idẽ est homo, & unus homo, quia non separantur in generatione, uel corruptione. tex.3

Ruditas, est nõ cognoscere, quorũ oportet quærere demonstrationẽ, & quorũ non oportet. tex.9

Negatio, differt à priuatione, quia negatio, est remotio alicui⁹ simpliciter, priuatio uero, negatio alicuius in subiecto apto nato. tex.4

Non omne quod apparet, uerũ est. te.24

Necessariũ non contingit aliter se habere. tex.25

Necesse est,alterã partem contradictionis esse uerã. tex.29
Omne mouens,natura est prius moto. textu 25
Philosophia prima, considerat ens, in quantũ ens·& principia, & passiones entis in quantũ ens. tex.1
Primũ principiũ ĩ aliqua scientia,debet esse firmissimũ in illa, & notissimũ,& non potest mentiri circa ipsum. te.8
Prima dignitas est,de quolibet dicer̃ alterũ cõtradictorium,& de nullo horℽ, ambo simul. tex.9
Qui negat loquelã,petit loquelã.tex.10
Qui unũ non intelligit,nihil intelligit. textu 10
Quod non significat unum, nihil significat. tex.10
Substantia,est primũ ens,ex quo oĩa alia dependẽt. tex.2
Sicut numeri,in quantũ numeri sunt, passiones·ita entis,in quantum ens. textu 5 (tex.3
Tot suntq; species unius, quot & entis.

Commentator in eundem.

Auicenna miscuit scientiã suam diuina cum lege. cõ.3
Attributio accidentis substantiæ,est es-

sentialis·attributio uero accidentis ac cidēti,nō est essentialis. cō.14
Ens non est uniuocum,nec æquiuocū, sed est mediū inter illa. cō.2
Exercitiū,dicitur sanū eo, quod conser uat sanitatē. cō.2
Hoc nomen unum significat ex eo nega tionē,& est priuatio diuisibilitatis.cō.3
Logic9 scit illud, qd scit Philosophus· sed unus eorū scit demonstratiue,& a lius probabiliter·Sophista autē, nullā habet scientiā·sed tantū facit se existi- mare scientē,& non est. cō.5
Omnes homines non decipiuntur, nisi in eo,quod nesciunt· aut in eo, cuius cognitio non est ualde manifesta. cō.8
Primū ens consideratum in metaphysi- ca,est illud,quod est prius esse nobili- tate & charitate. cō.7
Qui negauerit primū principiū,impos- sibile est eum philosophari. cō9
Res non est una,per rē additam suæ es- sentiæ·sed est una per suū esse, per qd est ens. cō.3
Sophista intendit,se uideri Philosophū, ut acquirat gloriā,aut aliquid gratiarū humanarū·Philosophus autē,tantū sci re uerū. cō.3

Syllogiſmus,eſt unũ entium, de quib9 conſiderat Philoſophus. cõ.8

Senſibile,non eſt relatiuum, niſi ad ſenſum· & ſi ſenſus non fuerit,non erunt ſenſibilia. cõ.25

Terminus,eſt ſolum illius, quod eſt in actu. cõ.15

Libri quinti.

Aqua,eſt materia omniũ liquefactibilium.tex.5

Cauſa, & effectus, ſimul ſunt,& non ſunt. tex.3

Continuum eſt,cuius motus eſt unus. tex.8

Dæmonia,ſunt ſubſtantiæ. tex.15

Eadem numero ſunt,quorũ materia eſt una,& eadem ſpecie,quorum ratio eſt una. tex.13

Elementum,eſt ex quo cõponitur primum,in exiſtente indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem, tex.4

Ens per ſe,dicitur dupliciter · uno modo,quod diuiditur in decẽ prædicamẽta·alio modo, quod ſignificat ueritatem uniuſcuiuſq; rei, uel ꝓpoſitionis. tex.14

Ens per accidẽs,dicitur tripliciter·uno modo,quando accidens p̄dicat̃ de ſub

cto,ut homo est albus·alio modo,qñ subiectũ de accidente,ut album est homo·tertio modo,quãdo accidens prædicatur de accidente,ut albũ est musicum. tex.13
Finis est,optimũ rei. tex.3
Mors,metaphorice dicitur finis. tex.21
Prius est, quod primo principio est propinquius. tex.16
Prius,est accidens , q̃ ipsum totum·ut musicũ prius est,q̃ homo musicus,et hoc secundum rationẽ. te.16
Perfectum est , cui nihil deest.& est duplex,scilicet simpliciter extra quod nihil est·& perfectũ,in genere. tex.21
Punctus,est unitas,positionẽ habens. textu 12
Quod habet differẽtiã , habet etiã gen9· Sed quod habet genus,nõ habet differentiã omnino. tex.4
Quatuor sunt causæ,materia,forma,efficiens,& finis. tex.2
Quantum est,quod est diuisibile in partes,quæ in sunt,quarum unaquęq; est hoc aliquid. tex.18
Totum quid substãtiale,secundũ generationẽ est prius partibus · Et partes; sunt priores toto,secundũ corruptio-

nem. tex.16
Vnũ in ſubſtantia,facit idẽ in quantita te,& æquale in qualitate uero, ſimile. tex.20 (tex.20
Vnũ,eſt principium numeri, & metrũ.

Comentator in eundem.

Aqua,eſt materia remota plũbi, cupri, & ferri. cõ.29
Agens malũ ſponte,eſt peius agente malũ per uim. cõ.34
Accidens,primo ſignificat formã & ſecundo,ſubiectũ. cõ.14
Diuerſitas opinionũ,eſt cauſa litis.cõ.1
Diffinitio eſt,finis cũ cognitione, & eſt finis in eſſe. cõ.22
Falſitas eſt ꝓpria imaginatione, ſed ſen ſui non cõpetit,niſi ꝑ accidẽs. cõ.24
Homo non ciuilis, neq; dicitur bonus, neq; malus. cõ.27
Habere dignus dicitur,de reſpectu continentis ad contentũ & cõtra. cõ.28
Homines,magis denominãtur à primo patre,q̃ à prima Matre. cõ.33
In ſuperficie,primo, & per ſe exiſtit color in corpore uero,ſecundario. cõ.23
Lapis quieſcens,priuatur motu uiolento ad inferius. cõ.27
Quæ alteruter adinuicẽ, habent eandẽ

materiam·& quæ alteranrur ad idem, habent illud idē pro materia. cō.33

Libri sexti.

Accidens, uidetur esse propinquum non enti. tex.4

Bonum,& malum,sunt in rebus·uerū, & falsum,in anima. tex.7

De ente per accidens,nō est speculatio. tex 4

Entium quædā,sunt semper,quædā,frequenter·& quædā,raro·& hæ sunt entia per accidens,& casualia, & fortuita. tex.5

Mathematica,cōsiderat res cōiunctas, secundū esse·& separatas,secūdū ratione ā materia.metaphysica, abstractas, utroq; modo·physica uero,coniūctas, utroq; modo. tex.2

Naturalis scientia,non est practica, sed speculatiua. tex.1

Omnis scientia,uel est actiua, uel factiua,uel theorica. tex.1

Rationes sophisticæ,sunt circa accidēs. (tex.4

Substantia,& esse rei,non potest cognosci per demonstrationē. te.1

Simū,est nasus concauus, tex.2

Si omnis substantia,est mobilis·physica,est philosophia prima. sed si aliqua

est immobilis, metaphysica est prima philosophia, tex.3

Commentator in eundem.

Coquus, facit ferculũ delectabile. Medicus uero, utile. cõ.5
Corruptio, fit de necessitate materiæ, generatio uero, non. cõ.7
Diuina sunt, in quorum diffinitione accipitur Deus. cõ.2
Illud quod est accidens, scitur, quando accidit, & non permanenter. cõ.6
Licet omnes scientiæ nobiles sint, tamẽ diuina est nobilior, quia eius subiectũ est nobilius. cõ.2
Naturalia, sunt in quorum in diffinitione accipitur materia. cõ.2
Physica, est prior metaphysica, quo ad ordinem addiscendi. cõ.3
Res existentes essentialiter sunt illę, quę habẽt aliquã speciẽ, in quarũ diuiduis existet generatio, & coruptio. cõ.4
Scientia, non est permanens in scito, nisi per causam. cõ.6
Volũtaria sunt in quorum diffinitione accipitur uoluntas. cõ.2

Libri septimi. (te.2

Accidẽtia, nõ sũt entia, nisi qa sũt entis.
Actus separat, & distinguit. tex.49

Concauitas,& ſimitas, ſunt in naſo ſecundũ ſe,& non ſecundum accidens. textu 17
Diſciplina,fit p magis nota nobis.te.10
Diffinitio,eſt oratio indicãs, quid eſt eſſe rei per eſſentialia.tex.19
Diffinitio accidẽtiũ, dať p additamẽta. (tex.19
Diffinitio,ſimpliciter eſt ipſius ſubſtantiæ·ſecundum quid autem, ipſius accidentis. tex.16
Diffinitio,eſt ſermo habẽs ptes. tex.33
Ex duobus entibus ĩ actu nõ fit tertiũ. textu 49
Elementum eſt,in quod diuiditur non exiſtens,ut in materiã. tex.60
Generans,& generatum,ſunt uniuoca, & conueniunt in ſpecie. tex.30
In entibus p̃ ſe,idẽ eſt quidditas, & habens quidditatẽ. tex.20
Illa quæ ſunt cognita apud nos, ĩ reſpectu eorũ,quæ ſunt cognita apud naturã,ſunt paruæ, & paucæ cognitionis. textu 10
Materia de ſe,non eſt qd,nec quale,nec quantũ·nec aliquid eorum qbus ens eſt determinatum. tex.8
Materia eſt,qua res põt eſſe,uel nõ eſſe. (tex.22
Materia,ſecundum ſe eſt ignota. tex.35

Manus,nõn semper est pars hominis, nisi quando potest opus manus perficere. tex.38
Materia non fit,nec forma, sed totum compositum. tex.17
Natura humana non est,nisi in his carnibus,& in his ossibus. tex.37
Nihil generatur,nisi substantia. tex.22
Nihil aliud oportet esse in diffinitione, q̃ genus,& differentia. tex.44
Omne accidens concretum,duo significat·formam scilicet accidentalem, & subiectum eius. tex.21
Omnia q̃ fiunt,fiunt à natura,uel ab arte,uel à casu. tex.22
Quantitas,non est substantia. tex.18
Substantia est prior accidente,diffinitione,cognitione,& tẽpore. tex.3
Substantia,dicitur quatuor modis.primo,de qualitate rei·secũdo,de uniuersali prædicabili in quid·tertio,de genere propinquo · quarto, de indiuiduo substantiæ. tex.7
Singularium,non est scientia, neq; diffinitio·quia in eis est aliquid, quo possunt esse,& non esse. tex.53
Sperma,facit ad generationẽ· sicut ars, ad artificialia. tex.31

Vtile est, quod pluribus natū est inesse. tex. 45

Vniuersalia, non sunt separata à singularibus, secundum esse. te. 57

Commentator in eundem.

Actio materię, est eius trāsmutatio. cō. 9

Accidens ut est in subiecto, non idē est in subiecto: sed ut passio eius, est sibi idem. cō. 21

Causa multiplicationis indiuiduorum, ab uno generante est: multiplicatio materierū, in ptes, in quas agens agit. cō. 28

Cōcauitas, non est passio existens in naso per accidens, sed per se. cō. 17

Formæ, conueniunt cū accidentibus in hoc, quod utraque separantur à materia ipsa remanente: & propter hoc, plures putarunt formas esse accidentia. cō. 8

Forma, non est elementū, neque ex elemētis: sed est substantia, elemētis addita. com. 60

Indiuiduū substātię, est prius īdiuiduo accidētis. cō. 2

Illa ex quibus peruenitur in cognitionē essentiæ rerū, ignoratę sunt actiones earum propriæ. cō. 9

Impossibile est, quod formæ separatæ transmutent materiā. cō. 28

Logicus, considerat diffinitionē, in quā tū est instrumentū, ducēs intellectū ad intelligere, qdditates rerū·Philosoph⁹ uero, ut significat naturas eaꝵ. cō.42
Materia, est substantia, secundū quod substat formæ·Et forma, est substātia, secundū qđ cōstituit·cōpositū, est substātia secūdū quā cōponit ex eis. cō.7
Materia, non est pars qdditatis, sed est uehiculū deferens quidditatem. cō.34
Materia, non cognoscitur per se, sed per formam. cō.35
Mulus, generatur à natura sibi simili· & est natura communis equo, & asino. cō.28
Naturalis, considerat materiam, in quantum est principium trasmutationis· Philosophus uero, ut est substantia ī potentia. cō.9
Nulla species, inuenitur, fieri à casu. com.22
Nihil transmutat materiam, nisi sit in materia. cō.28
Non est inconueniens, quod aliquid existens in prædicamento qualitatis, accipiatur in diffinitione eius, quod est in prædicamento substantiæ. cō.41
Nasus simus, est unū essentialiter, cō.12

Omnes antiqui, conueniunt in materia secundum genus tantum, & non simpliciter. cō.9
Omne generatum, generatione non cessabili generatur à suo simili. cō.28
Propositiones dialecticæ, sunt entis simpliciter. cō.2
Prædicabilia primi modi, sunt tria·genus, differentia, & diffinitio quæ componitur ex eis. cō.11
Proprium est substantiæ inter oīa prædicamenta, ut ante substantiam generatam sit alia substantia agens, sibi similis·Sed non est necesse, ut ante qualitatem sit alia qualitas agēs·sed est aliud ante qualitatē, quod est potentia quale, scilicet materia. cō.32.
Qui dicit accidentia habere diffinitiones, dicit ea habere magis, ꝙ habent. com.15
Qui nescit rem, nullum nomen imponit ei. cō.54
Substantia indiuidua, & demonstrata, non est una, nisi per formā. cō.5
Scire indiuiduū substantiæ per sua uniuersalia, est perfectius, ꝙ scire eum per uniuersalia accidentium. cō.4
Si aliqua forma, aut aliqua priuatio esset essen-

fet eſſentialiter in materia,ipſa nõ reci
peret oẽs formas.cõ.8 (ſenſu.cõ.53
Singularia non ſciuntur,niſi dũ ſunt in
Simitas, eſt in naſo de accidentibus eſ-
ſentialibus. cõ.16
Totũ,eſt prius parte, prius eſſe formæ
ad materiã·Et pars,eſt prior toto ,pri⁹
eſſe materię ad formã. cõ.35

Libri oſtaui.

Forma ſerenitatis,eſt quies. tex.6
Formæ,& diffinitiones,ſunt ſicut nume
ri·Quia ſicut in numero addita,uel ab
lata unitate,non manet eadem ſpecies
numeri·ſed alia,& alia.ſic ablato , uel
addito aliquo in diffinitione ſpeciei,&
formæ rerum , non manet eadem res,
ſed uariatur. tex.10
Formæ quædã,non habẽt materiã. uel
ſi habent,non habent talẽ,qualẽ habẽt
generabilia,& corruptibilia·ſed ſolum
mobilem ſecundũlocum. tex.12
Materia phlegmatis , eſt cibus unctio-
nis plenus,& dulcis· choleræ uero,a-
marus,& acutus. tex.11
Non omnium eſt materia , ſed quorum
eſt generatio,& tranſmutatio ad inui-
cem·quia quæcunq; tranſmutari non
poſſunt,non habent materiã. tex.14

Omnes ſubſtantiæ ſenſibiles, habẽt materiam. tex.3

Prãdium, differt à cœna, ſecundũ diuerſitatẽ tẽporis tãtũ. tex.5

Quæcunq; tranſmutantur ad inuicẽ, ad materiã oportet redire. tex.14

Si agens fuerit diuerſum, & materia diuerſa, ẽt cõpoſitũ erit diuerſum. tex.12

Commentator in eundem.

Actio formę ignis, qui ſequit ipſam formã, eſt calor maximus, & motus eius ad ſuperius. cõ.5

Archita Tarẽtinus, fuit hõ, qui ſciuit extrahere diffinitiones cõpoſitas ex materijs, & formis. cõ.6

Cum aufertur riſibilitas, aufertur homo. ſed non primo, ſed mediante ablatione rationalitatis. cõ.5

Calor, in igne eſt ſicut abſciſſio, in cultello. cap.5

Cum materia fuerit una, & motor fuerit unus, neceſſario generatũ erit unũ. ſicut ſi materia fuerit diuerſa, & ipſe motor diuerſus, generata erunt diuerſa. Quando autẽ materia fuerit una, generata poſſunt eſſe diuerſa propter diuerſitatẽ mouentium. & hoc ſolũ inuenitur in artificialibus. cap.11

Corpora cœlestia, non habent materiã, quæ sit in potentia ad corruptionem· sed materia eorũ, est ens actu, scilicet corpus·& ideo dignius habet hoc nomen, subiectũ, quàm materia, cõ.12
Corpora cœlestia, sunt animata p se, & uiua·& nõ p animã. necq; p uitã. cõ.12
Diffinitio, cõponitur ex materia, & forma. cõ.6
Diffinitio perfecta est illa, quæ constat ex omnibus partibus, ex quibus constat cõpositũ. cõ.6
Diffinitũ, est ens in actu per ultimã differentiã. & aliæ differentiæ quæ sunt, ante sunt, quasi materia. cõ.6
Esse materiæ, est esse mediũ inter esse in actu, & non esse. cõ.4
Exitus alicuius de potentia ad actũ, nõ largit̃ ei multitudinẽ, sed pfectionẽ. c.15
Elementa, sunt æterna, secundũ totum· generabilia autem, & corruptibilia, secundum partem. cõ.12
Forma separatur à materia secundũ diffinitionẽ, sed non secundũ esse. cõ.3
Forma est illud, proter quod est generatio, & non materia. cõ.6
In diffinitionib⁹ eorũ, q̃ sunt ĩ subiecto, est materia, q̃si differẽtia · & forma, q̃si

genus In diffinitionibus uero eorum, quæ sunt per se genus est, quasi materia & differentia, quasi forma. cõ.6
In entibus naturalibus, quælibet forma habet materiã propriã. cõ.11
Non est necesse, quod omne habens materiam localẽ, habeat materiã generabilem, & corruptibilem. cõ.4
Omne uiuens per uitam, est generabile, & corruplibile. cõ.12
Sicut trãsmutatio in substãtia, fecit nos scire, materiã primã esse ita trasmutatio localis, fecit nos scire, corpora cœlestia habere potentias ad ubi. cõ.12
Viæ una pars, est locus & alia, est dispositio in loco, per quẽ ictio est possibilis in ea ad finẽ intentũ. cõ.6

Libri noni.

Actus, simpliciter præcedit potentiam, sed in indiuiduo potentia præcedit actum. tex.13
Aĩalia uident, nõ ut uisum habeant sed uisum habent, ut uideant. tex.15
Actus, melior est potentia, in bonis in malis ꝟo potẽtia, est melior actu. te.19
Circa entia uere in actu, nõ fit deceptio, sed ignorantia, non tamen talis, qualis est cæcitas. tex.22

Duplex eſt potentia, actiua, & paſſiua· actiua, eſt principiũ tranſmutãdi aliud in quantũ aliud· paſſiua uero, principium tranſmutandi ab alio, in quantũ aliud. tex.2

Falſum, & impoſſibile, nõ ſunt idẽ. te.8

In ſempiternis, nulla eſt potentia. te.17

In æternis, non eſt corruptio, nec malũ, nec peccatũ. te.19

Materia, cuius eſſe eſt in potentia, eſt cã fatigationis. tex.17

Malũ, ſemper ſequitur potentiã. tex.19

Non eſt timendũ, quòd cœlũ ſtet. te.17

Potentia rationalis, ualet ad oppoſita· irrationalis uero, non. tex.2

Priuatio, uiolentia eſt, quãdo aliquid ca ret illo, quod innatum eſt habere. te.3

Commentator in eundem.

Anima, non proprie diſponitur per ſciẽtiam, niſi quando fuerit ſciens in actu· & maxime, quando fuerit in ſua ultima perfectione, ſcilicet quando utitur ſcientia. cõ.16

Forma, ſecundum quod forma, non patitur à primo tranſmutante eſſentialiter. cõ.2

Fortuna, eſt qualitas uitę nobilis. cõ.19

Nihil agit in ſeipſum. cõ.2

Nihil agit actionē,ad quā nō habet potentiā. cō.7
Nihil habet potentiam ad corruptionē, quin corrumpatur. cō.9
Omne quod,patitur,aut patitur ad peius,aut ad corruptionē. cō.2
Qui negant potentiā,negant omnes motus generationē,& corruptionē. cō.6
Quando sensatū recedit à sensu, statim certitudo sui esse mutat in ęstimationē absq; eo,qđ ī nobis accidat error. c.22
Verū contrariū,est priuatio. cō.3

Libri decimi.

Accidens , contingit esse , & non esse. tex.27
Contraria sunt,quæ posita sub eodē genere maxime distant , & eidē susceptibili uicissim insunt. tex.14
Contrarietas secundū formā,facit diuersitatē specificā. Contrarietas uero,secūdum materiam,facit diuersitatem naturalem. tex.25
Corruptibile,& incorruptibile,differūt plusq; genere. tex.26
Fœmina,& Vir,nō differunt specie,sed sunt idē. tex.25
In unoquoq; genere est unū primū, qđ est metrū,& mensura omniū,quę sunt

in illo genere. tex.7
Mēſura, conuenit quātitati, & ꝑ ipſam conuenit aliīs. tex.2
Menſura, debet eſſe homogenea menſurato. tex.4
Media, ſunt ī eodē genere cū extremis. tex.22
Materia negatione oſtenditur. tex.23
Maſculinū, & fœmininū, ſunt differentia ſexus animalis. tex.25
Numerus, eſt unitatū pluralitas. tex.4
Numerus, eſt multitudo uno menſurabilis. tex.21
Priuatio, & habitus, radix ſunt contrariorum. cō.15
Vnū uni tantū eſt cōtrariū. tex.17

Commentator in eundem.

Homo eremita, nec eſt bonus, nec malus, ſed eſt medius. cō.16
Indiuidū artificiale, eſt unū per uiolentiā naturale uero, eſt unum per formam ſuam. cō.1
Menſurare per minorē mēſurā, ſemper eſt certius. cō.3
Mēſura cuiuſlibet rei, ē ſui generis. c.4
Primum in genere ſubſtantiæ, eſt primus motor æternus, & abſolutus ab omni materia. cō.7

Libri duodecimi.

Aſtrorum natura, eſt quædam ſubſtantia ſempiterna, & mouens ſempiternum. textu 43

Aliquo modo coordinata ſunt omnia, ſed non ſimpliciter: & naturalia, & uolatilia, & plantæ. te. 52

Deus, eſt animal ſempiternũ, optimũ. (te. 39

Diuiniſſimũ, & honorabiliſſimũ intelligit, & non tranſmutatur. tex. 51

Indiuiſibile omne, quod non habet materiam. tex. 5

Motus, non eſt continuus, niſi qui ſecũdum locũ eſt & huius, qui circulariter. tex. 29

Materia, quæ una eſt, nulli eſt cõtraria. (tex. 54

Nulla mathematicarũ ſcientiarum, de ſubſtantia ſenſibili conſiderat, præter Aſtrologiã. te. 44

Ordo, eſt propter ducẽ: dux autem, non eſt propter ordinem. tex. 52

Tranſmutationes ſunt quatuor, ſecundũ quid, quantũ, quale, & ubi. te. 7

Commentator in eundem.

Agens, proprie facit paſſionẽ: mouens uero, non. cõ. 23

Aſtrologia huius tẽporis, nihil eſt in eſſe, ſed eſt conueniens computationi

non esse. cõ.45
Admista, primo se tangunt, deinde ad miscentur. cõ.14
Causa, dicitur de omnib⁹ quatuor prin cipiũ autem, de extrinsecis • elementũ uero, de intrinsecis. cõ.23
Desiderium, est propter æstimationem eius, quod est aliquid esse bonũ. cõ.36
Desiderium præcedens comprehensionem rei, magis dicitur dolor, quàm uoluptas. cõ.39
Formæ, non sunt sẽsibiles, sed intelligibiles. cõ.14
Generatũ ĩ actu, corruptũ est ĩ potẽtia. (cõ.18
Impossibile est, quod duo motus contrarij sint super eundẽ polũ. cõ.47
Ignis, animalia corrumpit, & non generat. cõ.18
Ignorar̃ uilia, est melius, ꝙ scir̃ ea. cõ.51
Nullus ante Aristotelem sciuit materiã in rei ueritate, sed precedentes eum inspiciebant à longe. cõ.6
Natura, nihil agit superflue. cõ.45
Omne agens, est mouens, & nõ contra. com.23
Omni generabile, & corruptibile reciprocatur infinities. cõ.50
Quod natura potest facere uno instru-

mento, non facit duobus. tex. 45
Scientia Dei, causat res: sed nostra, causatur à rebus. cõ. 51
Vniuersalia apud Aristotelẽ: sunt collecta à particularib⁹ i intellectu, qui colligit, & accipit inter ea consimilitudinem, & facit ea unã intentionẽ. cõ. 4
Vespæ, fiunt ex corporibus equorũ mortuorũ: & apes, ex corporibus uaccarũ mortuarũ: ranæ uero, ex putrefactione aquæ. cõ. 18
Verũ delectans est illud, quod per se delectatur, & illud est intellectus. cõ. 39

Libri decimitertii.

Priora compositis, sunt incõposita.
Sine uniuersali, nõ est accipere scientiã.
Socrates, nõ posuit uniuersalia separatã à singularibus.
Vniuersale, non est substantia.

Auerrois, de substantia orbis

Anima cœli, non cõiungitur cœlo secũdum esse: sed secundum operationem, & modum.
Corpus cœleste, est simplex, non cõpositum ex natura, & forma.
Corpus cœleste, non indiget forma, ut moueat tantum localiter: sed etiam ea indiget, ut sibi det permanentiam æ-

ternam.
Cœlũ,est finitũ,& determinatũ à super ficie continente ipsum.
Corpora cœlestia calefaciunt,nõ inquã tum calida·sed in quantum sunt uelocis motus,& luminosa.
Diuisio,nõ cõpetit materiæ, nisi cũ habet quantitatẽ.
Dimensiones interminatæ, præcedunt formã in materia· terminatæ, uero sequuntur eam.
Formæ naturales,diuiduntur diuisione materiæ.
Forma cœli,nõ est necessaria ĩ esse cœli.
Homo,est intelligens per partem, quæ est in ipso.
Illud quod mouetur ex se,est compositum ex duabus naturis·scilicet ex recipiente,& agente motũ.
Impossibile est,unũ subiectũ habere,nisi unam formã.
Impossibile est,formam esse sine materia,& contra.
In cœlestibus idem esse,est efficiens motum,& finis motus.
Impossibile est, ut illud quod de se, est corruptibile, recipiat æternitatem ab alio.

Illud quod est in actu, nõ recipit aliqd, quod sit in actu.

Illud quod in mouendo mouetur, impossibile est, ut sit principium motus æterni.

In corpore cœlesti, nulla est potentia, nisi tantũ quæ est in loco.

Materia, substantia fit per posse.

Materia, non recipit similiter diuersas formas, nisi quia primo recipit dimensiones interminatas.

Materia cœli, est aliqd existens in actu, & non potentia. & ideo dignius dicitur subiectum, q̃ materia.

Omnis uirtus, in materia est finitæ motionis.

Omne compositum ex materia, & forma, est finitæ repletionis necessario.

Pati, est contrarium ipsi actui.

Transmũtatio, arguit materiã. operatio uero, formam.

Libri primi.

Bona animæ, sunt maxime bona. ca. 10

Conscij propriæ ignorantiæ, admirantur homines scientes. cap. 1

Felix, non differt à misero per dimidium uitæ. cap. 18

In infortunijs, uirtus relucet. cap. 2

Omnia, bonum appetunt. cap.1
Principia, maxime ualent ad sequẽtia. cap.10
Principiũ, est plusquã dimidiũ. cap.10
Vnusquisque bene iudicat, quæ cognoscit. cap.3 (cap.11
Vnicuiq; id est delectabile, quod amat.

Commentator in eundem.

Ars gubernandi ciuitates, principatum tenet in omnibus artibus. cap.1
Additamenta artiũ, fiũt cum temporis lõgitudine. cap.10
Cognito fine, determinantur actiones, quæ ducunt ad ipsum, & quæ remouent ab ipso. cap.1
Cõparatio cordis, ad animal est sicut cõparatio fundamenti, ad parietẽ. ca.7
Felix, eget suffragio exteriorũ. cap.12
Infirmans, ponit sanitatẽ, esse felicitatẽ: pauper factus uero, diuitias. cap.4
Occultum est nobis, quid futurũ sit de rebus. cap.4
Quum puer nominatur felix, nominatũ propter spẽ futuræ felicitatis. cap.14
Vulgares, propinqui sunt seruis. cap.6

Libri secundi.

Circa uoluptates, & tristitias est moralis uirtus. cap.3

Circa difficilia, ars fit semper, et uirtus. cap.3

Fortitudo, corrumpitur à superabundãtia, & defectu· à medio v͛o, saluat͛. ca.2

In obscuris, oportet uti apertis testimoniis. cap.3

Medicinæ, fiunt p̃ cõtraria. cap.3

Malũ, est facile·bonum uero, difficile. cap.5

Non parũ differt, à iuuentute sic, uel sic assuefieri, ímo multũ. cap.2

Non ut sciamus, quid sit uirtus, perscrutamur, sed ut boni efficiamur. cap.2

Operationes, sunt circa singularia. ca.7

Propter uoluptatẽ, mala operamur·& propter tristitiã, à bonis recedim⁹. ca.3

Passio, non est uirtus, nec uitiũ· quia secundũ eã nec laudamur, nec uituperamur. cap.5

Tria sunt in anima, passiones, potentię, & habitus. cap.3

Virtus, est habitus, qui habentẽ p̃ficit· & opus eius, reddit bonũ. cap.5

Virtus, certior est, et melior oĩ arte. ca.5

Commentator in eundem.

Bonus, fit bonus secundum unum modum· malus uero, multis modis fit malus. cap.5

Cōcoplex dicitur ille, qui de qualibet re uerecundatur· effrons uero, qui de nulla. cap.7
Delectatio, est cōmunis omnibus animalibus. cap.3
Difficile est nobis iudicare, illud esse nō rectū, i quo delectamur naturaliter. c.9
Hemesicus dicitur ille, qui tristatur propter bonum quod recipiunt indigni, uel imeriti. cap.7
Refrænationes, sunt medicinæ uoluptatum. cap.3
Virtus, est mors cōcupiscentiarum, et qes earū, secundū qđ oportet. cap.3
Virtus, difficilior est circa delectationē, quam circa irā. cap.3

Libri tertii.

Bonus, singula c[illegible] rōne iducit. cap.7
Consilium, non est de fine· sed de his, q̄ sunt ad finem.
Canes, non gaudent lepore odorū · sed cibatione. cap.12
Homo, est principium suarū operationum. cap.6
In re frequēti, cognoscunt habitus. c.14
In naturalibus concupiscentiis, pauci peccant. cap.13
Nullus est bonus, nec beatus uolēs. ca.7

Operationũ noſtrarꝫ nos ſumus Domi ni, à principio uſqꝫ ad finẽ. cap.8
Primũ in generatione, eſt ultimũ in reſolutione. cap.6
Terribiliſſimũ omniũ, eſt mors. cap.9
Triſtitia, corrũpit naturã habẽtis. ca.15
Violentũ eſt, cuius principiũ eſt extra, nõ conferente uim paſſo. cap.1

Commentator in eundem.

Amatores, audacter aggrediuntur terribilia, cã concupiſcentiæ. cap.1
Fortis, non timet. cap.9
Ira, promouet actionẽ fortis. cap.10
Multi ignorant res, quas faciũt, an ſint bonæ, uel malæ, cap.2
Nullũ animaliũ, præter hominẽ agit aliquid ſponte. cap.4
Opinio, diuiditur in uerum, & falſum. electio uero, in bonũ, & malũ. cap.5
Pueri, uiuunt per deſideriũ ꝓprie. cap.15
Qui agit aliquid coacte, & non ſponte, triſtatur cum ipſo. cap.11
Res timoris plenæ cogunt eum, cui accidunt, ad actiones turpes. cap.15
Turpia tolerare nõ propter aliquod decorũ factũ, eſt hominis uilis. cap.2

Libri quarti.

Honor, eſt præmiũ uirtutũ. cap.9

Irasci,in quibus nõ oportet·& non irasci,in quibus oportet,insipientis est.
Iactator , uituperabilior est mendace. cap.14
Laus,& gratiarum actio,debetur danti,& non accipienti. cap.1
Maior uirtus,est bona operari , quàm turpia non operari. cap.1
Malũ,seipsũ destruit & si integrũ est, non ferendum erit. cad.11
Omne mendacium prauum,est fugiendum. cap.14
Pulchritudo,semper in magno corpore existit·Vnde parui,formosi possunt dici,non pulchri. cap.6
Prauus,honore non est dignus. cap.6
Qualis unusquisque est,taliter uiuit.c.14
Requies,& ludus,in uita uidentur esse necessaria. cap.15
Solus bonus,honorandus est secundũ uirtutem. cap.9
Sustinere iniuriantẽ,& familiares despicere,simile est. cap.12
Virtuti perfectæ,non fit condignus honor.cap.9 (cap.26
Verecundia,est timor nõ gloriationis.
Verecundiã,in Iuuene laudamus·in Sene uero,uituperamus. ca.16

Commentator in eundem.

Ad irascibilē festinat ira. cap.12

Bachilen dr̄ ille, qui deficit a datiōe sed non concupiscit opes alienas, nec uult accipere quicquā ab aliquo. ca.4

Cui nihil restauratur, habita finiuntur uelociter. cap.1

Dare habita grauius est, q̄ dimittere acceptionē eius, quod nō habetur. cap.1

Difficile est largū fieri diuitē. ca.2

Dignissimū est homini, ut nō faciat, unde sit uerecundandū. cap.16

Mansuetus, nō est amans uindictā, sed ignoscens. cap.12

Satisfactio, quietat irā. cap.11

Verecundia non fit, nisi pp mala. ca.16

Libri quinti.

Iustitia, non est ad seipsum. cap.10

Minus malum. semper est eligēdū. ca.6

Nullus ppriē sibi ipsi iniuriā facit. ca.15

Optimus est, qui non solū utitur uirtute ad se, sed & alios. cap.8

Præclarissima uirtutū, est iustitia. cap.3

Principatus, Virū ostendit. cap.3

Pessimus est, qui utitur malitia in Amicos. cap.4

Quæ simpliciter sunt bona hominib⁹, pro his orant. cap.2

Commentator in eundem.

Denarius,eſt factus tanquã fideiuſſor ſupplendi neceſſitatẽ futurã. cap.8
Denarius,eſt ęquans inter additionem, & diminutionẽ. cap.8
Lex prohibet, nequis ſeipſum occidat. cap.15
Peius eſt,facere iniuriã, ꝙ pati. cap.15

Libri ſexti.

Ad principia non eſt ratio. cap.9
Conſilium debet eſſe de his, q̃ poſſunt aliter ſe habere. cap.2
Conſulta operari oportet uelociter,con ſulere autem tarde. cap.10
Deus,hoc ſolo priuatur, infecta facere, quæ facta ſunt. cap.3
Electio,non eſt de præterito,ſed de futu turo,probabili. cap.3
Iuuenis,nõ poteſt eſſe ſapiẽs. Quia pru dentia requirit experientiam,quæ indi get tempore. cap.9
Iuuenes,nõ ſunt experti. cap.9
Impoſſibile eſt,prudentem eſſe nolentẽ bonum, cap.16
Intellectus,eſt principium. cap.7
Multitudo tẽporis,facit experiẽtiã. c.9
Omnis doctrina eſt,ex p̃cognitis. ca.4
Omnia ſcit operari bonus. cap.16

Sapientia,est cognitio rerum diuinarũ, habens caput inter omnes alias scientias. cap,8

Commentator in eundem.

Homo , non uersat consilium in ĳs, q̃ carent fine. cap.8
Ingenium,non est in rebus necessarĳs, neq; in his,quorum notitia causaliter se habet,sed in his,in quibus uersatio fit consilĳ. cap.12
Prudentia,est apprehensio agendorum, & non agendorũ·ingẽium autem est, sententiã ferens,& iudicans.

Libri septimi.

Difficile est,resistere consuetudini.ca.14
Facilius est,consuetudinẽ mutare.q̃ʒ naturam. cap.14
Fama,quã multi Populi celebrant,non ex toto perit cap.14
Homines,dicuntur fieri Dĳ,ꝑpter uirtutũ excellentiã. cap.1
Iræ,& concupiscentiæ Venereorũ,transmutant corpus , & quibusdam insanias faciunt. ca.5
Melancholici,naturaliter semper indigent medicina, cap.14
Maior est delectatio in quiete, q̃ʒ in motu. cap.14

Non oportet tantũ uerũ dicere, sed etiã causam falsi assignare. ca.14
Solutio dubitationis, est inuentio ueritatis. cap.4

Commentator in eundem.

Demonstrationes, sunt perfectiores, & nobiliores quando inducuntur post orationes dubitabiles. cap.2
Homo, habet ampliorem potestatem super concupiscentias naturales, quàm super iram. cap.7
Malitiosus, non est bonus neq; actu, neque potentia. cap.8
Quẽ non pœnitet ex prosecutione concupiscentiarũ, insanabilis est. ca.8
Verberans absq; ira, peior est uerberante cum ira. cap.8

Libri octaui.

Amicorũ, omnia sunt cõmunia, cap.6
Amicitia, est triplex propter bonũ, utile, delectabile & honestum. prima, est Senum. secunda, Iuuenũ. cap.3
Distantia loci, non separat amicitiam, sed operationẽ. cap.4
Domini ad seruũ non est amicitia, secũdum quod seruus, sed secundũ quod hõ. quia ut seruus, est ei dissimilis ut homo autẽ, similis. cap.8

In ĩfortunĳs,refugiũ eſt ad Amicos. c.1
In quib⁹ nihil eſt cõmune,nec etiã amicitia,nec iuſtitia. cap.8
Lucrũ,eſt auxiliũ indigentiæ. cap.10
Malus rex,tyrannus dicitur. ca.7
Matres,plus diligunt Filios,ꝙ Patres. cap.7
Nullus eligeret uiuere ſine Amicis, habens omnia bona. cap.1
Natura,maxime appetit delectabile, & fugit triſte. cap.4
Omnis homo,naturaliter omni homini amicus eſt. cap.1
Peſſimũ,eſt contrariũ optimo. cap.7
Pater,tria beneficia dat Filio·cauſam eſſendi,generando·cauſam nutriendi,educando·& cauſam diſcendi,informãdo.cap.8
Propriũ,& maius amicorum, eſt conuiuere. cap.4
Praui ſunt amici,propter utile, uel delectabile. cap.4
Parentes,amant Filios tanquã aliquid ſui exiſtẽtes·Filĳ uero,parentes,ut ab illis aliquid exiſtentes. cap.9
Parẽtes,plus amãt Filios,ꝙ cõtra.ca.9
Pr̃,põt abnegare Filio,et nõ cõtra.ca.10
Quanto maior eſt fortuna, tãto minus

est secura. cap.1
Rex, debet se habere ad subditos · sicut Pastor, ad oues. cap.8
Sola amicitia bonorũ honestorũ incommutabilis est. cap.4
Seruus, est organũ animatũ. cap.9

Commentator in eundem.

Amicitia, amoris est amatrix. cap.4
Emolumẽtũ, ẽ fulcimẽtũ pecuniarꝝ. c.10
Fratres, coæquantur in omni re, præter q̃ in annis. cap.7
Mali, nõ gaudent ad se inuicẽ, nisi adsit utilitas. cap.4
Qui profitentur se esse amicos, demonstrent se esse tales, quales pfitent. ca.4
Quando fuerit diuersitas multa in annis, nõ erit illic dilectio fraterna. cap.7

Libri noni.

Amicis existentibus propter bonum, utile, & delectabile, his cessantibus cessat amicitia. cap.4
Amicus, se debet habere ad Amicum, sicut ad seipsum · Quia Amicus, est alter ipse. cap.1
Beneuolentia, non est amicitia, est tamẽ principiũ amicitiæ, unde ex diuturna beneuolentia causatur amicitia. cap.6
Benefactores, plus amãt beneficio affe-

ctos quam contra. cap.18
Felix, Amicis indiget honestis. cap.10
In bonis fortunis, et malis, opus est Amicis. in bonis, quia fortunati indigent conuenientibus, & quibus bonum faciant: in malis uero, quia tristati alleuiantur Amicis condolentibus. ca.13
Magis debet reddi mutuum, quam Amicis tribui. ca.12
Prauus, nihil amicum habet, nec ad seipsum, nec ad aliū. cap.6
Quod cum maiorē laborē acquiritur, magis diligitur. cap.8
Solicitatio, difficilis est uita. cap.10
Vnusquisque Artifex diligit opus suum. cap.8

Commentator in eundem.

Amor, fit per sensum uisus. cap.14
Deus, diuidit uniuersa bona unicuique secundum merita, uel aptitudinē eius. cap.4
Intuit⁹ amati, ualde eligitur apud amatos. cap.14
Nullus amat, nisi prius delectatus fuerit. cap.6
Virtuosus, uult uitā propter seipsum, & salutem. & precipue salutem partis illius, per quam est bonus, & uirtute preditus. cap.4

Vir,

Vir,uituperatur ultimo uituperio, quã donihil facit,nisi propter seipsum. c.9

Libri decimi.

Amantes fistulas, non possunt attendere sermonibus, si audiant fistulantem. cap.5

Delectatio,perficit operationẽ. cap.1

In actibus humanis, minus creditur sermonibus,q̃ operationibus. ca.11

Multi magis obediũt necessitati,q̃ sermoni. cap.11

Non ualentes continue operari, requie indigent. cap.7

Omnia habentia corpora,non possunt continue operari. cap.2

Philosophia,habet admirabiles delectationes,puritate,& firmitate. cap.8

Quædã delectant noua,quæ postea nõ similiter delectant cap.2

Commentator in eundem.

Dignius est intellectui, eligere apprehẽsiones,q̃ aurum. cap.6

Intellectus,dominatur omnibus.cap.9

Licet homo sit paruus corpore,& magnitudine,tamen potentia superat oĩa multũ. cap.9

Rebus,quæ non diuiduntur,non est generatio. cap.4

Animal, constat ex anima, & corpore. Inter quæ anima, est regens naturaliter corpus uero, rectũ.
Consiliũ mulieris, est inualidũ. Pueri autem, imperfectũ.
Desideriũ diuitiarum, uadit in infinitum.
Diuersitas alimentorũ, facit diuersas uitas animaliũ.
Facile est, ditari Philosophis, si uolunt.
Fortitudinis nõ est, diuitias parare, sed fiduciã animi.
Homo, naturaliter est animal politicũ. & ciuile.
Homo solitarius, aut Deus, aut bestia.
In prauis, ac male dispositis, corpus dominatur animæ.
Masculinum naturaliter dignius est foeminino.
Mulieres, sunt media pars hominum liberorũ.
Natura non facit unũ instrumentũ, nisi ad unũ opus.
Natura, nihil facit frustra.
Non est possibile, uiuere sine alimento.
Natura, facit omnia animalia propter hominẽ.
Nullũ instrumentum cuiusq; artis, est

infinitũ,neq; magnitudine,neq; multitudine.
Numus,eſt primũ,& ultimum in commutatione.
Opus,quod fit à melioribus,ſemper eſt melius.
Omnis ſocietas,eſt conſtituta gratia alicuius boni.
Omnis domus,regi debet à Seniore.
Plurimũ genus hominum,ex fructibus domeſticis terræ uiuit.
Regens,naturaliter dignius eſt recto.
Sicut optimũ animalium,eſt homo lege fruens·ſic peſſimũ animaliũ,eſt homo à lege,& iuſtitia ſeparatus.
Sęuiſſima iuſtitia,eſt habens arma.
Sine neceſſarijs impoſſibile eſt uiuere, & bene uiuere.
Seruus naturaliter non eſt ſuipſius,ſed (alterius.
Silentiũ,præſtat mulier ornamentũ,
Textoris nõ ẽ lanas facerẽ,ſed factis uti.
Vtile eſt,corpus rapi ab anima.
Vtile eſt omnibus animalibus, regi ab homine.
Virtus,& malitia determinat nobiles, ignobiles·ſeruos,et liberos.

Libri ſecundi.

Amicorum,omnia ſunt cõmunia.

A mulieribus male regitur ciuitas.
Amicis auxiliari, dulcissimũ est.
Bonũ est, ab aliena Muliere abstinere ꝓpter tẽperantiã.
Ciues sunt socij unius ciuitatis.
Impossibile est indigentẽ, bene Principẽ agere, & studio uacare.
Leges inhonestæ, licet maxime sint in usu, aboleri licet.
Maximum bonum ciuitatis, est amicitia.
Multi serui, quandoq; deterius seruiũt paucis.
Melius est, Mulieris dotem modicã, uel mediocrẽ esse, q̃ magnã.
Melius est, iudicare secundũ leges, & literas, q̃ ex propria scientia, uel sñia.
Omnis ciuitas, Artificibus indiget.
Pecunia, seditionem efficit, & malignitatem.
Populares homines, discordãt propter inęqualitatẽ possessionis, generosi aũt, propter inęqualitatẽ honoris.
Quod plurimoꝝ est cõmune, minime curam sortitur. Quia de proprijs, maxime curant homines, de cõmunibus autẽ minus, q̃ quãtũ singulis cõpetit.
Qui delectari uelit sine tristitia, ad phi-

losophiã recurrat.

Vnusquisq; naturaliter, & maxime amat seipsum.

Vnũ opus, optime fit ab uno.

Libri tertii.

Ciuitas, est ciuiũ multitudo.

Ciuitas, non est una propter eosdẽ muros, sed propter eandẽ politiã.

Ingenuitas, est uirtus generis.

Melius, est ciuitatẽ regi à uiro optimo, q̃ lege optima.

Non est idẽ bonus uir, et bonus ciuis.

Non cõtingit eũ bene Principẽ agere, q sub Principe non fuit.

Optima ciuitas, non fert utilẽ Artificẽ, esse ciuẽ, uel Principẽ.

Oportet bonam ciuitatẽ, de uirtute esse solicitã.

Politia, est ordo quidã habitantiũ ciuitatẽ, Principẽ agendo, & subijciendo.

Prudentia, ꝓprie est uirtus Principis.

Pars, non est apta nata excellere suum totum.

Quicunq; politice intendunt utilitatẽ cõmunẽ, recte sunt iusti.

Quicunq; intendunt utilitatẽ propriã, uitiosi sunt, & rectarũ politiarũ sunt transgressores.

Sine iustitia, impossibile est, habitari ciuitatem.
Turba multa, melius iudicat, ꝙ unus tantum.
Virtuosum Principē agere, melius est, ꝙ multos alios.

Libri quarti.

Ciuitas, non constat ex una parte tantū sed ex multis· quarum una, sunt Agricolæ· alia Artifices manuales· alia, qui negociantur circa forū· alia, mercenarij. ultima, ꝓpugnatores, & armigeri· quos ĩ ciuitate necessariū est existere si non debeat inimicis seruire.
Diuites, & nimis potentes, nō subijciūtur, nec uolunt subijci.
Bona Fortuna est, ciues mediocrē substantiam habere, tanquam sufficientē eis· qa ꝑ tales bene regitur ciuitas. c. 4
In omni ciuitate, sunt tres species hominū· diuites, pauperes, & mediocres. quarū ultima, est optima.
In magnis negocijs, oportet unū negociari ad unū opu· Quia melior est cura intenta circa unū ꝙ circa plura.
Media possessio bonorum exteriorum, est optima· Quia facillimum est, rationi obedire.

Mediocres ciues, maxime soluantur in ciuitate· hi enim nō desiderāt aliena, sicut pauperes· nec horū substantiā cupiūt, quapropter sine periculo uiuūt.
Magnæ ciuitates, magis sunt cum seditione, q̃ paruæ· quia ibi remedium est multum.
Non solū oportet politiā à principio instituere, sed etiā oportet ipsā corrigere.
Nimis uiles, & egeni, nesciunt Principes agere.
Nobilitas, est uirtus, & diuitiæ antiquę.
Qui alteri seruit, non est per se sufficiens.
Quanto aliquid magis accedit ad mediū, tanto est melius· & quanto magis recedit, tanto est peius.
Sine Principib⁹, īpossibile est esse ciuitatē.

Libri quinti.

Contraria, sunt factiua contrariorū.
Contumelia, est causa iræ.
Minores, ut fiant æquales, seditionē faciunt· æquales uero, ut fiant maiores.
Malus, mittit manū ad impossibilia.
Nobilitas generis, & diuitiæ, principia sunt, & fontes seditionū.
Null⁹ naturaliter mittit manū ad īpossibilia.
Non facile potest inuadi, q sobrius est,

ſed qui eſt ebrius·nec qui eſt uigil,ſed qui eſt dormiens.

Nobilitas, & uirtus, in paucis inueniuntur.

Omnis diuerſitas, uidetur facere ſeditionem.

Oportet Principē, bonos honorare,& ipſum eis honores diſtribuere· ſupplicia aūt diſtribuer̄,nō ꝑ ſe,ſed ꝑ alios.

Propter inæquale,fit ſeditio ubiq;.

Principium,uidetur eſſe plus, ꝙ dimidiū totius.

Pater,& Filius,ſimul Principē agere nō debent·nec minor,et ſenior Frater.

Politiæ,maxime diſſoluuntur propter iuſtitiæ tranſgreſſionē.

Paruæ expenſæ ſæpe factæ, conſumunt ſubſtantiā.

Periculoſum eſt Principi, ſubdito dare magnos honores.

Principes,ne inuadāt ebrietates, et ſomniū debent euitare.

Princeps,debet eſſe Dei cultor·Quia minus timēt homines,iniuſtū pati à Principe,ſi Dei cultorē putant ipſum eſſe.

Princeps,Dei cultor debet eſſe plus, & minus ciuiū.

Princeps,nullū uirū totius ſui dominij

debet facere cuſtodē.

Quod eſt plus,eſt inæquale unicuiq;.

Quod eſt parū, q̄ſi nihil differt ab eo, quod eſt nihil.

Quod uolunt potentes,agunt oēs.

Rex,iuſtitiā conſeruare debet.

Regnum,ſaluatur per amicos.

Si plures ſint Fratres,ſenior ſemper debet Principē agere.

Si princeps aliquē à poteſtate ſibi tradita deponere uelit, gradatim debet hoc facere,& nō ſimul totā ptātem auferr̄.

Vbiq;, pro inæquali fit ſeditio.

Libri ſexti.

Agricolæ,qui non habēt neceſſaria,circa opera morantur,& nō concupiſcūt aliena.

Agricolæ,magis appetunt lucrū,q̄ honorē.& ideo delectabilius eſt eis laborare,q̄ Principē agere,& dominari.

Non eſt facile,permaner̄ ciuitatē ſine legibus,& conſuetudinibus cōpoſitā.

Neceſſariū ī omni ciuitate,aliquid emi, & aliquid uendi.

Opus libertatis, eſt uiuere, ut uult aliquis·Quia ſeruus non uiuit,ut uult.

Optimus Populus eſt,qui terræ colendæ deditus eſt.

Oportet in ciuitate aliquos esse, qui cu rã Deorũ habeant, scilicet Sacerdotes.

Pluralitas personarũ, in electione præfertur paucitati similiter magnitudo, dignitati præfertur.

Paucũ malũ, cito negligitur· multũ autẽ factũ magis in oculis est.

Prauos facere Dominos, nõ est securũ· quia ipsi magis indigent custodia alio rũ, ꝙ possint alios custodire.

Libri septimi.

Anima, pretiosior est corpore, & omni possessione, & oĩbus alĳs bonis.

Ars, supplet defectũ naturæ.

Bonũ animæ, pretiosius est omnibus a lĳs bonis.

Bene regere, est optimum, & maxime eligibile.

Bonũ est, puerũ esse sine uino.

Duplex est felicitas, contẽplatiua, & po litica· quaꝝ prima, est melior.

Felicitas perfecta, est usus uirtutis.

Finis generationis in uiris, ut plurimũ est numero septuaginta annoꝝ· in mu lierib. uero, quinquaginta.

Inter omnia animalia, solus homo habet rationẽ.

Iuuenum coitus, prauũ est ad pueroꝝ

procreationẽ, similiter Senum· uirorũ uero, bonus.
Iuuenes ab ebrietate maxime custodire oportet.
In bonis exterioribus, nõ est felicitas.
Lactis alimentũ, maxime familiare est corporibus puerorũ.
Mulieres coniugari conuenit, circa ætates annorũ octodecim· uiros uero, circa trigintasex.
Necesse est futurũ principẽ, subditũ esse, uel fuisse.
Omnis excessus rerum, uel nocet, uel nihil proficit.
Omnia amamus, sed ꝑmia magis.
Potentia, est in iunioribꝰ· prudentia aũt in senioribus.
Triplex est bonũ, animæ, corporis, & bonũ extrinsecus aduenĩens.

Libri octaui.

Anima, naturaliter delectatur in musicis melodijs.
Ebrietas, homines impetuosos facit.
Ludus, fit propter requiẽ.
Melodia, iratos, et alijs passionibꝰ occupatos sępe alleuiat, ipsos lętos faciẽs.
Musica, est potens lętificare homines.
Musica, ualet ad deductionẽ tẽporis, &

ad delectationẽ·& ideo Pueris conuenit studere musicæ.

Non solũ Pueri erudiendi sunt, in arte utili, & necessaria·sed etiã in artibus liberalibus, & honestis.

Omne laborans, requie indiget,

Requies necessario est delectabilis· q̃a est medicina tristitię, q̃ cõsistit ĩ labor̃.

Studiũ, debet esse cõmune.

Oeconomicorum libri.

Ciuitas, est domorũ pluralitas, agro, & pecunĳs sufficiẽter abundans ad bene uiuendũ.

Coniunctio masculi, & fœminæ, in irrationalibus, est solũ gratia prolis procreandæ·in rationalibus uero, non solũ huius gratia·sed & alterius, ut parẽtes in senio effecti impotentes iuuentur à filĳs potentibus.

Diuersitates morũ, nequaquã ad dilectionẽ sunt aptæ.

Duæ sunt species seruorum, curator, & procurator.

In republica plures sunt imperantes·in familia uero, unus tantũ.

Iniuriari fœminę, est coire cũ extranea muliere.

Impossibile est, non diligentis Domini seruos diligentes esse,

Maxim⁹ est honor sobrię mulieri, si uiderit uirũ sibi castũ esse, & de nulla alia curare: sed præ omnibus ipsam castã, & fidã existimare.

Non oportet dominũ esse sine custodia sic nec ciuitas.

Nemo habet parẽ curã suorꝫ, et alienorũ.

Non tantũ nitor uestimentorꝫ, nec excellẽtia formę, nec auri multitudo ad laudẽ mulieris ualet, quantũ ualet modestia in reb⁹, ac studiũ honeste decoreq́ꝫ uiuendi.

Non debet homo sanæ mẽtis, ubicunq́ꝫ conuersari.

Omnis educatio, est à matre.

Oportet uirũ ducere uxorẽ puellã, ut eã doceat bonos mores.

Oportet, seruo dare opera, & uictum; sufficientia.

Pri⁹ decet dominũ expergisci, q̃ꝫ seruũ, & posterius ire cubitũ.

Quod magis impinguat equũ? oculus domini. Et quod sterquiliniũ agro est optimũ? uestigia domini.

Quanto quis diligentius obsequitur, tãto maiorẽ gratiã obtinebit.

Societas, secundũ naturã maxime inest mari, & fœminæ.

Surgere de nocte,ad sanitatē,& ad philosophiæ studia prodest q̄ plurimū.

Si mulier cognouerit sibi castū & fidū uirū,ipsa etiā fida,& casta erit.

Vnusquisq; pergrauiter fert,honore suo priuari.

Platonis,in Timæo.

Adeo mundus est factus.

Author maximus,est Deus.

Anima,est coniuncta corpori, ut fruat̃ scientijs,& uirtutibus.si enim cū feruore magno,eam inuenerit,benigne à suo Creatore recipietur.si uero contrarium,relegabitur ad inferna.

Bonitas Dei,fuit causa factionis mundi,& originis omniū rerū.

Deus,est summū bonū,super oēmq; naturā,quē cuncta expectant.

In oībus tā maximis,q̄ minimis debet implorari auxiliū Dei.

In rebus sublimibus mediocrē explanationē habere,onus est laboris.

In omni Tractatu fieri debet,ut īter initia consideretur,quid sit,de quo agit̃.

Non decet,rem antiquiorem à post genita regi.

Nihil est maius philosophia.

Nunquā ad humanū genus diuina mu

nificentia uenit.

Nihil eſt cuius ortũ cã legitima, & ratio non præceſſerit.

Tẽpora, maxime diſtinguuntur per motum Solis.

Senecæ ad Lucilium, Epiſtolarum libri. *Libri primi.*

Alienũ eſt. quicqd optãdo euenit. epi. 8

Cum amico omnia delibera, ſed te amico prius. epi. 3

Cum illis cõuerſari debes, qui te meliorẽ facturi ſunt, epi. 7

Errat ille, qui amicum in atrio quærit, & in conuiuio probat. epi. 3

Faſtidientis ſtomachi eſt, multa deſiderare, licet pauca deguſtet· quæ ubi uaria ſint, & diuerſa, coinquinant, & nõ alunt. epi. 2

Honeſta res eſt, læta paupertas. epi. 2

Homines plus oculis credunt quàm auribus. epi. 6

Homines dũ docent, diſcunt. epi. 7

In hoc fallimur, quod mortem non perſpicimus, cum magna pars eius iam præterijt. epi. 1

Inimica eſt, multorum conuerſatio. epi. 7

Iucundius eſt, facere amicum, quàm habere: epi. 9

Infirmi animi est, pati non posse diuitias. epi.5
Illos admitte, quos meliores facere poteris. epi.7
Ille beatissimus est, & securꝰ sui possessor, qui crastinũ sine solicitudine expectat. epi.12
Momento mare euertitur, eodẽ die ubi nauigia usserunt, ibidẽ sorbẽtur. epi.4
Multi non amico, sed amicitia carent. epi.6
Magna pars peccatorꝶ tollitur, si peccatori testis assistit. epi.11
Non puto pauperẽ, cui quantulũcunqꝫ superest, sat est. epi.1
Nusquã est, qui ubiqꝫ est. epi.2
Nõ prodest copori cibus, q̃ statim sumptus emittitur. epi.2
Nihil ita sanitatẽ impedit, ut crebra remediorũ mutatio. epi.2
Non conualescit planta, quæ transfertur. epi.2
Non qui parũ habet, est pauper, sed qui plus cupit. epi.2
Nullũ habet maius malũ occupatꝰ homo, & bonis suis obsessus, q̃ꝫ quòd amicos sibi putat, q̃bꝰ ipse nõ est. epi.3
Neminem Fortuna prouexit, ut non

tantum illi minaretur, quantum pro miſerat. epi.4
Nullius boni iocunda eſt poſſeſſio, ſine ſocio. epi.6
Neceſſe eſt, ut mors aut non perueniat, aut pertranſeat. epi.4
Nihil bonū putare debemus, quod eripi poſſit. epi.9
Omnia, Lucili, aliena tēpus tantū, noſtrum eſt. epi.9
Omnes ignoſcunt, nemo ſuccurrit. ep.1
Peſſimū eſt, quod authoritatē habemus Senū, uitia uero, Puerorū. epi.4
Philoſophiæ ſeruias, ut tibi contingat uera libertas. epi.8
Quicquid ætatis retro eſt, mors tenet. epi.1
Cui cū paupertate bene conuenit, diues eſt. epi.4
Quibuſdā ægris gratulatio fit, cū ſeipſos ægros eſſe ſenſere. epi.6
Quid refert, qualis tuus ſtatus ſit, ſi tibi uidetur malus. epi.9
Spē metus ſequitur. epi.5
Sapiens, & ſi ſe ipſo cōtentus ſit, tamen amicū habere uult, ne tā magna uirtus iaceat. epi.5
Sapienti nihil eſt neceſſe. epi.9

Si uis amari,ama. epi.8
Sic uiue cum hominibus,tanquã Deus uideat. epi.10
Sic loquere cum Deo,tanquã homines audiant. epi.10
Turpiſſima eſt iactura,quæ per ignorãtiã,& negligentiã fit. epi.1
Timere deſines, ſi ſperare deſieris. ep.5
Temperatur uita,inter bonos mores,et publicos. epi.5
Vtrunqꝫ uitiũ eſt, omnibus credere,& nulli. epi.3
Vita tranſcurrit,dũ differtur. epi.1
Vnũ exẽplũ luxuriȩ,atqꝫ auaritiȩ, multum mali facit. epi.7
Vbi diuerſa ſunt cibaria,ibi nutrimenta pauca, quia diuerſa minus alunt.
Vnus dies,gradus uitæ eſt. epi.12
Vicinus diues,cupiditatẽ irritat epi.6
Verecundia in adoleſcente, bonum ſignum eſt. epi.11

Libri ſecundi.

De præſentibus,facile eſt iudiciũ. ep.13
Modica ira,gignitur inſania. epi.38
Ira uitanda eſt, non moderationis, ſed ſanitatis cauſa. epi.18
Multis ſeruit,qui corpori ſeruit. epi.14
Non iubeo te ſemper libris inſiſtere,aut

pugillaribus. Dandum eſt enim interuallum aliquod animo, non ut reſoluatur, ſed ut remittatur. epi.15

Natura, modicum deſiderat · opinio uero, imenſum. epi.16

Naturalia deſideria, ſunt finita· quæ autem ex falſa opinione proueniunt, ubi deſinant: non habent. epi.16

Nihil ſit, quod nos à philoſophia reuocet, nec paupertas, nec indigentia alicuius rei. epi.17

Non eſt in rebus uitiū, ſed in ipſo animo. epi.47

Nihil differt, utrum ægrum in ligneo lecto colloces, ſiue aureo · quocunq; illum tranſtuleris, morbum ſuum ſecū transfert. epi.17

Nihil differt, utrum animus æger in diuitijs, aut in paupertate ponatur, malum ſuum illum ſequitur. epi.47

Philoſophia, non contingit in uerbis, ſed in rebus. epi.16

Philoſophia, animum format, & fabricat, uitam diſponit, & actiones regit· agenda, & omittenda demonſtrat, ſine hac nemo ſecurus, epi.16

Sine ſtudio philoſophiæ, æger eſt ani-

mus. epi.15
Subtilitas animi,ciborum copia impeditur. epi.15
Satis eſt,inimicos nõ habere. epi.14
Si uis uacarẽ animo,aut pauper ſis oportet,aut pauperi ſimilis.
Si quid te uetat bene uiuere, bene mori non uetat. epi.17

Libri tertii.

Bona mẽs,nec cõmodatur,nec emitur. imo ſi uenalis eſſet,nõ haberet emptorẽ.ſed mala,quotidie emitur. epi.27
Incertũ eſt,quo loco mors te expectat. tu uero,eã in oĩ loco expecta. epi.26
Magnus eſt ille, qui in diuitijs pauper eſt,ſed ſecurior,q caret diuitijs. ep.20
Melius honeſta probamus, quàm ſequimur. epi.21
Male uiuunt,q ſemper uiuere incipiũt, eo quod ſemper illis imperfecta uita ineſt.epi.23
Nemo diues naſcitur. epi.20
Non eſt uir fortis,& ſtrenuus,qui laborem fugit. epi.22
Nemo,quàm bene uiuat,ſed quòd diu, curat.epi.22
Philoſophia,facerẽ docet,nõ dicerẽ. ep.19
Peiores morimur,quàm naſcimur. epi.22

Qui peccando senescit, corrigi non uult. epi.28
Sola uirtus, præstat gaudiũ perpetuũ, et securũ. epi.27
Libri quarti. (epi.29
Audituro, & nulli alteri dicendum est.
Bonũ, est scientia rerum: malum uero, imperitia.
Dolor magnus, nunquã est lõgus. ep.30
Generosos animos labor nutrit. epi.31
Mortẽ non timemus, sed cogitationem mortis. epi.30
Sicut adolescentiã sequitur senectus, ita mors senectutẽ. epi.29
Si uis uacare animo, aut pauper sis aut pauper similis.
Libri quinti.
Animus generosus, ex se concitatur ad honesta. epi.39
Lauda hominẽ in eo, quod dari, nec eri pi potest, et quod est propriũ hominis. hoc autẽ nec dom⁹ est pulchra, nec ue stis, nec familia formosa: sed animus, & ratio perfecta. epi.41 (epi.39
Magnanimi est, contemnere magna.
Nemo bonus sine Deo. epi.41
Non faciunt equum meliorem, aurei freni. epi.41

Nemo gloriari, nisi de suo debet. epi.41
Philosohia, Platonē nobilē nō accepit, sed nobilē fecit. epi.44
Quid stultius, q̃ ī homīne laudare aliena? epi.41
Remedia non prosunt, ni immorentur. epi.40
Turpe est, ferri, & non ire. epi.37
Tardiloquum te esse iubeo. epi.40

Libri sexti.

Lectio certa, prodest: uaria uero, delectat. epi.45
Non potest amor cum timore misceri. epi.47.
Nulla seruitus turpior, q̃ uoluntaria. epi,47
Non refert, q̃ multos libros habeas, sed q̃ bonos. epi.45
Sic cum inferiore, uiuas, quemadmodum tecum superiorem uiuere uelles. epi.47

Senecæ, de moribus libri.

Auribus frequentius utere, q̃ lingua.
Auaritia senilis, est similis monstro.
Bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit.
Disciplina, mores facit bonos.
Dolor, patientia uincitur.

Fortior est, qui cupiditatem uincit, quàm qui hostem · & fortissimus, qui seipsum uincit.
Facta cernuntur·animus uero, non uidetur.
Id sapit unusquisque, quod didicit.
Libentius audias, quàm loquaris.
Mihi credas, non potest esse diues, & felix.
Magnarum uirium est, negligere lædentem.
Maxima egestas, est, auaritia.
Nihil petas, quod negaturus fuisti.
Omne peccatum, actio uoluntaria est.
Pecunia auaritiam non satiat, sed irritat.
Peiora sunt tecta odia, quàm aperta.
Qui à multis timetur, multos timet.
Qui malis parcit, bonis nocet.
Quietissimam uitam agerent homines, si hæc pronomina tollerentur· meum scilicet, & tuum.
Quicquid dicturus es antequã alijs dixeris, tibi dicas.
Maximæ diuitiæ sunt, non desiderare diuitias.
Qui nescit tacere, nescit loqui.
Qui sibi uidetur pauper, pauper est.

Quid dulcius, q̃ habere amicũ, cũ quo oĩa sicut tecũ loqui aude as?
Quod tacitũ esse uelis, nemini dixeris.
Is plurimũ habet, qui minimũ cupit.
Spes præmij, solatiũ est laboris.
Scire uti paupertate, maxima felicitas ẽ.
Vtendum est diuitijs, & non abutendum.
Vbi confessio, ibi remissio.

Senecæ, de formula uitæ.

Capitis. de prudentia.

Cuiuscunq; facti causam inquire.
Cogitatio tua, à uero nunquã recedat.
Cũ consideratione promittas.
De dubijs non diffinias, sed suspensam tene sententiam.
Lauda parce sed uitupera parcius.
Nõ te moueat dicẽtis authoritas, nec qs dicat, sed qd dicatur, attendito.
Prudens non dicit, non putaui sic fore.
Plenius, q̃ promiseris, præsta.
Quæ apud te habes, non tanquam aliena seruabis, sed per te tanquam tua dispone, & utaris.
Testimonium ueritati, non amicitiæ reddas.

Capitis, de magnanimitate.

Fraudes, et dolos imbecilliũ decet hr̃e.

Honestũ,

Honestũ,& magnũ uindictę genus,est cognoscere.

Capitis,de continentia.

A uerbis turpibus abstineto.

Cunctis esto benignus, nemini blãdus paucis familiaris,omnibus,equus·sed ad irã tardus,ad misericordiã pronus, in aduersis firmus·i prosperis cautus, & humilis.

Clementię sis cultor, sæuitiæ uero detestator.

Esto fugax uitiorum tuorum, aliorum uero curiosus scrutator·nec acerbus reprehensor.

Interdum seriȷ̃s misceas iocos, sed temperatos.

Inferiores,superbiendo non cõtemnas· superiores autẽ rõne uincer̃ nõ timeas.

Non adscribas tibi,quod nõ es·nec maior ꝙ̃ es,uideri uelis.

Non extollas quenquã,neq; deȷ̃cias.

Omnia credito tolerabilia, præter turpitudinem.

Palatũ tuũ fames excitet,non sapores.

Qui sibi ipsi satis est, cum diuitȷ̃s natus est.

Risus sint sine cachinno.

Seuerior esto iudicio,ꝙ̃ sermone.

Sapientię cupidus sis,& docilis.

Tā triste est à turpib⁹ laudari,ꝙ ob turpia laudari.

Capitis, de iustitia.

Deum amabis,si illum in hoc imitaberis,ut uelis oībus ꝓdesse,et nulli nocerē

Iustus,secreta nō prodit.

Nihil nocere, non est iustitia, sed alieni abstinentia

Senecæ, de beneficiis libri. *Libri primi.*

Beneficiorum memoria, senescere non debet.

Beneficiū,non potest manu tangi, sed ī animo geritur·Nec aurum nec argentū,beneficiū est,sed tribuētis uolūtas.

Dignus est decipi,qui de recipiendo cogitauit,cū daret.

Multo gratius uenit,quod facili, ꝙ qđ plena manu datur.

Nullū beneficiū dandū est negligenti.

Primo sunt danda necessaria,deinde utilia·deniq; iucunda,atq; mansura.

Qui beneficium non reddit,magis peccat,ꝙ qui non dat citius.

Quum beneficia in uulgus largiri institueris,multa perdenda sunt, ut unum bene des,

Qui tarde fecit,diu noluit.

Vno beneficio bene dato, multorum amissorũ dãna saluantur.
Vide, ne mittas munera superuacua, ut fœminæ, arma rustico, libros & studijs dedito, retia.

Libri secundi.

Beneficium datum aspere ab homine duro, panis lapidosus uocatur · quem esurienti accipere necessarium sit, esse acerbum.
Dabo egenti, sed non ut ipse egeam.
Ille non tulit gratis, qui cum rogasset, accepit· Vnde optimum est, prçuenire desiderium rogantis.
Qui dedit beneficium, taceat· narret au tẽ, recipiens.
Succuram perituro sed non ut ipse peream.
Tarde uelle, nolentis est.

Libri tertii.

Ingratus est, qui dissimulat.
Ingratior est, qui non reddit.
Ingratissimus est omnium, qui oblitus est.
Non referre gratiam, turpe est.
Non est bonũ uiuere, sed bene uiuere.
Nulli uirtus est p̃clusa, omnibus patet, omnes admittit, omnes ĩuitat· seruos,

Reges,& exules·non eligit domũ,nec censum,sed nudo homine cõtenta est.

Libri quarti.

Qui beneficium dedit,ut reciperet, non dedit.

Stultus,omnia uitia habet.

Senecæ,de remediis fortuitorum.

Aegroto·uenit tempus,ut experimentũ mei caperẽ,nõ in mari,aut prælio· qui fortis tm̃ habetur,sed in lectulo etiam uirtus exhibetur.

Aegroto·istud toto seculo fieri non potest·Aut enim febrẽ relinquo , aut ipsa me,semper unaᵛ esse non possumus.

Amisi liberos·Stultus est,qui flet casus mortalium.

Amicum perdidi , iam ante te habuisse certum est.

Amicũ perdidi·aliũ quære, quære inter liberales artes,inter honesta officia,in laboribus·ad mensã res ista nõ q̃ritur.

Dolor iminet·si exiguus est feram⁹·Leuis.n.est patiẽtia,si grauis est· feram⁹, non leuis est gloria.

Dura res est dolor·imo tu mollis.

Exulabis·non patria mihi interdicitur, sed locus·In quancũq; terram uenero, i meã uenio·Nulla terra, exiliũ est·Pa

tria est,ubi bonũ est.

Iuuenis morieris·Quicunque ad extremũ Fati sui uenit,Senex moritur·Non refert, quæ sit hominis ætas, sed quæ meta.

In latrones incidi ,alius in accusatores, alius in fures,alius in fraudatores· Plena insidijs uia est·noli conqueri, quòd incideris·sed quòd euaseris, gaude.

Morieris·ista est hominis natura,& nõ pœna.

Morieris · Hac conditione intraui, ut exirem.

Morieris·Vita nostra, peregrinatio est· cum diu ambulaueris,domum redeũdum est.

Morieris·Stultũ est timere,quod uitare non possis.

Male de te loquuntur homines·bene loqui nesciunt,faciunt enim , non quod mereor,sed quod solent.

Male de te loquitur malus · moueret,si hoc iudicio faceret,et non morbo·non de me loquitur , sed de se.

Naturam infamare noli,ipsa nos fortes genuit.

Naufragium feci·non quòd perdideris, sed quòd euaseris,cogita.

Oculos perdidi, habet & nox suas uoluptates.

Pauci dolorem ferre possunt, imbecilles natura sumus.

Pecuniam perdidi, fortasse te illa perdidisset. o te felicē, si cum illa auaritiam perdidisses.

Sapiens, peregrinari potest, exulare uero minime. Stultus autē exulat.

Vxorē bonā perdidi. an inueneras bonā, an feceras? si iueneras, adhuc te habere posse scias. si autē feceras, sperares periit, saluus est Artifex.

Boetii, de consolatione libri.

Libri primi.

Agi iustitiæ frenis, eiq́; obtēperare, summa est libertas. Prosa 5

Beatæ sunt res publicæ, quæ à studiosis sapientiæ reguntur. uel quarū Rectores, studere sapientiæ cōtingit. Pro. 4

Homo, est animal rationale, atq; mortale. Pro. 6

Latet obscura condita uirtus, clara tenebris. Iustusq́; tulit crimen iniqui. Metro 5

Malorum exercitus, & si non numerosus sit, spernendus tamen est. quoniam non ratione, sed temere regitur.

Prosa 2

Mors hominum felix, quæ se nec dulci bus annis Inserit, & mœstis sæpe uocata uenit. Me.1

Omnia certo fine gubernas, hominum solos respuis actus, Me.5

Philosohia; est omniũ uirtutum magistra. Pro.3

Qui cecidit, stabili non erat ille gradu. Metro 1.

Si quod recipit uia, certum deserit ordinem.

Lætos non habet exitus. Me.6

Tu quoq; si uis,
Lumine claro cernere uerum,
Tramite recto carpere callẽ.
Gaudia pelle, pelle timorẽ,
Spemq; fugato, nec dolor adsit.
Nubila, mens est, uinctaq; frenis,
Hæc ubi regnant. Me.8

Libri secundi.

Anxia res est humanorum bonorum conditio. Pro.4

Auaritia, odiosos semper facit largitas uero, claros. Pro.5

Beatitudo, est summũ bonũ naturę, secũ dũ rationẽ degentis. Pro.4

Beatitudo, nõ est in rebus fortuitis eo,

quod hæc auferri possunt · Beatitudo uero, stabilis permanet. Pro.4
Cæteris animalibus, sese ignorare à natura inest · homini uero, à uitio. Pro.5
Continuus timor, nō sinit esse felicem. Pro,4
Diuitiæ, sæpe possidentibus nocuerunt. Pro.5
Desine amissas opes quærere · quod diuitiarum genus pretiosissimum est, scilicet amicos, inuenisti. Pro.8
Ego nego illud esse bonum, quod nocet habenti. Pro.5
Ex uirtutibus, dignitati honor accedit · & non ex dignitate, uirtuti. Pro.6
Fortuna, non semper se bonis adiungit · nec quibus adiuncta fuerit, bonos efficit. Pro.6
Finiti, & infiniti nulla unquam poterit esse collatio. Pro.7
Hunc continuum ludum ludimus, rotam uolubili orbe uersamus · Infima summis, summa infimis mutare gaudemus · ascende, si placet. Pro.2
Homines, Deo mente similes sunt. Pro.5
Heu graue sortē, quoties iniquus addit sæuo, gladius ueneno. Me.6

In omni aduersitate fortunæ, infelicissimum genus infortunij, est fuisse felicem. Pro.4

Immortalitatem propagare uidemur, quando futuri temporis famã cogitamus. Pro.7

Manifestũ est, fortuitã felicitatẽ corporis morte finiri. Pro.4

Mors spernit altã gloriã, inuoluit humile, pariter excelsum caput. Me.7

Nihil est miserũ, nisi cũ putes. Pro.4

Nunquã tua faciet esse Fortuna, quę à te Natura rerũ fecit aliena. Pro.5

Necesse est permultis indigere, qui permulta possident. Pro.5

Natura, paucis, minimisq; cõtenta est. Pro.5

Natura dispicit, ut contraria quæque iũgantur. Pro.6

O quàm præclara est operum beatitudo mortalium, quã cum adeptus fueris, securus esse desistis. Pro.5

Omne terrenum negocium spernit anima, quæ se cœlo fruẽs, terrenis gaudet esse exẽptã. Pro.7

Libri tertii.

Amicorum genus, quod sanctissimum est, non in fortuna sed in uirtute nume

ratur. Pro.2
Ad uerum bonum,naturalis ducit intẽtio·& ab eodem, multiplex error abducit. Pro.3
Aliena claritudo,si tuã non habes, splẽdidũ te efficit. Pro.4
Beatitudo,est status omniũ bonorũ,aggregatione perfectus. Pro.2
Bonũ, ex diuersis studijs appetit̃. Pr.2
Deus,est ens bonũ, quo nihil melius excogitari põt. Pro.12
Deus,malũ facere non põt. Pro.41
Egemus illo,quod denderamus. Pro 3
Eorũ est eadẽ substantia, quorum effectus non est diuersus. Pro.11
Est enim mentibus hominũ,ueri boni naturaliter inserta cupiditas·sed ad falsa deuius error abducit. Pro.2
Felix,qui potuit boni fontẽ uiscere lucidum. Me.22
Felix,qui potuit grauis terræ soluere uincula. Me.12
Gloria mortaliũ,nihil aliud ẽ, q̃ auriũ inflatio magna. Pro.6
Heu,q̃ miseros tramite deuio abducit ignorantia. Me.8
Illa est uera & perfecta felicitas, quæ

potentem, sufficientem, reuerendum, celebrem, lætumque perficit. Pro.9

Nobilitas, est laus quædã, proueniẽs ex meritis parentũ. Pro.6

Nã partiũ est, ut unũ corpus diuersæ cõ cõponant. Pro.10

Omne animal, tueri salutẽ laborat: mortẽ uero, perniciẽque deuitat. Pro.11

Omnia bonũ appetunt. Pro.9

Philosophia, est summũ lassorũ animorũ solatium. Pro.1

Quæ pestis efficacior est ad nocendum, familiari inimico? Pro.5

Tristes esse uolutatis exitus, si quis libidinũ suarum reminisci uolet, intelliget. Pro.7

Taceo, quod naturæ minimũ: auaritiæ autẽ, nihil satis est. Pro.3

Vxor, ac Liberi, iucunditatis gratia appetuntur. Pro.1

Libri quarti.

Apud sapientes, nullos prorsus odio locus relinquendus est. Pro.4

Beatitudo, est præmiũ humanorũ actũ. Pro.3

Duo sunt, quibus omnis effectus humanorũ actuum constat: uoluntas. s. & potestas: quorum si alterũ desit, nihil est.

quod explicari queat·Deficiente enim uoluntate,nec aggreditur quiſquam, quod non uult ac ſi poteſtas abſit, uoluntas fit fruſtra. Pro.11

Infelicior,ac miſerior eſt iniuriæ illator ꝙ acceptor·& iniuria,eſt inferẽtis miſeriam. Pro.4

Id eſt,quod ordine retinet, ſeruatq́ naturam. Pro.2

Mali,infeliciores ſunt cũ cõcupita pfecerint·ꝙ ſi ea, quæ cupiunt, explere non poſſint. Pro.4

Mali puniti,meliores ſunt, ꝙ mali impuniti · Quia pœna malorũ bona eſt, ratione iuſtitiæ. Pro.4

Nequitia florente,ac imperante,uirtus non ſolum præmijs caret · uerum etiã ſceleratorum pedibus ſubiecta calcat, & loco facinorũ luit ſupplicia. Pro.1

Nullũ malũ impunitũ,nullũ bonum ir remuneratũ. Pro.1

Non eſt fas homini, cunctã diuini operis machinã uel ingenio cõprehendere,uel ſermone explicare. Pro.6

Probos mores, ſua prȩmia non relinquunt. Pro.3

Præmium bonorum, eſt Deos fieri. Pro.3

Quid animorũ salus esse uidetur, nisi pbitas? qd ꝟo ęgritudo, nisi uitia? Pro.6
Quicquid à bono deficit, id esse desistit· quo fit, ut mali desinant esse, quod fuerant. Pro.3
Sicut probis, probitas est præmium· ita malis, nequitia est suppliciũ. Pro.3
Sicut languor, est moribus corporis· ita malitia, est morbus animæ. Pro.4
Vis aptã meritis uicẽ referre, dilige iure bonos, et miserere malis. Me.4

Libri quinti.

Aeternitas, est ĩterminabilis uitę· simul tota, & pfecta possessio. Pro.6
Extrema hominũ seruitus est, quando uitijs dediti, rationis propria possessione ceciderint. Pro.2
In hodierna uita, non amplius uiuitur, ꝙ in mobili, transitorioq́ momento. Pro.6
Omne quod inest sensibus, si ad rationem referas, utile est· si ad sensum, particulare. Pro.6
Omne, quod cognoscitur, non secundũ uim sui, sed potius secundum cognoscentis facultatẽ comprehendit. Pro.4
Omne futurum, præcurrit diuinus intuitus. Pro.6

Quibus ineſt ratio,his etiã ineſt uolendi nolendiq; libertas. Pro.2

Sperare,& orare,ſolus modus eſt, quo cum Deo hoĩes loqui uidentur. Pro.3

De diſciplina ſcholaſtica,libri.

Capitis primi.

Diligentia,cuiuslibet operis obtuſitas præmollitur. cap.1

Grãmaticæ copioſus fructus,nullo mõ eſt ſilentio obliquandus· per eum enĩ, cuiuslibet ſcientiæ cõmendabilis redditur poſſeſſio. cap.1

Sicut prudentia ſine iuſtitia,parum,uel nihil prodeſt·iuſtitia uero ſine pruden tia ,multum ſic ſcientia ſine uſu,parũ· uſus uero ſine ſcientia,multũ. cap.1

Succincta breuitas,licet uoce ſit tædioſa,non tamen eſt infrugifera. cap.1

Capitis ſecundi.

A luxuriæ feruore, ſtudeat diſcipulus alienari. cap.2

Diſcipulus,nõ ſit magiſtro uiolẽtus .c.2

Miſerum eſt,eſſe magiſtrũ,qui nunquã nouit ſe eſſe diſcipulũ. cap.2

Meretrix eſt nonaria , inferni ianua,uia iniquitatis,ſcorpionis percuſſio,uiſcarium ſceleris,puteus interitus. ca.2

Non eſt dignus ſcientia,qui ſcientię , in

surgit præceptor. ca.2

Qui nō nouit se subijcere, nunquā sciet magistrū agere. ca.2 (cap.2

Scholasticus, non debet esse dyscolus

Vinum modice sumptum, acuit ingenium · non modice uero, rationem conturbat, intellectum hebetat, memoriam eneruat, obliuionem immittit, errorem infundit, & ignorantiam inducit. ca.2

Capitis tertii.

Quid lucidius in dilectionis opusculo, constantia? quod nequius inconstantia prima parit, procedit, & colligit · secunda uero parte dissoluit, retrocedit, & collecta dispergit. ca.3

Summa sit discipuli Magistratui subiectio, exercitij attentio cum animi beneuolentia, & ingenij docilitate · specierum luxuriæ euitatio, felicisq́; constantiæ debita professio. cap.3

Capitis quarti.

Non est dignus dulcoris acumine, qui amaritudinis nescit inuiscari grauamine. cap.4

Prudentis discipuli constantia, gaudeat semper consorte speciali, cum propriā possit detegere scientiā. cap.4

Seruus bilinguis procul expellatur, & ipsius nequitia statim deponatur. ca.4

Capitis quinti

Alios docere, est proprie facultati indulgere. c.5
Miserrimi ingenij est, uti semper inuentis, & non inueniendis. ca.5
Nõ interest discẽtis, ꝓbrosis appellationibus & cõtumeliosis regẽtẽ icitare. ca.5
O ꝙ felicis exitus, est, ueneranda cõmẽdatio. ca.5
Proprio labore discipulus cõfisus, nunquã alieno inuidebit honori. ca.5

Capitis Sexti.

Fœtidũ uas, aquas infusas corrũpit. c.5
Nulla est res discipulo contumeliosa, ꝙ uita magistri contumeliosa. ca.6
Oportet prius discere, ꝙ docere. ca.6
Opportuni9 est mechanicę deseruire arti, ꝙ iugo negligentię onerari. ca.6
Rerum effectus, exhibitione operis declarantur. ca.6
Subministrantiũ curæ non semper est confidendũ. ca.6
Sicut in uno quoqꝫ opere, mater inuenitur constantia·ita uniuersæ doctrinæ, et disciplinę, nouerca est negligẽtia. c.6
Valde absurdum, & iniquum est, ut imperiti peritis, nouelli antiquis, ru-

desq; præferantur emeritis. cap.6

Apuleii, de Deo Socratis.

Dŋ,ab omnibus differũt,loci sublimitate,uitę ꝑpetuitate,& naturę ꝑfectiõe.

Deus,est oĩbus animi passionib⁹ liber· unde non dolet,nec tristatur.

Dæmones,sunt animalia genere,mente rationabilia ,animo passiua, corpore aerea,& tẽpore æterna.

Magna est dignitas Sapientiæ,quæ Socratẽ summo Deo coæquat.

Nihil est Deo perfectius,& potentius.

Nihil est generosius,& similius Deo,q̃ uir perfecte bonus qui ĩ tm̃ hoĩes cæteros excellit,quantum ipse à Dŋs ĩmortalibus excellitur.

Præstantissimũ animal existens in terris,est homo.

Perpetua conuersatio,contẽptũ parit·raritas aũt,admiratione cõciliat.

Summus Deus, infinitus est, non solũ loci exclusiõe,sed ẽt naturę dignitate.

Si laudas aliquẽ,qa generosus est,parentes eius lauda·si autem quia diues,fortunæ hoc debetur·si aũt qa ualidus,ægritudine fatigabitur·si aũt qa uelox, ĩ senectute abibit·si autẽ quia formosus,expecta modicum,& non erit·Sed

si eum laudas, quia bonis moribus & artibus doctus est, & valde eruditus, quantum homini licet: tūc ipsum uirum lauda, quia nec à Patre hæreditarium, nec casu pendulum, nec ætate mutabile, nec à corpore caducum.

Aristotelis, aliarumq; philosophicarū Sententiarum Finis.

MARCI TVLLII CICERONIS

Sententiæ, ex libro de officiis primo.



Vlla.n. uitæ pars, neq; publicis, neq; priuatis, neq; forẽsibus, neq; domesticis in rebus, neq; si tecũ agas qd, neq; si cũ altero cõtrahas, uacare officio põt. ĩ eoq; excolẽdo, sita ẽ uitę honestas oĩs, et negligẽdo, turpitudo.

Oĩs.n.q̃ à rõne suscipit de aliqua re ĩsti tutio, debet à diffinitione pficisci, ut in telligat, qd sit id, de quo disputetur.

Cũ enim utilitas, ad se rapere honestas contrà, à se reuocare uidetur, fit, ut distrahatur in deliberando animus, afferatq; ancipitẽ curã cogitandi.

Principio, generi animantiũ omni est à Natura tributũ, ut se, uitã, corpusq; suum tueat, declinetq; ea, q̃ nocitura uideant. oĩaq;, q̃ sint ad uiuendũ necessaria, inquirat, & paret, ut pastum, ut latibula, ut alia eiusdẽ generis.

Commune autem omnium animantiũ est coniunctionis apppetitus procreãdi causa. & cura quędam eorũ est, quæ procreata sunt.

Sed īter hoīem, & beluam hoc maxime inter eſt, q̄ hæc tātum, quantum ſenſu mouet, ad id ſolū, quod adeſt, quodq́ pręſens eſt, ſe accōmodat, paululum admodū ſentiens præteritū, aut futurū. Homo autē q rōnis eſt particeps, per quā conſequentia cernit, cauſas rerum uidet, earūque progreſſus, quaſi anteceſſiōes nō ignorat. ſimilitudines cōparat, rebus'que præſentibus adiungit, atq; annectit futuras. & facile toti9 uitæ curſum uidet, ad eamq́ degendā præparat res neceſſarias.

* Vt enim quiſq; maxime perſpicit, qd in quaq; ueriſſimū ſit. quiq́ & acutiſſime & celerrime poteſt & uidere & explicare rationē. is prudentiſſimus, & ſapientiſſimus haberi ſolet.

His enim rebus, quæ tractantur in uita, modum quēdā, & ordinē adhibentes honeſtatē, & decus conſeruabimus.

Omnes enim trahimur, & ducimur ad cognitionis, & ſcientiæ cupiditatē, in qua excellere, pulchrum putamus. labi autē, errar̄, neſcire, decipi, et malū et turpe ducimus.

Quod in rebus honeſtis, & cognitione dignis operæ curæq́ ponetur, id iure

laudabitur.

Virtutis enim laus omnis in actione cõsistit, à qua tamen sæpe fit intermissio. multiq; dantur ad studia reditus.

Omnis enim cogitatio, motusq; animi, aut in consilijs capiendis de rebus honestis, & pertinẽtibus ad bene beateq; uiuendũ. aut in studijs scientiæ, cognitionisq; uersabitur.

Iustitia est, in qua uirrutis est splendor maxim9, ex qua uiri boni noĩantur. et huic coniuncta beneficẽtia, quã eãdẽ, uel benignitatẽ, uel liberalitatẽ appellari licet. Sed iustitiæ primũ munus est, ut necui quis noceat, nisi lacessitus iniuria. deinde ut cõmunibus, pro cõmunibus utatur, priuatis autẽ, ut suis.

Præclare scriptũ est à Platone, non nobis solũ nati sumus, ortusq; nostri partẽ, patria uendicat. partẽq;, amici.

Atq; ut placet Stoicis, ea quæ in terris gignuntur, ad hominũ usum oĩa creari. homines autem, hominũ causa esse generatos, ut ipsi inter se alij alijs ꝓdesse possint. In hoc naturã debemus ducẽ sequi, & cõmunes utilitates in mediũ afferre, mutatione officiorum dando, accipiendo. tũ artibus, tũ opera, tũ

facultatibus deuincire hominũ inter homines societatẽ. Fundamentũ autẽ, omnis iustitiæ, est fides·id est dictorũ, cõuentorumq́ cõstantia & ueritas.

Iniustitiæ duo sunt genera, unũ eorum, qui inferunt·alterũ eorũ, qui ab ijs quibus infertur, si possint, nõ propulsant iniuriã. Nã qui iniuste impetũ in quẽpiam facit, aut ira; aut perturbatione aliqua incitatus·is quasi manus uiolẽter uidetur afferre socio. qui autẽ non defendit, nec obsistit, si potest, iniuriæ· tã est in uitio, q̃ si aut parẽtes, aut amicos, aut patriam deserat.

Expetuntur autẽ diuitiæ, cum ad usus uitæ necessarios, tum ad perfruendas uoluptates.

Delectant etiam magnifici apparatus, uitæ'que cultus cum elegantia et copia · quibus rebus effectum est, ut infinita pecuniæ cupiditas esset. Nec ueto rei familiaris amplificatio, nemini nocẽs, uituperanda est · Sed fugienda semper iniuria est.

Maxime autẽ adducunt̃ pleriq;, ut eos iustitię capiat obliuio·cũ i iperiorꝝ, honorꝝ, glorię cupiditatẽ iciderint. Qđ.n. est apud Enniũ, nulla sancta societas,

nec fides regni eſt, id latius patet: nam qcqd eiuſmodi eſt, i quo nõ pñt plures pcellerẽ i eo plerũq; fit tãta cõtẽtio, ut difficillimũ ſit ſeruarẽ ſãctã ſocietatẽ.
*Eſt autẽ in hoc genere moleſtũ, quod in maximis animis, ſplendidiſſimisq; ingeniis plerunq; exiſtunt honoris, imperij, potentię, glorię cupiditates: quo magis cauendum eſt, nequid in eo genere peccetur.
In omni iuſtitia permultum intereſt, utrum perturbatione aliqua animi, q̃ plerunq; breuis eſt, & ad tẽpus: an cõſulto, & cogitata fiat iniuria. Leuiora enim ſunt ea, quę repentino aliquo motu accidunt q̃ ea, quæ meditata, & præparata inferuntur.
Hoc ipſum ita iuſtũ eſt, quod recte fit, ſi eſt uoluntariũ.
Eſt enim difficilis cura rerũ alienarũ.
Aequitas enim, lucet ipſa per ſe.
Nec promiſſa ſeruãda ſunt ea, quę ſunt iis, quibus promiſeris inutilia: nec ſi plus tibi ea nocent, q̃ illi proſint, cui pmiſeris: Contra officiũ.n.eſt, maius dãnum anteponi minori.
*Exiſtunt etiã iiuriæ ſæpe calũnia q̃dã, & nimis callida, ſed malitioſa iuris iter-

pretatione·ex quo illud, Summũ ius. summa iniuria, factũ est tritum sermone Prouerbiũ.

*Sunt autẽ quædã officia etiã aduersus eos seruanda, à quibus iniuriam acceperis.

In republica, maxime conseruanda sunt iura belli, nam cũ sint duo genera decertandi·unũ, per disceptationẽ, alterũ, per uim·cũq; illud, sit proprium hominis. hoc, belluarũ·confugiendũ est ad posterius, si uti nõ licet superior. Quare suscipienda quidẽ bella sunt, ob eã causam, ut sine iniuria in pace uiuat. Parta autẽ uictoria, cõseruandi sunt ij, qui non crudeles in bello, neq; immanes fuerunt.

Mea quidẽ sententia, paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper consulendum putaui.

Et cum ijs, quos ui deuiceris, consulendum est. Tum hi, qui armis positis, ad Imperatoris fidem confugerint·quamuis murũ aries percusserit, recipiendi.

Atq; etiam si quid singuli temporibus sacramento adacti, hosti promiserint, in eo ipso fides seruanda est.


Meminerimus autem, etiam aduersus infirmos

infirmos iustitiam esse seruandam. Est autē infima conditio, & fortuna, seruorum.

Cū autem duobus modis, idest aut ui, aut fraude fiat iniuria·fraus, quasi uulpeculæ·uis, leonis uidetur·utrunq;, ab homine alienissimum· sed fraus, odio digna maiore.

Totius autē iniustitiæ nulla capitalior est, q̄ eorꝶ, qui tum, cū maxime fallūt, id agunt, ut uiri boni esse uideantur.

Beneficētia, ac liberalitate, nihil est naturę hoīs accōmodati⁹. sed habet multas cautiones. uidendū est.n. primū, ne obsit benignitas et ijs ipsis q̄bus benigne uidebitur fieri, & cęteris·deinde, ne maior sit benignitas, q̄ facultates·tū, ut p̄ dignitate cuique tribuatur. Id enim est iustitiæ fundamentū, ad quā hæc referenda sunt omnia. Nā & qui gratificātur cuipiā, quod obsit illi, cui prodesse uelle uideantur·non benefici, neq; liberales, sed perniciosi & assentatores iudicandi sunt. Et qui alijs nocent, ut in alios sint liberales, in eadē sunt iniustitia, ut si in suam rē aliena conuertant. Sunt autē multi quidē, cupidi splendoris & gloriæ, qui eripiūt ab alijs, quod



aliĳs largiantur. hi que se arbitrantur. beneficos ī suos amicos uisum iri, si locupletent eos quacunq; ratione id autē tantum abest ab officio, ut magis officio nō possit esse contrariū. Videndū est igitur, ut ea liberalitate utamur, q̄ prosit amicis, nemini noceat.

*Nihil enim est liberale, quod non sit idē iustum,

Qui benigniores esse uolūt, q̄ res patiatur, primū in eo peccant, quod iniuriosi sunt in ꝓximos. quas enim copias his suppeditari, & relinqui ęquius est, eas transferunt ad alienos. Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerūque, rapiendi, & auferendi per iniuriā, ut ad largiendum suppetant copiæ. uidere etiam licet plerosq;, non tam natura liberales, q̄ quadam gloria ductos, multa facere, ut benefici uideantᷣ quę ꝓficisci ab ostentatione magis, q̄ à uoluntate uidentᷣ. Talis aūt simulatio, uanitati est coniunctior q̄ aut liberalitati, aut honestati.

Mores eius erunt spectandi, in quē beneficiū cōferetur. & animus erga nos, & cōmunitas, ac societas uitę, & ad nostras utilitates collata officia ante.

Nemo omnino est negligendus, in quo aliqua significatio uirtutis appareat.
Primũ illud est in officio, ut ei plurimũ debeamus, à quo plurimum diligimur. Sed beneuolentiam non adolescẽtulorum more, ardore quodam amoris: sed stabilitate potius, & constantia iudicemus.
Etenim si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia cõferre: quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt?
Multi enim, faciunt multa temeritate quadã, sine iudicio, uel modo, in omnes uel repentino quodam quasi uento, impetu animi incitati. quæ beneficia æque magna nõ sunt habenda atq; ea, quæ iudicio considerato, constantiq; delata sunt. Sed in collocando beneficio, & in referenda gratia, si cætera paria sunt: hoc maxime officĳ est, ut quisquis maxime opis indigeat, ita ei potissimũ opitulari. Qđ cõtra fit à plerisq;. à quo. n. plurimũ sperãt, ẽt si ille his nõ eget, tñ ei potissimũ inseruiunt.
Optime aũt societas hoĩum, cõiũctioq; seruabit, si ut quisq; erit cõiunctissim9. ita in eũ benignitatis plurimũ cõferet.

In Græcorũ Prouerbio eſt, amicorꝝ eſſe cõmunia omnia.

Sanguinis autẽ coniunctio, & beneuolentia, deuincit homines charitate. Magnum eſt enim, eadẽ habere maiorum monumenta, ĳſdẽ uti ſacris, ſepulchra habere cõmunia.

Sed omniũ ſocietatũ nulla præſtantior eſt, nulla firmior, q̃ cum uiri boni, moribus ſimiles ſunt, & familiaritate coniuncti. Nihil autẽ eſt amabilius, nec copulatius, q̃ morum ſimilitudo bonorum. In quibus enim eadẽ ſtudia ſunt, eędẽ uolũtates, in his fit, ut ęque quiſqꝫ altero delectetur, ac ſeipſo. efficiturqꝫ id, quod Pythagoras uult ĩ amicitia, ut unus fiat ex pluribus.

Eſt ea ĩocundiſſima amicitia, quã ſimilitudo morum coniugauit.

Sunt officia, quæ alĳs magis, q̃ alĳs debeantur. ut uicinũ citius adiuueris, in fructibus percipiendis, q̃ aut fratrem, aut familiarem. At ſi is in iudicio ſit, propinquum potius, & amicum, q̃ uicinũ defenderis.

*Sed ut nec medici, nec Imperatores, nec oratores, q̃uis artis præcepta perceperint. quicquam magna laude di-

gnum sine usu & exercitatione conse-
qui possunt. sic officij conseruandi prę
cepta traduntur illa quidē, ut faciam⁹
ipsi. sed rei magnitudo usum quoq;, et
exercitationē desiderat.

*Intelligendum est autem, cum propo-
sita sint genera quatuor, è quibus ho-
nestas, officiumq; manaret. splendidis
simum uideri, quod animo magno ela
toq;, humanasq; res despiciente fa-
ctum sit.

Nemo, qui fortitudinis gloriam conse-
cutus est, insidijs aut malitia laudem
adeptus est.

Scientia, quæ est remota à iustitia, calli-
ditas potius, q̃ sapientia est appellāda
Itaq; uiros fortes, magnanimos eosdē,
bonos, & simplices ueritatis amicos,
minimeq; fallaces esse uolumus.

Difficile est, cum præstare omnibus cō
cupiueris, seruare æquitatem, quæ est
iustitiæ maxime propria.

Nullum enim tempus est, quod iustitia
uacare debeat. Fortes igitur, & magna
nimi sunt habendi, non qui faciant, sed
qui propulsant iniuriā.

Etenim qui ex errore imperitæ multitu
dinis pēdet, hic ī magnis uiris non est

habendus.

Vix inuenitur, qui laboribus susceptis, periculisq́ꝫ aditis, non quasi mercedē rerū gestarum, desideret gloriā.

Pecuniæ est fugiēda cupiditas. Nihil. n. est tā angusti animi, tāq́ꝫ parui, q̃ꝫ amare diuitias. Nihil honestius, magnificētiusq́ꝫ, q̃ꝫ pecuniā contēnere, si non habeas: si uero habeas, ad munificētiā, liberratēq́ꝫ conferre.

Cauenda est etiā glorię cupiditas, eripit enim libertatē, pro qua magnanimis uiris omnis debet esse contentio. Nec uero imperia expetenda, ac potius nō accipienda interdū, aut deponenda nō nunquā.

*Capessentibus autē rempublicā, nihil minus q̃ꝫ philosophis, haud scio ac magis etiam & magnificentia, & dispicientia adhibenda sit rerū humanarū, quā sæpe dico: & tranquillitas animi, atq́ꝫ securitas.

In omnibus negocijs, priusquā aggrediare, adhibenda est præparatio diligēs.

Parua enim sunt foris arma, nisi sit consilium domi.

*Sunt ergo domesticæ fortitudines, nō inferiores militarib⁹: ī q̄b⁹ plus, etiā q̃ꝫ

in his operę studijq; ponēdū est. Omnino enim illud honestū, quod ex animo excelso, magnifico quærimus·animi efficitur, nō corporis uiribus. Exercendum tamen est corpus, & ita afficiendū·ut obedire cōsilio, rationiq; possit in exequendis negocijs, & in labore tolerando. Honestū autem id, quod exquirimus, totū est positū in animi cura & cogitatione·in quo non minorē utilitatē afferūt, qui togati reipublicæ præsunt, q̄ qui bella gerunt.

Bellū autē ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quæsita uideatur·fortis uero animi, & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deijci, ut dicitur·sed pręsentis animi uti consilio, nec à ratione discedere.

*Quanquā hoc animi, illud etiā ingenij magni est, p̄cipere cogitatiōe futura·et aliqn̄ ante cōstituere, quid accider̄ possit in utrāq; partē·& qd agendū sit, cū qd euenerit nec cōmittere aliquid, ut aliquando dicendū sit, nō putarā.

Temere autem in acie uersari, & manu cum hoste cōfligere, īmane quiddā, & belluarū simile est·Sed cū tp̄s, necessitasq;

postulat, decertãdũ manu est. Et mors, seruituti turpitudiniq́ anteponenda.

Fugiendũ etiã illud, ne offeramus nos periculis sine causa, quo nihil potest esse stultius.

In tranquillo tempestatem aduersam optare, dementis est. Subuenire autem tempestati, quouis animo, quauis ratione, sapientia est.

Omnino qui reipublicæ prefuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant. unũ, ut utilitatem ciuium sic tueantur, ut quicquid agant, ad eam referant, obliti cõmodorum suoꝝ. Alterum, ut totũ corpus rei publicæ curent, ne dũ partem aliquam tueantur, reliquas deserant. Vt enim tutela, sit procuratio rei publicę ad eoꝝ utilitatẽ, qui commissi sunt, nõ ad eoꝝ quibus cõmissa est, gerenda est. Qui autem partem ciuiũ consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatẽ inducunt, seditionem, atq; discordiam. Ex quo euenit, ut alij populares, alij studiosi optimi cuiusq; uideant. pauci, uniuersoꝝ.

Nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro uiro dignius, placabilitate, atq; clementia. Omnis autem animad

uersio,& castigatio,cõtumelia uacare debet·neq; ad eius, qui punit aliquẽ, aut uerbis castigat, sed ad reipublicæ utilitatem referri debet.

Cauendum est etiam, ne maior pœna, q̃ culpa sit·& ne eisdem de causis alij plectantur,alij ne appelletur quidem. Prohibenda autem maxime est ira,puniendo·Nunquam enim iratus qui accedet ad pœnam,mediocritatem illam tenebit,quæ est inter nimium, & parũ.

Optãdum est,ut ij qui præsunt reipublicæ,legum similes sint·quæ ad puniendum,non iracundia, sed æquitate ducuntur. Atq; etiam in rebus prosperis, & ad uoluntatem nostram fluẽtibus, superbiam magnopere, & fastigiũ arrogantiamq; fugiamus.

Nam ut aduersas res,sic secundas ĩmoderate ferre,leuitatis est·præclaraq; est æquabilitas in omni uita,& idem semper uultus,eadẽq; frons.

Recte præcipere uidentur,qui monent, ut quanto superiores simus,tanto submissius nos geramus.

In secundissimis rebus,maxime est utẽdum consilio amicorum· ijsq; maior etiam,q̃ ante est tribuenda authoritas·

Iisdēq; tēporibus cauendū est, ne assen tatoribus patefaciamus aures· neq; adulari nos sinamus, in quo falli facile est. Tales. n. nos ēe putam9, ut iur̄ lau demur· Ex quo nascuntur innumerabilia peccata, cum homines inflati opi nionibus turpiter irridentur, & in ma ximis uersantur erroribus.

*Vt. n. pulchritudo corporis, apta com positione membrorū mouet oculos, et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cū quodam lepore cōsentiunt· Sed hoc decorū, qd̄ elucet in uita, mouet approbationē eorum, quibus cum uiuitur, ordine & constantia, moderatione dictorum omnium atq; factorū. Adhibenda est igitur quædam reueren tia aduersus homines, & optimi cuius que, & reliquorū.

Nā negligeṙ, qd de se qsq; sētiat· nō solū arrogātis ē, sed etiā omnino dissoluti. Omnis autem actio, uacare debet teme ritate, & negligentia · nec uero agere quicquam, cuius non possis causam probabilē reddere. Efficiendū est enī, ut appetitus obediant rationi · eamq; neq; prȩcurrant, neq; propter pigritiā, aut ignauiam deserant. Sintq; trāquil-

li,atq; omni perturbatione animi careant·ex quo eluceat omnis constantia,omnisq; moderatio.

Appetitus omnes,contrahendi, sedandiq; sunt excitandaq; animi aduersio, & diligentia·ut nequid temere, ac fortuito,incōsiderate, negligenterq; agamus. Neq; enim à natura ita generati sumus,ut ad ludū,& iocū facti esse uideamur·sed ad seueritatē potius,& ad quędam studia grauiora,atq; maiora. Ludo autē,et ioco uti illis quidā licet·sed sicut somno, & quietibus cæteris tum,cū grauibus,serijsq; rebus satisfecerimus·Ipsumq; genus iocandi, nō profusum,nec ĩmodestū ·sed ingenuū, & facetū esse debet. Vt enim pueris,nō omnem ludendi licentiā damus·sed eam,quæ honestatis actionibus non sit aliena,sic in ipso loco,aliquod probi ĩgenij lumen eluceat.

Ludēdi etiā est qdā,modus retinēd⁹,ut ne nimis oĩa pfundamus· elatiq; uolu ptate,ĩ aliq̃ turpitudinē dilabamur.

Hoĩs mens,discēdo alit · & cogitando, semp aliqd aut inquirit,aut agit·uidendiq;,& audiendi oblectatiōe ducitur. Sed siquis est paul o ad uirtutē erectior,

quamuis uoluptate capiatur, occultat, & dissimulat appetitũ uoluptatis propter uerecundiam. Ex quo intelligit, corporis uoluptatem non satis esse dignam hominis præstantia·eamq́; contemni, & reijci oportere· Sin sit quispiam, qui aliquid tribuat uoluptati, diligenter ei tenendum esse modum eius fruendæ. Itaq; uictus, cultusq́; corporis, ad ualetudinem referantur, & ad uires, non ad uoluptatem· Atq; etiam si considerare uolumus, quæ sit in natura hominis excellẽtia, & dignitas, facile intelligimus, q̃ sit turpe, diffluere luxuria, & delicate ac molliter uiuere· quãq́; honestum, parce, continenter, seuere, sobrieq́;.

Vt enim in corporibus, magnæ dissimilitudines sunt. alios enim uidemus, uelocitate ad cursum· alios, uirib⁹ ad luctandum ualere· itẽq́; in formis, alijs dignitatem inesse· alijs uenustatem. sic & in animis, existunt etiam maiores uarietates.

Neq; enim attinet, Naturæ repugnare. neq; quicquam sequi. quod assequi non queas.

Ideoq; ut aiunt, Nihil decet inuita Mi-

nerua·ideſt aduerſante,& repugnante Natuta.

*Omnino ſi quicquam eſt decorum,nihil eſt ꝑfecto magis ,q̃ æq̃bilitas uniuerſæ uitæ, tum ſingularum actionũ· quã conſeruare non poſſis , ſi aliorum naturam imiteris.omittas tuam . Vt enim ſermone eo debemus uti, qui notus eſt nobis·ne ut quidã Græca uerba inculcantes iure optimo rideamur·ſic in actiones,omnemq́ uitam, nullam diſcrepantiã cõferre debem⁹.

*Id,n.maxĩe quęq; decet,qđ eſt cuiuſq; ſuum maxime·Suum igitur quiſq; noſcat ingenium,acremq́ ſe & uitiorum & bonorum ſuorum iudicem præbeat·ne ſcęnici plus,q̃ nos uideãtur habere prudentiæ.

Ad quas igitur res aptiſſimi erimus, in ĳs potiſſimum elaborabimus.Sin aliquãdo neceſſitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenĳ uõ erunt·omnis adhibenda erit cura,meditatio, diligẽtia, ut ea ſi non decore,attamen minime indecore facere poſſimus. Nec tam eſt enitendum,ut bona,quę nobis data nõ ſunt,ſequamur ,q̃ ut uitia fugiamus. Nam regna,imperia,nobilitates,hono-

res, diuitię, opes· & ea, quæ sunt his cō traria, in casu sita, tēporibus reguntur, & gubernantur. Ipsi autē, quā personā gerere uelimus, à nr̄a uoluntate ꝓficiscitur. Itaq; se alij, ad phiā· alij, ad ius ciuile· alij, ad eloquētiā applicāt. ipsarūq; uirtutū ī alia, ali⁹ mauult excellēr. Quorū ꝟo Patres, aut maiores, aliqua glia præstiterunt, ij student plerunq;, eodē in genere laudis excellere.

In primis autem constituendū est, quos nos, & quales esse uelimus, & in quo genere uitæ· quæ deliberatio, est omniū difficillima ·Ineunte. n. adolescētia, cui inest maxima imbecillitas consilij, tūc id sibi quisq; genus ætatis degendę cō stituit, quod maxime adamauit· Itaq; ante īplicatur aliquo certo genere, cursuq́; uiuendi, q̄ potuit, quod optimū esset, iudicare.

Plerunq; autem parentum præceptis ībuti, ad eorū consuetudinem, moreq́; deducimur. Alij multitudinis iudicio feruntur, quæ que maiori parti pulcherrima uident ea maxime exoptant. *Nonnulli tamen siue felicitate quadam, siue bonitate Naturæ, sine parentum disciplina, rectam uitæ secu-

ti sunt uiã.

Multo enim firmior est, & constantior Natura, q̃ Fortuna. *Vt Fortuna non nunquã ipsa mortalis, cum immortali Natura pugnare uideatur.

Amicitiæ, quæ minus delectant, & minus probantur : magis decere censent Sapientes sẽsim diluere, q̃ repente prę cidere.

Cõmutato autem genere uitæ, omni ratione curandũ est, ut id bono consilio fecisse uideamur.

Est igit̃ Adolescẽtis, maiores natu uereri · ex hisq́; deliger̃ optimos, et ꝓbatissimos, quorũ cõsilio atq; authoritate utat̃.

Maxime autẽ hæc ętas, à libidinib9 est arcenda · exercendaq́; in labore, patientiaq́; & animi et corporis, ut eorũ & in bellicis, et ciuilibus officijs uigeat industria. Atque etiam cum relaxare animos, & dare si iucunditati uolent, caueant intemperantiam · meminerint uerecundiæ, quod facilius erit, si in eiusmodi quidem rebus maiores natu uelint interesse.

Senibus autẽ, labores corporis minuẽdi · exercitationes animi, etiã augẽdę uident̃ · dãda ꝑo est oꝑa, ut et amicos, et ·

Iuuentutem, & maxime rempublicã consilio & prudentia ꝙplurimum adiuuent. Nihil autem cauendum magis est Senectuti, ꝙ ne laguori se desidięq́ꝫ dedant. Luxuria uero cum omni ætati sit turpissima, tũ Senectuti est fœdissima. Sin autem & libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est, ꝙ & ipsa senectus, decus concipit, et adolescentium facit impudentiorem intẽperantiam.

Est igitur proprium munus magistratꝰ intelligere, se gerere personam ciuitatis, debereq́ꝫ eius dignitatem & decus sustinere, leges seruare, iura distribuere, eaq́ꝫ fidei suæ commissa meminisse.

*Peregrini autem, & incolæ officiũ est, nihil præter suum negocium agere, nihil de alio inquirere, minimeq́ꝫ in aliena republica esse curiosum.

Nihil autem est, quod tam deceat, ꝙ in omni re gerenda, capiendoq́ꝫ consilio seruare constantiam.

Duo maxime sunt fugienda, nequid effœminatum, aut molle, & nequid durum, aut rusticũ sit.

Cum autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero, uenustas sit,

in altero, dignitas. uenustatē, muliebre dicere solemus· dignitatem, uirilē. Ergo & a forma remoueatur, omnis uiro non dignus ornatus· & huic simile uitiū, in gestu motuq́; caueatur.
Formæ autem dignitas, coloris bonitate tuenda est· & color exercitationibus corporis. Adhibenda est præterea mū ditia non odiosa, neq; exquisita nimis· tantumq́; fugiat agrestem, & inhumanam negligentiam. Eadem ratio est habenda uestitus, ĩ quo sicut in plerisq; rebus, mediocritas optima. Cauendū est autem, ne aut tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut pomparū ferculis similes esse uideamur· aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates, quę cum fiunt, anhelitus mouentur, uultus mutantur, ora torquētur. ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. Sed multo etiam magis elaborandum est, ne animi motus à natura recedant. quod assequētur, si cauebimus, ne in perturbationes atq; exanimationes incidam⁹· & si attētos animos, ad decoris cōseruationem tenebimus. Curandū est, ut cogitatione ad res optimas utamur·

appetitũ,rationi obedientẽ pbeamus.
In omni uita rectissime pcipitur,ut perturbationes fugiamus.i.motus animi nimios,rationi nõ obtẽperantes.
Maxime curandum est, ut eos quibus cum sermonem conferimus,& uereri, & diligere uideamur.
Ira procul absit,cũ qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. Magna autẽ ex parte clemẽti castigatione licet uti• grauitate tamen adiuncta,ut seueritas adhibeatur,et cõtumelia repellatur.
Quæ,cũ aliqua perturbatione fiunt, ea neq; constanter fieri possunt, neq; ab ijs,qui assunt,approbari.
Deforme etiã,de se ipso prædicare,falsa pssertim• & cũ irrisione audientiũ,imitari militẽ gloriosum.
Ornanda est.n.dignitas, domo• at non ex domo,dignitas tota quærẽda• Nec domo Dominus,sed Domino domus est honestanda.
Mediocritas,ad omnẽ usum,cultũque uitæ transferenda est.
In omni autẽ actione suscipienda, tria sunt tenẽda•primũ,ut appetitus rationi pareant,quo nihil est,ad officia conseruanda accõmodatius.Deinde,ut a-

nimaduertat,quãta illa res sit, quã effi cere uelimus·ne ue maior,minor ue cu ra,et opa suscipiat,q̃ cã postulat. Tertiũ est,ut caueamus,ut ea, q̃ ptinẽt ad liberalẽ speciẽ & dignitatẽ, moderata sint·horũ triũ tamen præstantissimum est,appetitũ obtẽperare rationi.

Turpe est.n.ualdeq; uitiosum est,in re seuera,cõuiuio dignũ,aut delicatũ ali quẽ inferre sermonẽ.

Decet non solũ manus,sed etiã oculos abstinentes habere.

*Tanta uis est & loci, & tẽporis, ut si quis cũ cãm sit acturus, in itinere aut in ambulatione secum ipse meditetur· aut siquid aliud attentius cogitet, nõ reprehendatur. at hoc idem, si incon uiuio faciat, inhumanus uideatur in-scitia tẽporis.

Fit enim,nescio quomodo, ut magis in alijs cernamus,q̃ in nobisipsis, siqd delinquitur.

Sine uerecundia nihil rectum esse põt, nihil honestũ.

*Eos autẽ,quorũ uita perspecta in reb9 honestis,atq; magnis est, bene sentien tes, ac bene meritos aut merentes, aliquo honore, aut imperio affectos

obseruare & colere debemus.

Ex secundo libro de officiis.

Quid enim est per Deos, optabilius sapientia? quid præstantius, quid meliꝰ, quid homine dignius? hanc igitur qui expetunt, philosophi nominãtur. Nec quicquã aliud est Philosophia, si interpretari uelis, præter studium sapientiæ.

*Sapientia autẽ est, ut à ueteribus Philosophis definitum est, rerũ diuinarũ & humanarũ, causarumq́, quibus hæ res continentur.

Qui parũ perspiciunt, hi sæpe uersutos homines & callidos admirantes, malitiã, sapientiam iudicãt. quorum error eripiendus est, opinioq́ omnis ad eã speciẽ traducenda. ut honestis consilijs iustisq́ factis, nõ fraude & malitia à se intelligant ea, q̃ uelint, consequi.

Deos placatos, pietas efficiet, & sanctitas.

Propriũ hoc statuo esse uirtutis, conciliare animos hominum, & ad suos usus adiungere.

Secundæ res, honores, imperia, uictorię, quanquã fortuna sint. tamẽ sine hominum operibus et studijs, neutrã in par

tem effici possunt.

Male eni se res habet, cũ quod uirtute effici debet, id tentatur pecunia.

Atq; etiã subijcinnt se homines ĩperio alterius, & potestati, de causis plurib9 ducũtur.n. aut beneuolentia, aut beneficiorũ magnitudine, aut dignitatis p̃stantia· aut spe, sibi utile futurũ· aut metu, ne ui parere cogantur· aut spe largitionis, promissionisq́; capti· aut postremo, ut sæpe in nostra republica uidemus, mercede conducti. Rerũ autẽ omnium nec aptius est quicquã ad opes tuendas, ac tenendas, q̃ diligi. nec alienius, q̃ timeri.

Malus enim custos diuturnitatis, metus· contraq́; beneuolentia, fidelis est uel ad perpetuitatẽ.

Quod igitur latissime patet, neq; ad incolumitatẽ solum, sed etiã ad opes, & potentiã ualet plurimũ, id amplectamur· ut metus absit, charitas retineat· ita facillime, quæ uolumus & priuatis in reb9· & in republica consequemur. Etenim qui se metui uolũt, à quibus metuuntur, eosdem metuant ipsi, necesse est.

Neç uero ulla uis ĩperij tanta est, quæ p̃

mente metu, possit esse diuturna.

Certũ igitur hoc sit, idq́ & primum, & maxime necessariũ, familiaritates habere fidas amantium nos amicorum, & nostra mirantiũ.

Vehementer autem amor multitudinis cõmouetur ipsa fama & opinione liberalitatis, beneficientiæ, iustitiæ, fideiq́ omnium'que earum uirtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem morũ ac facilitatẽ.

Fides autem ut adhibeatur, duabus rebus effici potest. si existimabimur adepti cõiunctam cum iustitia prudentiã. Nam & his fidẽ habemus, quos plus intelligere, q̃ nos arbitramur, quosq́ & futura prospicere credimus. & cũ res agatur, in discrimẽque uenturum sit, expedire rem, & consilium ex tempore capere posse. hanc enim omnes utilem homines existimant, ueramq́ prudentiam. Iustis autem, & fidis hominibus, idest bonis uiris, ita fides habetur, ut nulla sit in his fraudis iniuriæq́ suspicio. itaq; his salutẽ nr̃am, his fortunã, his liberos rectissime cõmitti arbitramur. Harum igitur duarũ iustitia, plus pollet ad fidẽ faciendã. quip-

pe cũ ea sine prudentia satis habeat authoritatis·Prudentia, sine iustitia nihil ualet ad fidẽ faciendam. Quo enim qs uersutior, & callidior·hoc inuisior, & suspectior probabitur, detracta opinione probitatis.

Popularibus.n.ṽbis est agendũ, et usitatis, cũ loqmur de opiniõe populari. Non.n.omnes eos contẽnunt, de quibus male existimant.

Contẽnuntur autem ῆ, qui nec sibi, nec alteri, ut dicitur, ꝓsunt·in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Admiratione autẽ afficiũtur ῆ, qui anteire cæteros uirtute putant·& cum omni carere dedecor, tũ uero ῆs uitῆs, qb9 alῆ nõ pñt facile obsistere.

Nemo iust9 esse põt, q mortẽ, q dolorẽ, q exiliũ, q egestatẽ timet·aut q ea, q̃ sũt ῆs cõtraria, æquitate anteponit.

Maxime admiramur eum, qui pecunia non mouetur · quod in quo uiro perspectũ sit, hunc dignũ spectatu arbitramur. Omnis ratio atq; institutio uitæ, hominũ adiumẽta desiderat·in primisq; ut habeat, qb9 cũ familiares possit conferre sermones, quod est difficile, nisi speciẽ ꝑ te boni uiri feras.

Iustitiæ tanta uis est, ut ne illi quidem, qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine ulla particula iustitiæ uiuere. Nã q eorũ cuipiã, qui una latrocinantur, furatur aliqd, aut clam eripit, is sibi ne in latrocinio qdem relinquit locum.

Cũ igitur tanta uis iustitiæ sit, ut ea etiã latronũ opes firmet, atq; augeat· quantũ eius uim inter leges, & iudicia, & instituta fore putam⁹? Omni igitur ratione colenda, & retinenda iustitia est· tũ ipsa per se, nã aliter iustitia nõ esset· tũ propter amplificationem honoris, & gloriæ.

Præclare Socrates, Hanc uiã ad gloriã ptoximam, & quasi compendiariam dicebat esse· si quis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis esset: Quod siqui simulatione, & inani ostentatione, & ficto non modo sermone, sed etiam uultu stabilẽ se posse gloriam cõsequi rẽtur, uehementer errant. Vera enim gloria radices agit, atq; etiam propagat· ficta omnia, celeriter tanq; flosculi decidunt· Nec simulatũ quicquam, potest esse diuturnũ,

Qui igitur adipisci uerã gloriã uolet, iu

stitiæ

ſtitiæ fungatur officijs.

Siquis ab ineunte ætate habet cauſam celebritatis,& nominis,aut à patre acceptam,aut aliquo caſu,aut fortuna,ĩ hũc oculi omnium conijciuntur · atq; in eo quid agat,aut queadmodum uiuat,inquiritur'& tanquã in clariſſima luce uerſetur ita,ut nullũ eius nec dictum,nec factum,poteſt obſcurũ eſſe. Quorum autẽ ætas prima propter humilitatẽ, & obſcuritatẽ, in hominum ignorantia uerſatur, ij ſimul ac Iuuenes eſſe cœperint, magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudijs debẽt cõtẽdere·qđ eo firmiore animo facient,qa non modo non inuidetur illi ætati, uerum etiam fauetur.

Vt igitur reliquis in rebus multo maiora ſunt opa animi,q̃ corporis · ſic hæ res,quas ingenio ac ratione proſequimur,gratiores ſũt,q̃ illę, quas uirib⁹. *Prima igitur cõmendatio, proficiſcitur à modeſtia,tum pietate in parẽtes, tum in ſuos beneuolentia.

Facillime autem, & in optimam partẽ cognoſcuntur Adoleſcentes, qui ſe ad claros ſapientes uiros,bene conſulentes reipublicæ contulerunt·quibus cũ

ſi frequentes fuerint,opinionē afferunt Populo eorũ, fore ſe ſimiles, quos ſibipſi delegerint ad imitandum.

Difficile dictu eſt,quantopere conciliet aĩos comitas, affabilitasq́ſermonis.

Magna ē admiratio copioſe ſapienterq́ dicentis, quem qui audiunt, intelligere etiã & ſapere plus,quàm cęteros arbitrantur. Si uero ineſt in oratione miſta modeſtiæ grauitas ,nihil admirabilius fieri poteſt. eoq́ magis, ſi ea ſunt in adoleſcente.

Hoc pręceptũ officij diligenter tenendũ eſt, ne unquam innocetē iudicio capitis arceſſas. id enim ſine ſcelere nullo modo fieri poteſt. Nam quid eſt tã inhumanũ, quã eloquentiã á natura ad ſalutē hominũ & conſeruationē datã, ad bonorũ peſtē perniciemq́ conuertere?Nec tamen ut hoc fugiendũ,ita eſt habendũ religioni,nocentem qñq;, & nefariũ,impiumq́ defendere. uult hoc multitudo,patitur cõſuetudo,fert etiã humanitas.

Iudicis eſt, ſemper in cauſis uerũ ſequi. Patroni uero, nonnunquam uериſimile, etiã ſi minus ſit uerum, defendere.

Maxime autē & gloria paratur,& gra-

tia,defensionibus eoq; maior,si quando accidit,ut ei subueniatur,qui potẽtis alicui⁹ opib⁹ circũueniri, urgeriq; uideatur.

Prçclare ĩ Epl̃a q̃dã Alexãdrũ filiũ Philippus accusat,q̃d largitiõe beneuolentiã Macedonũ cõsectet. Q̃d te malũ in qt,rõnis,in istã spẽ induxit ut eos tibi fideles fore putares, quos pecunia corrupisses? An tu id agis,ut Macedones nõ te regẽ suũ,sed ministrũ,et ꝓbitorẽ existimẽt? Quo q̃d sordidius regi? melius ẽt, q̃d largitionẽ corruptelã esse dixit. Fit enim deterior, qui accipit, atque ad idem semper expectandum paratior.

Nonnunquam tamen est largiendum, neq; hoc benignitatis genus omnino repudiandum. & sæpe idoneis hominibus de re familiari impendendum est, sed diligenter, & moderate. Multi enim & patrimonia effuderunt,inconsulte largiendo. Quid autem est stultius,quàm quod libenter facias, curare,ut id diutius facere nõ possis? Atq; etiã sequũt largitionẽ,rapinæ. Cum.n. dãdo egere cœperint,alienis bonis manus inferre,coguntur. Ita cũ beneuolẽ

tiæ comparandæ causa, benefici esse uelint, non tanta assequuntur studia eorum quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. Quãobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita reseranda, ut omnibus pateat. Modus adhibeat, isq; ad facultates referat. Oĩno meminisse debemus id, quod à nostris hominib⁹ sæpissime usurpatũ est, iãq; in prouerbiĵ consuetudine uenit, largitionem, fundũ non habere.

Vitanda tñ suspitio auaritiæ est.

Causa igitur largitionis est, si aut necesse est, aut utile, in his autẽ ipsis mediocritatis regula, optima est,

Propensior autẽ benignitas, esse debebit in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate.

*Danda igit̃ opera est, ut his beneficiĵs q̃plurimos afficiamus, quorum liberis, posterisq; prodatur memoria, ut his ĩgratis esse non liceat.

Conueniet autẽ, tum in dando, munificum esse, tum in exigẽdo, non acerbũ, in omniq; re contrahenda, emendo, uẽdendo, conducendo, locando, in uicinitatibus & confiniĵs æquum & facilẽ,

multa multis de suo iure concedentē à litibus uero, quantū liceat, & nescio an & pauloplus, q̃ liceat abhorrentē. Est enim non modo liberale, paulū nō nunquā de suo iure cedere, sed interdū etiam fructuosum. Habenda autem ratio est rei familiaris, quā quidē dilabi sinere, flagitiosum est: sed ita, ut illiberalitatis, auaritiæq; absit suspicio.

Recte etiam à Theophrasto est laudata hospitalitas. Est. n. ut mihi uidetur, ualde decorum, patere domus hominum illustrium, hospitibus illustribus. *Id etiā Reipublicę est ornamento, hoïes externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non agere. Est etiam uehemēter utile his, qui honeste posse multa uolunt per Hospites, apud externos populos ualere opibus, & gratia.

Nam iure cauere, consilio iuuare, atque hoc scientię genere prodesse multis, uehementer & ad opes augendas pertinet, & ad gratiā. Itaq; cum multa præclara maiorum, tum q̃ optime constituti iuris ciuilis summo semper in honore cognitio fuit, atq; interpretatio.

Cum autē nō possint oēs, ne multi qdē aut iurisperiti esse, aut diserti: licet tñ

opera prodesse multis, beneficia petentem, cōmendantem Iudicibus et magistratibus, uigilantem pro re alterius· eos ipsos, qui aut consulunt, aut defendunt rogantē, quod q faciūt, plurimū gratię cōsequunt, latissimeq; eorꝝ manat industria. Iā illud nō sunt admonēdi, est.n.i prōptu, ut animaduertāt cū iuuare alios uelint, nequos offendāt· sæpe enim aut eos lędunt, quos nō debent· aut eos, quos non expedit· si imprudentes, negligentiæ est· si scientes, temeritatis. Vtendum est etiā excusatione aduersus eos, quos inuitus offendas, quacunq; possis· quare id, quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris· *Certisq; operis. et officijs erit, quod uiolatū est cōpensandū.

*At q se locupletes, honoratos, & beatos putant, hi ne obligari quidē beneficio uolunt· quinetiam beneficium se dedisse arbitrantur, cum ipsi quamuis aliquid magnum acceperint, æque etiam à se aut postulari, aut expectari suspicantur· patrocinio uero se usos, aut clientes appellari, mortis instar putant.

Meli⁹ apud bonos, q̄ apud fortunatos

beneficiũ collocari puto. Danda oĩno opera eſt,ut oĩ genere ſatisfacere poſſimus. Sed ſi res in contentionẽ uenerit· nimirũ Themiſtocles eſt author adhibendus,qui cum conſuleretur, Vtrum bono uiro pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret? Ego,inquit, malo uirum,qui pecunia egeat· quam pecuniam,quæ uiro. Sed corrupti mores deprauatiq́ſunt, admiratione diuitiarum· quarum magnitudo quid ad unumquenq; noſtrum pertinet? illum fortaſſe adiuuat, qui habet, nec id quidem ſemper.

Extremũ autem præceptũ in beneficijs, operaq́ danda eſt,nequid contra æquitatẽ contẽdas, nequid pro iniuria. Fũdamentum enim perpetuæ cõmendationis & famæ,eſt iuſtitia·ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile.

In primis uidendum erit ei,qui rẽpublicam adminiſtrabit,ut ſuum quiſq; teneat,neq; de bonis priuatorũ publice diminutio fiat.

Hãc.n.ob cãm maxĩe,ut ſua tenerẽt,res publicę, ciuitatesq́ cõſtitutę ſũt. nã et ſi duce natura hoĩes congregabant· tñ ſpe cuſtodię rerũ ſuarũ,urbiũ præſidia

quærebant.

Dāda opera, ut omnes intellıgāt si salui esse uelint, necessitati esse parēdū. Atq; etiā omnes, qui rempublicā gubernabunt, consulere debebunt, ut earum rerum copia sit, quæ sunt necessariæ. Caput autē est in omni procuratione negocij, et muneris publici, ut auaritię pellatur etiā minima suspicio.

Nullum igitur uitiū tetrius est, ut eo, unde egressa est, reuertatur oratio. q̄ auaritia, præsertim in principibus, & Rēpublicā gubernātibus. Habere. n. quæstui Rēpublicam, nō modo turpe est. sed sceleratū, & nefariū.

Nulla autē re conciliare facilius beneuolentiam multitudinis possunt ij, qui Reipublicæ præsunt, q̄ abstinentia, & continentia.

*Id. n. est propriū. ut supra dixi, ciuitatis atq; urbis, ut sit libera, & non solicita suæ rei cuiusq; custodia.

*Nec. n. ulla res uehementius Rēpublicā cōtinet, q̄ fides . quę esse nulla pōt, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum.

Ea est summa ratio, & sapiētia boni ciuis. cōmoda ciuiū defendere, non di-

uellere, atq; omnes æquitate eadem continere.

*Ab hoc igitur genere largitionis, ut aliјs detur, aliјs auferatur, aberunt ij qui rẽpublicã tuebuntur· in primisq́; operam dabunt, ut iuris, & iudiciorum æquitate, suum quisq; teneat·et neq; tenuiores, propter humilitatẽ circumueniantur·neq; locupletibus, ad sua uel tenẽda, uel recuperanda obsit inuidia.

*Sed ualetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione earum rerũ, quæ res aut prodesse soleant, aut obesse·& continentia in uictu omni atque cultu, corporis tuendi causa, & prætermitendis uoluptatibus. postremo arte eorum, quorum ad scientiam hæc ptinẽt. Res autẽ familiaris, quæri debet ijs rebus, à quibus abest turpitudo 'conseruari autẽ, diligentia, & parsimonia·eisdẽ etiam rebus augeri · Hæc ex secundo Officiorum.

Ex tertio libro de Officiis.

Dubitandũ non est, quin nunq; possit utilitas cum honestate contendere·detrahere aũt alteri, sui cõmodi causa·& ex hominis incõmodo, suum commodum augere·est magis contra Naturã,

quam mors, quàm dolor quàm cæte ra cuncta, quæ possunt aut corpori ac cidere, aut rebus externis.
Nā sibi, ut quisq; malit, quod ad usum uitæ pertineat, q̃ alteri, acquirere con cessum est, non repugnante natura. Illud quidē natura non patitur, ut aliorum spolijs nostras facultates, copias, opesq; augeamus. Neq; uero hoc solū natura, id est iure gentium·sed etiam le gibus populorum, quibus in singulis ciuitatibus Respublicæ continentur, eodem modo constitutum est, ut non liceret sui commodi causa nocere alteri · Hoc enim spectāt leges, hoc uolūt, incolumem esse ciuium coniunctionē· quam qui dirimunt, eos morte, exilio, uinculis, damno coercent·atq; hoc effi cit multo magis ipsa naturę ratio, quę est lex diuina, & humana·cui parere, qui uelit (omnes autem parebunt, qui secundum naturam uolunt uiuere) nū quā cōmittet, ut alienum appetat, et id quod alteri detraxerit, sibi assumat. Etenim multo magis est secundū natu ram excelsitas animi, & magnitudo, itēq; cōmunitas, iustitia, liberalitas·q̃ uoluptas, q̃ auaritia, q̃ diuitiæ·quæ

quidẽ contemnere, & pro nihilo ducere comparantẽ cum utilitate cõmuni, magni animi eſt, & excelſi. Itemq; magis eſt ſecundũ naturam, pro oĩbus gẽtibus, ſi fieri poſſit, conſeruandis aut iuuãdis maximos labores moleſtiasq; ſuſcipere· imitantes Herculem illum, quẽ hominũ fama, beneficiorum memor, in concilio cœleſtiũ collocauit· q̃ uiuere ĩ ſolitudine, nõ modo ſine ullis moleſtijs· ſed etiam in maximis uoluptatibus, abundantem omnibus copijs, ut excellas etiã pulchritudine, et uiribus. Quocirca optimo quiſq; & ſplẽdidiſſimo ingenio, longe illam uitam huic anteponit· Ex quo efficitur, hominem naturæ obedientem, homini nocere non poſſe.

Qui autẽ rationem ſuorũ ciuiũ dicunt habendã, externorũ negant· hi dirimũt cõmunem humani generis ſocietatẽ. qua ſublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, iuſtitia funditus tollitur · quæ qui tollunt, etiã aduerſus Deos ĩmortales impij iudicandi ſunt.

Iuſtitia. n. una uirtus, omniũ eſt domina, & regina uirtutũ.

Suũ cuiq; incõmodũ ferendũ eſt potiꝰ,

ꝗ̃ de alterius cõmodis detrahendũ.
*Non igitur magis est contra naturam, morbus, aut egestas, aut quid eiusmodi· ꝗ̃ detractio, atq; appetitio alieni. Sed cõmunis utilitatis derelictio, contra naturam est, est enim in iusta. Itaq; lex ipsa naturæ. quæ utilitatẽ hominũ conseruat, & continet ·decernit profecto, ut ab homine inerti atq; inutili, ad sapientem, bonum, fortem que uirum transferantur res ad uiuendum necessariæ.
*Nulla est. n. societas nobis, cum tyrannis, sed potius summa distractio· ne que est contra naturam, spoliare eũ, si possis, quem honestum est necare· Atque hoc omne genus pestiferum atq; impium, ex hominum cõmunitate exterminandũ est. Etenim ut mẽbra quædam amputantur, si & ipsa sanguine, & tanquã spiritu carere cœperunt, & nocent reliquis partibus corporis· sic ista in figura hominis feritas, & immanitas belluæ, à cõmuni tanquã humanitate corporis segreganda est.
Nihil uero utile, quod non idẽ honestũ· nihil honestum, quod nõ idẽ utile sit.
*Cum igitur aliqua species utilitatis·

obiecta est, nos cõmoueri necesse est. Sed si cum animũ attenderis, turpitudinẽ uideas adiunctam ei rei, quæ speciem utilitatis attulerit. tunc utilitas non requirenda est, sed intelligendum ubi turpitudo sit, ibi utilitatẽ esse nõ posse.

*Itemq́; si ad honestatem nati sumus, eaq́; aut sola expetenda, ut Zenoni est uisum. aut certe omni põdere grauior est habenda, q̃ reliqua omnia, quod Aristoteli placet. necesse est, quod honestum sit, id esse aut solũ, aut summũ bonum. quod autẽ bonũ, id certe utile. Itaq; quicquid honestum, id utile.

*Atq; etiam in omni deliberatione cælandi & occultandi spes, opinioq́; remouenda est.

Satis.n.nobis, si modo in philosophia aliquid profecimus, persuasum esse debet. si omnes Deos hominesq́; cælare possimus. nihil tamen auare, nihil iniuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum.

Honesta enim bonis uiris, non occulta quæruntur.

Nec tamen, ut multa, nostræ nobis utilitates omittendæ sunt, aliisq́; tradendæ,

cũ ijs ipsi egeam⁹·sed suæ cuiq; utilita ti,qđ sine alteri⁹ iiuria fiat,seruiẽdũ est. Scite.n.Chrysippus,q stadiũ inqt,cur rit,eniti & cõtẽdere debet, q̃ maxime possit,ut uincat·supplantare eũ,qui cũ certet,aut manu pellere nullo mõ debet · Sic inuita sibi quenq; peter̃,quod pertineat ad usum, non iniquum est· sed alteri subripere,ius non est.

Neq; contra remplubicam,neq; contra iusiurandum , ac fidẽ, amici sui causa uir bonus faciet· nec si iudex quidem erit de ipso amico.

Nam si omnia facienda , que amici uelit·nõ amicitię tales, sed cõiurationes putãdæ sunt. Nam cum id quod utile uidetur in amicitia , cũ eo quod honestũ est , cõparatur· iaceat utilitatis species,ualeat honestas.Cũ autẽ in amicitia,que honesta nõ sunt, postulabunť· religio,& fides anteponãtur iustitiæ.

Nihil quod crudele,utile. Est enĩ hominum naturę, quã sequi debemus, maxime inimica crudelitas.Male etiam, q peregrinos urbib⁹ uti ꝓhibẽt , eosq; exterminant.

Nam esse pro ciue , qui ciuis non sit, rectum esse nõ licet·Vsu uero urbis pro

hibere peregrinos, sane inhumanũ est.
*Illa præclara, in quibus publicæ utilitatis species prę honestate contẽnitur.
*Hoc enim ipsum utile putare, quod turpe sit, calamitosum est.
Ex omni uita, simulatio, dissimulatioq; tollenda est.
Tollendum est igitur ex rebus contrahẽdis, omne mendacium.
Ennius ait, Ne quicquam sapientem sapere, qui sibi prodesse nequiret. *non quęrit. Est autem sapere, nihil contra mores, leges, instituta facere, habere rationem rei familiaris. Neq; enim solũ nobis, diuites esse uolumus. sed Liberis, Propinquis, Amicis, maximeq; Reipublicæ. Singulorum enim facultates, & copiæ, diuitię sunt ciuitatis.
*Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. leges, q̃tenus manu tenere res pñt. Philosophi, q̃tenus rõne, & ĩtelligẽtia. Rõ igiť hoc postulat, neqd ĩsidiose, neqd simulate, neqd fallaciter.
*Quod.n.ciuile, nõ idẽ cõtinuo gentiũ: quod aũt gentiũ, idẽ ciuile esse debet.
*Quocirca astutię tollendę sunt, eaq; malitia, q̃ uult qdẽ uideri se esse prudẽtiã. sed abest ab ea, distatq; plurimum.

Prudentia est.n.locata in delectu bonorum,& malorum.
*Cum enim fidē alicuius,bonitatemq; laudent·dignum esse dicunt, quicū in tenebris mices.
Nec ulla pernicies uitæ maior inueniri potest,q̃ in malitia simulatio intelligentiæ.
*Neq;.n.de sicarijs,ueneficis,testamentarijs,furibus,peculatoribus, hoc loco differendum est, qui nō uerbis sūt, & disputatione philosophoꝝ· sed uinculis,& carcere castigandi.
Mihi quidē etiam uerę hæreditates,non honestę uidentur·si sunt malitiosis officiorū blanditijs,nō ueritate,sed simulatiōe quæsitæ. atqui in talibus rebus aliud utile interdum,aliud honestū uideri falso tamen solet.
Hō aūt iustus,quē sentimus bonū uiꝝ, nihil cuiquā,quod in se transferat, detrahet·hoc qui admiratur,is se quid sit uir bonus nescire fateatur · At uero si quis uoluerit animi sui complicatam notionem euoluere, iam seipsum doceat,eū bonum uirum esse, qui prosit, quibus possit·& noceat nemini,nisi lacessitus iniuria.

Itaq; talis uir nō modo facere, sed nec cogitare quidem quicquam audebit, quod non ualeat prædicare. hoc uerò nō'ne est turpe philosophos dubitare, q̄ nec rustici quidem dubitant?
Cadit igitur in uirum bonum, mentiri emolumenti sui causa, criminari, eripere, fallere? nihil profecto minus. Est ergo ulla res tanti, aut commodū ullum tam expetendum, ut uiri boni & splendorem, & nomen amittas? Quid est, quod afferre tantum utilitas ista, quæ dicitur, possit, quantum auferre, si boni uiri nomen eripuerit, & fidem iustitiamq; detraxerit. Quid.n. interest, utrum ex homine conuertat se quis in belluam, an ī hominis figura, īmanitatem gerat belluæ? Quid, qui oīa recta & honesta negligunt, dūmodo potentiam consequuntur, non'ne īmanitatē belluæ gerunt? *non'ne id faciunt, qđ is, qui etiam Socerū habere uoluit eū, cuius ipse audacia potens esset? Vtile enim uidebatur, plurimum posse alterius inuidia.
*Honestate.n. dirigenda utilitas est.
*Multi iniqui atq; infideles regno, pauci boni sunt.

Quid si tyrannidem occupare, si pa triā prodere conabitur pater, silebit ne filius? imo uero obsecrabit patrem filius, ne id faciat. si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam ad extremū. si id ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutē saluti patris anteponet.

*Ac ne illa quidem promissa seruanda sunt, quæ non sunt his ipsis utilia qui bus illa promiseris.

Pacta, & ꝓmissa, semper seruanda sunt. quæ nec ui, nec dolo malo, ut Prętores dicere solent, facta sunt.

*Ergo promissa non facienda nonnunquam, neq; semper deposita reddenda sunt. Si gladiū quis sana mēte apud te deposuerit, & repetat insanus, reddere, peccatum, non reddere, officium sit. Quod si quis, qui apud te pecuniam de posuerit, bellum inferat patriæ, reddes' ne depositum? non credo. facies enim contra Rempuplicam, quæ debet esse charissima. Sic multa, quæ honesta uidentur natura, temporibus fiunt non honesta. Facere promissa, stare conuen tis, reddere deposita, cōmutata utilitate, fiunt non honesta.

Peruertunt homines ea, quæ sunt funda

menta naturę,cum utilitatem ab hone ſtate ſeiungunt. Omnes enim expetimus utilitatē,ad eamq; rapimur, nec facere aliter ullo modo poſſumus. Nā quis eſt,qui utilia fugiat?aut quis potius eſt,qui ea non ſtudioſiſſime proſequatur?Sed quia non poſſumus, niſi ī laude, decore, honeſtate utilia reperire· propterea prima illa,& ſumma habemus. Vtilitatis uero nomen, non tam ſplendidum,q̃ neceſſarium putamus. unde omnium regula una eſt,quā tibi cupio eſſe notiſſimā· Aut illud, quod utile eſſe uidetur,ne turpe ſit·aut ſi turpe,ne uideatur eſſe utile.

*Sed in iureiurando, non, qui metus, ſed,quæ uis ſit,debet intelligi.

Eſt enim iuſiurandum, affirmatio religioſa·quod autē affirmādo,quaſi Deo teſte promiſeris, id ſeruandū eſt.

Eſt autē ius etiam bellicū,fidesq; iuſiiurandi ſæpe cū hoſte ſeruanda.

Non enim falſum iurare, periurare eſt· Sed quod ex animi tui ſentētia iuraueris,ſicut uerbis cōcipitur mor̄ noſtro, id non facere periuriū eſt.

Nā nullū uīculū ad ſtrīgēdā fidē,iurisiurādo nr̄i maiores eſſe arctı⁹ uoluerūt.

At nō debuit ratū eſſe,quod actū eſt ..

ni posse contingere, ut illa intermissio fiat officij.

Tu autem, qꝫ mihi tantum attribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amice.

Suis autem incõmodis grauiter angi, non amicum, sed seipsum amantis est.

Quid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem, liberalitate in sorores, bonitate in suos, iustitia in omnes? hæc nota sunt uobis. Quam autẽ huic ciuitati charus fuit, mœrore funeris iudicatum est. quid ergo paucorum annorum accessio hunc iuuarẽ potuisset? Quamobrem uita quidẽ talis fuit, uel fortuna, uel gloria, ut nihil ultra posset accedere, moriendi autem sensum celeritas abstulit.

Ego uero uos hortari tantum possum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. nihil est enim tam naturæ aptum, tamqꝫ conueniens ad res uel secundas, uel aduersas. sed hoc in primis censeo, nisi inter bonos amicitiam esse non posse.

Nos autem ea, quæ sunt in usu uitaqꝫ cõmuni. non ea, quæ finguntur aut optantur, spectare debemus.

Agamus igitur pingui, ut aiunt, Minerua. q ita se gerũt, ita uiuũt, ut eorũ probẽt fides, integritas, æquabilitas, liberalitas, nec sit ĩ eis ulla cupiditas, libido, auaritia. sitq; magna constantia, ut hi fuerunt, quos mõ noĩauimꝰ. hos uiros bonos, ut habiti sũt, sic ẽt appellãdos putemꝰ, q assequamur, qꝫtũ hoĩes pñt, naturã, optimã bene uiuendi ducẽ.

Sic.n. mihi ꝑspicere uideor, ita natos esse nos, ut inter oẽs societas q̃dã sit. maior aũt, ut qsq; ꝓxime accedit. Itaq; ciues potiores sunt, qꝫ peregrini. et ꝓpinqui, qꝫ alieni. cũ ĳs.n. natura ipsa peperit amicitiã, sed ea nõ satis habet firmitatis.

Nanq; hoc præstat amicitia propinquitate, ꝙ ex propinquitate, beneuolentia tolli potest, ex amicitia nõ potest. Sublata enim beneuolentia, amicitiæ nomen tollitur, propinquitatis manet. Quanta autem uis amicitiæ sit, ex hoc intelligi potest maxime, ꝙ ex infinita societate humani generis, quam conciliauit ipsa natura, ita cõtracta res est, ĩ angustũq; deducta, ut oĩs charitas, aut inter duos, aut paucos cõiungeretur.

Est enim amicitia nihil aliud, nisi omni

um diuinarum humanarumq; rerum cum beneuolentia & charitate consensio. qua quidem haud scio, an excepta sapientia, quicquam melius sit hominibus à Dijs immortalibus datū· diuitias alij præponunt, bonam alij ualetudinem, alij potentiam, alij honores, alij etiam uoluptates corporis. belluarū, hoc quidem exttemum est· illa autem superiora, & caduca, & incerta sunt· posita non tam in nostris consilijs, q̃ in fortunæ temeritate. Qui autē in uirtute summū bonum ponunt, illi quidē præclare agunt· sed hæc ipsa uirtus, amicitiam & gignit, & continet· Quia nec sine uirtute, amicitia ullo pacto esse potest.

Tales igitur inter uiros amicitia, tantas opportunitates habet, q̃tas uix queo dicere. Principio, Quis potest esse uita uitalis, ut ait Ennius, qui non in amici mutua beneuolentia conquiescat? Quid dulcius, q̃ habere, quicum oĩa audeas sic loqui, ut tecū? Quis esset tātus fruct⁹ ĩ ꝓsperis reb⁹, nisi hrēs, q illis ęque actu ipse gauderet? Aduersas ꝟò res ferr̄, difficile esset sine illo, q grauius ēt, q̃ tu ferret. Deniq; cæterę res;

quæ expetuntur, opportunæ sunt, singulæ, reb9 ferè singulis. diuitiæ, ut utare opes, ut colare honores, ut laudere uoluptates, ut gaudeas ualetudo, ut dolore careas, & muneribus fungare corporis. Amicitia, res plurimas continet, quocũq; te uerteris, præsto est, nullo modo, nullo loco excluditur, nunquam intempestiua, nunquam molesta est. Itaq; Non aqua, non igne, ut aiunt, locis pluribus magis utimur, q̃ amicitia. Neque ego de uulgari, aut de mediocri, quæ tamen & ipsa delectat, & prodest, sed de uera & perfecta loquor, qualis eorum, qui pauci nominantur, fuit. Nam & secundas res, splẽdidiores facit amicitia, et aduersas partiens, cõmunicansq́;, leuiores. Cumq; plurimas & maximas cõmmoditates amicitia contineat, tamen illa nimirũ præstat omnibus, q bona spe prælucet in posterũ, nec debilitari animos, aut cadere patitur, uerum etiam amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod ĩtuetur sui. Quocirca & absentes assunt, & agentes abundant, & imbecilles ualent, & quod difficili9 est dictu, mortui uiuunt, tantus eos

bonos,

bonos,memoria, desideriũ prosequit amícorũ,ex quo illorũ,beata mors uí detur·horũ, uita laudabilis. Quo'd si exemeris ex rerũ natura,beneuolentiæ coniunctionem· nec domus ulla, nec urbs stare poterit, nec agricultura ꝑmanebit.Id si minus ítelligitur,quanta uis amicitię cõcordięq; sit,ex dissensionibus,atq; discordĳs percipi põt. Quæ enim domus tã stabilis, quæ tã firma ciuitas est,quæ nõ odĳs, & dissidĳs funditus possit euerti?ex quo quãtum boni sit in amicitia, iudicari põt. Amor ení, ex quo amicitia nominata est,princeps est ad beneuolẽtiam coniungẽdam.Nam utilitates quidem etíam ab ĳs percipiũtur sæpe,qui simulatione amicitiæ coluntur, & obseruantur temporis causa.

In amicitia autem nihil fictum est,nihil simulatũ·& quicquid in ea est,id uerũ & uoluntarium est.Quapropter a natura mihi uidetur potius, q̃ ab indígentia orta amicitia applicatione magis animi cum quodã sensu amãdi,q̃ cogitatione, quantũ illa res utilitatis esset habitura. Quod quidẽ quale sit. etiam in bestĳs quibusdã animaduer

ti poteſt·quę ex ſe natos ita amant ad quoddam tempus,ab eisq; amātur,ut facile earum ſenſus appareat. quod in homine eſt multo euidentius,primum ex ea charitate,quæ eſt inter natos, & parentes,quę dirimi,niſi deteſtabili ſce lere non pōt· deinde conſimilis ſenſus extitit amoris, ſi aliquē nacti ſumus, cuius cū moribus & natura congruamus ita,ꝙ in eo quaſi lumen aliquod probitatis & uirtutis perſpicere uidea mur.Nihil enim eſt uirtute amabilius, nihil qđ magis alliciat ad diligēdum· quippe cū propter uirtutē & probitatem etiā eos, quos nunquā uidimus, quodāmodo diligamus.

Quo'd ſi tāta uis ꝓbitatis eſt,ut eā,uł in eis quos nunquā uidimus · uel quod magis eſt,etiā in hoſte diligamus· qd mirum,ſi animi hominum moueātur, cum eorum quibus cum uſu coniūcti eſſe poſſunt, uirtutem & probitatem conſpicere uideantur? Quanquā confirmatur amor, & beneficio accepto, & ſtudio perſpecto, & conſuetudine adiuncta·quibus rebus ad illum primum motum animi & amoris adhibi tis,admirabilis quædam exardeſcit be

neuolentiæ magnitudo·Quā ſiqui putant ab imbecillitate proficiſci, ut res ſit, per quā aſſequatur, quod quiſq; deſideret·humilem ſane relinquunt, & minime generoſū, ut ita dicā, ortum amicitię·quam ex inopia, atq; indigentia notam uolunt.

*Vt enim quiſq; ſibi plurimū confidit, & ut quiſq; maxime uirtute & ſapientia ſic munit⁹ eſt, ut nullo egeat, ſuaq; om:.'a in ſe ipſo poſita iudicet· ita in amicitijs expetendis, colēdisq; maxime excellit.

Vt enim benefici liberalesq; ſumus, nō, ut exigamus gratiam·neq; enim beneficium fœneramur, ſed natura propēſi ad liberalitatē ſumus·ſic amicitiam non ſpe mercedis adducti, ſed q eius omnis fructus in ipſo amore ineſt, expetendā putamus.

*Ab ijs, q pecudū ritu ad uoluptatē oīa referūt, lōge diſſētim⁹. nec mirū·nihil.n. altū, nihil magnificū, nec diuinū ſuſciperē pñt, q oēs ſuas cogitationes abiecerūt in rē tā humilē, tamq; contemptā· Quam ob rem hos quidem, ab hoc ſermone remoueamus· ipſi autem intelligam⁹, à natura gigni ſēſū diligēdi,

& beneuolentię charitatem, facta signi ficatione probitatis · quã qui appetiue runt, applicant sese, & propius admo- uent, ut & usu eius, quẽ diligere cœpe runt, fruantur & moribus · Sint que pa res in amore, & æquales, ꝓpensioresq́ ad benemerendum, q̃ ad reposcendũ · atq; hæc inter eos sit honesta certatio. Sic & utilitates ex amicitia maximæ capientur, & erit eius ortus à natura, q̃ ab imbecillitate grauior, & uerior. Nam si utilitas, amicitias cõglutinaret; eadẽ commutata, dissolueret · Sed quia natura mutari non potest, idcirco ueræ amicitiæ sempiternæ sunt.

Scipio, nihil difficilius esse dicebat, q̃ amicitiam usq; ad extremũ uitæ diẽ per manere · mutari etiam mores hominũ sæpe dicebat, al's aduersis rebus, al's ę- tate ingrauescente. atq; earum rerũ exẽ plum ex similitudine ineuntis ætatis capiebat, q; summi puerorũ amores, sæpe unà cum prætexta uel toga depo nerentur. Sin autẽ longius in adolescẽ tiam perduxissent, dirimi tamen inter dum contentione uel luxuriæ, uel con ditionis, uel cõmodi alicuiꝰ, quod idẽ adipisci uterq; non posset. Quod siqui

longius in amicitia prouecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris cõtentionem incidissent. Pestẽ enim nullam maiorem esse in amicitijs, quàm in plerisque pecuniæ cupiditatem. in optimis quibusque, honoris certamen, & gloriæ. ex quo inimicitias maximas sæpe iter amicissimos extitisse. Magna etiã diffidia plerunque iusta nasci dicebat, cum aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur. ut aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriã. quod qui recusarent, quãuis honeste id facerent, ius tamen amicitiæ deserere arguerentur ab ijs, quibus obsequi nollent. illos autem, qui quiduis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos. eorum querela inueterata, non modo familiaritates extingui solere, sed et odia gigni maxima atque sempiterna item dicebat Scipio.

*Quamobrẽ id primũ uideamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Num si Coriolanus amicos, ferre contra patriã arma illi cũ Coriolano debuere?

Nulla est enim excusatio peccati, si ami

ci causa peccaueris. Nã cũ conciliatrix amicitiæ, uirtutis opinio fuerit· difficile est amicitias permanere, si à uirtute deflexeris. Quòd si rectũ statuerimus, uel concedere amicis, quicquid uelint· uel impetrare ab ĳs, quicquid uelim⁹, perfecta quidem sapientia sumus, si nihil habeat res uitĳ. Hæc igitur prima ĩ amicitia lex sanciatur, ut neq; rogem⁹ res turpes, neq; faciam⁹ rogati · turpis .n. excusatio est, & minime accipiẽda, cũ in cæteris peccatis, tũ siquis cõtra rẽpublicã se amici causa fecisse fateat.

Mihi non minori curæ est, qualis respublica post mortẽ meã futura sit, ꝙ qualis sit hodie.

Hæc igitur prima lex in amicitia sanciatur, ut ab amicis honesta petamus & amicorũ causa honesta faciamus· nec expectemus quidem, dũ rogemur· studium semper assit, cunctatio absit, consilium uerum dare gaudemus libere.

Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium ualeat authoritas, eaq; adhibeatur ad monendum non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit, & authoritati adhibitæ pareatur.

Solẽ.n.è mũdo toller̃ uident̃, q amicitiã

de uita tollũt·q̃ nihil à Dijs ĩmortalib⁹ melius habemus, nihil iocundius.

Videas rebus iniustis, iustos maxíe dolere·imbecillib⁹, fortes·flagitiosis, modestos. Ergo hoc proprium est animi bene cõstituti, et lætari bonis rebus, et dolere contrarijs. Quãobrem si cadit in sapientem animi dolor, (qui profecto cadit, nisi ex eius animo extirpet,) humanitatem arbitremur · quæ causa est, cur amicitiam funditus tollamus è uita, ne aliquas propter eam suscipiamus molestias.

*Quamobrem angor iste, quí pro amico sæpe capiendus est, non tantum ualet, ut tollat è uita amicitiam, nõ plus· q̃ ut uirtutes, qa nonnullas curas, & molestias afferunt, repudientur.

Quid enim tam absurdũ est, q̃ delectari multis rebus inanibus · ut honore, ut gloria, ut ædificio, ut uestitu cultuq́ corporis: animo autem uirtute p̃dito, atq; eo qui uel amar̃·uel, ut ita dicam, redamare possit, non admodum delectari: nihil est enim remuneratione beneuolẽtiæ, nihil uicissitudine studiorũ officiorũq́ iocundius. Quód si etiã illud addimus, qđ recte addi põt, nihil

esse,quod ad rem se ullam tã alliciat, & tam attrahat,q̃ ad amicitiã similitu do. Concedatur profecto, uerum esse, ut bonos boni diligant,adsciscantq́ si bi,quasi propinquitate coniunctos at que natura. Nihil est enim appetentius similiũ sui, nihil rapacius, q̃ natura.

Nam quis est,proh deorum atq; hominum fidẽ,qui uelit,ut neq; diligat quẽ quam,neq; ipse diligatur ab ullo,circũ fluere omnibus copijs,atq; in omni re rum abundãtia pauperime uiuere?hęc enim est tyrannorum uita nimirũ, in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis potest beneuolentiæ esse fiducia. om nia semper suspecta atq; solici ta sunt,nullus est amicitiæ loc9. Quis enim aut eum diligat,quẽ metuat. aut eum,à quo se metui putat?coluntur ta mem simulatione amicitiæ, duntaxat ad tempus. q̃ si forte, ut fit plerunq;, ceciderint tũ intelligitur,q̃ fuerint ino pes amicor um.

Non enim solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerunq; cæcos efficit, quos cõplexa est. itaq; illi efferuntur ferè fastidio,et cõtumacia. nec quicquã

insipiente fortunato intolerabilius fieri potest.

Quid autem stultius, quam cum plurimis copijs, facultatibus, opibus possint cętera parare, quæ parantur · pecuniam, equos, famulos, uestem egregiam, uasa pretiosa · amicos uero non parare, optimam & pulcherrimam uitæ, ut ita dicam, supellectilem? Etenim cætera cum parantur, cui parentur, nesciunt · nec cuius causa laborēt. eius enim est istorum quodque, qui uincit uiribus · amicitiarum sua cuique permanet stabilis, & firma possessio · ut etiā si ita maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ · tamen uita uincula, & deserta ab amicis non possit esse iucunda.

Quàm multa enim, quę nostri causa nūquā faceremus, amicorum causa facimus? precari amicis ab indigno, supplicare · tum in aliquem acerbius inuehi, insectarique uehemētius: quæ in nostris rebus, non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime. Multæ quoque res sunt, in quibus de suis cōmodis uiri boni multa detrahunt, detrahique patiūtur · ut ijs amici potius, quam ipsi fruātur.

*Hoc quidem est nimis exigue, & exili

ter ad calculos reuocare amicitiam·ut par sit ratio acceptorum,& datorū. ditior mihi,& affluentior uidetur esse uera amicitia nec obseruare stricte, ne plus reddat, q̃ acceperit · neque enim uerendum est,ne quid excidat, aut ne quid in terrã defluat,aut ne plus ęquo quid in amicitia congeratur.

*Non est igitur amici,talem esse in eū, qualis ille in se est.

*Negabat ullam nocē inimicitiorē amicitiæ potuisse reperiri,q̃ eius qui dixisset,ita amare oportere,ut aliquando esset osurus · nec uero se adduci posse, ut hoc,quemadmodū putaretur,à Biante dictum esse crederet, qui sapiens habitus esse unus è septē· sed ipuri cuiusdam, aut ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis,esse sentētiam. Quonam enim modo quisquam amicus eius esse poterit,cuius se putabit inimicum esse posse? Quinetiam necesse erit cupere, etiam optare,ut q̃ sæpissime peccet amicus, quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehēdendum · rursum autem recte factis, cōmodisq́; amicorū necesse erit angi, dolere,inuidere·q̃re hoc qdē p̄ceptū cu

iuſcunq; eſt,ad tollēdā amicitiā ualet· Illud potius præcipiendū fuit,ut eā diligentiā adhiberemus in amicitijs comparandis· ut neqn̄ amare inciperem⁹ eū,quē aliquando odiſſe poſſemus·qn etiam,ſi minus felices in diligēdo fuiſſemus, ferendum id Scipio potius,q̄ inimicitiarum tempus cogitandū putabat. His igitur finibus utendum arbitror,ut cum emendati mores amicorum ſint·tum ſit inter eos omnium rerum,conſiliorum,& uoluntatum ſine ulla exceptione cōmunitas. Et ſiqua fortuna acciderit, ut minus iuſte amicorum uoluntates ſint adiuuandæ·in quibus eorum aut de capite agat̄, aut fama,declinādū eſt de uia,mō ne ſumma turpitudo ſequat̄·Eſt.n.q̄ten⁹ amicitię dari uenia poſſit·Nec ůo neglienda eſt fama·nec mediocre telum ad res gerendas exiſtimare oportet, beneuolentiam ciuiū·quā blandicijs, & aſſentando colligere, turpe eſt·uirtus, quā ſequit̄ charitas,minime repudiāda eſt.
*Sed ſæpe redeo ad Scipionē, cuius omnis ſermo erat de amicitia. Quærebatur, Quod in omnibus rebus homines d ligētiores eſſent·capras,et oues,

quot quisq; haberet, dicere posset· amicos quot haberet, non posset dicere· & in illis quidem parandis, adhibere curam· in amicis eligendis, negligentes esse. nec habere quasi signa quędam, et notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent.

Sunt igitur firmi, et stabiles, & constantes eligendi quos ad amicitiā idoneos iudicamus· cuius generis est magna penuria, & iudicare difficile est sanè, nisi prius expertum. Experiēdum est autem ī ipsa amicitia, ita pręcurrit amicitia iudicium, tollitq́; experiendi potestatem.

*Est igitur prudentis, sustinere, ut cursum· sic imperium beneuolentiæ, quo utamur· quasi equis temperatis, sic amicitijs, aliqua parte periclitatis moribus amicorum· Quidam sæpe in parua pecunia perspiciūtur, q̃ sint leues· Quidā autē, quos parua pecunia mouere non potuerunt, cognoscuntur in magna. Si uero erant aliqui reperti, q pecuniam præferre amicitiæ sordidū existiment· ubi eos inueniemus, qui honores, magistratꝰ, imperia, potestates, opes, amicitiæ non anteponant? ut cū

ex altera parte proposita hæc sint·ex altera,uis amicitiæ,non multo illa malint.Imbecilla est enim natura, ad contemnendã potentiam·quã etiam si neglecta amicitia,consecuti sunt, excusari se arbitrantur,quia non sine magna causa sit neglecta amicitia.*Itaq; ueræ amicitiæ difficillime reperiuntur·ubi enim istum inuenias,qui honorẽ amici anteponat suo?

*Amicus certus,in re incerta cernitur· tamen hæc duo,leuitatis,& infirmitatis plerosq; conuincunt,aut si ĩ bonis rebus contẽnunt, aut si in malis deserunt. qui igitur utraq; in re grauem,cõstantem,stabilem se in amicitia præstiterit·hunc ex maxime raro hominum genere debemus iudicare, & penè diuino.Firmamentũ autẽ stabilitatis, cõstantiæq; eius,quã in amicitia quærimus,fides est·nihil enim stabile, quod infidum est.Simplicem præterea,& cõmunem,& consentientẽ, & qui rebus eisdem moueatur,eligi par est.quæ oĩa pertinent ad fidelitatem. Neq;.n.fidũ potest esse,multiplex ingenium,& tortuosum.

Neq; uero,qui non eisdem rebus moue

tur,& natura cōsentit,aut stabilis,aut fidus esse potest. Addendum in eodem est,ut ne criminibus aut inferendis delectetur amic9,aut credat oblatis·quæ omnia pertinent ad eā, quā dudū tracto,constātiam. Ita fit uerum illud,qđ initio dixi, amicitiam, nisi inter bonos,esse nō posse·est eni boni uiri,quē eundem sapiētem licet dicere, hęc duo tenere in amicitia. primū, nequid fictū sit,ne'ue simulatum·aperte enim amare,uel odisse,magis ingenuū est,q̄ frōte occultare sententiam·deinde non solum illatas ab aliquo criminatiōes repellere,sed ne ipsum quidem esse suspiciosum,semper aliquid existimantem ab amico fuisse uiolatū. Accedat huc suauitas quędam sermonum oportet, atq; morꝝ,haud quaquā mediocre cōdimentū amicitiæ. Tristitia quidē,& ī omni re seueritas absit. habent illa quidem grauitatē·sed amicitia, remissior esse debet,& liberior,& dulcior,& ad omnē comitatē facilitatēq; ꝓcliuior.
*Existit autē hoc loco quædā quæstio subdifficilis·num quando amici noui, digni amicitia,ueterib9 sint anteponendi,ut eqs uetulis,teneros anteponerē so

lemus.indigna homine dubitatio.
Non.n.debent esse amicitiarũ,sicut alia rũ rerũ satietates. Veterrima q̄q;, ut ea uina, quæ uetustatē ferunt, esse debēt suauissima·uerumq; illud est,quod di citur,multos modios salis simul eden dos esse,ut amicitiæ munus expletũ sit.Nouitates autem, si spē afferũt, ut tanquam in herbis non fallacibus fru ctus appareat.non sunt illę quidem re pudiandæ,uetustas tamen suo loco cō seruanda est.
Maxima enim uis est uetustatis,& con suetudinis· atqui in ipso equo, cuius modo mentionem feci,si nulla res impediat,nemo est,qui non eo, quo consueuit,libētius utatur·q̄ intacto,et no uo.Nec uero in hoc, quod est animal· sed in ijs etiam, quæ sunt inanimata, consuetudo ualet·cum locis ipsis dele ctemur mōtuosis, et syluestrib9,ĩ qb9 diutius cōmorati sum9 .Sed maximũ est ĩ amicitia,supiorē parē esse ĩferiori.
*Quod faciendũ, imitandumq; est om nibus, ut siquam præstantiam uirtutis,ingenij,fortunæ consecuti sunt·impartiant cum suis, * communicentq; cum proximis · Vt si parentibus nati

sunt humilibus, si propinquos habeāt imbecilliores uel animo uel fortuna, eorum augeant opes, eisq; honori sint & dignitati. Vt in fabulis qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint · cum cogniti sunt, & aut deorum, aut regum filij inuenti, retinent tamen charitatem ī pastores, quos patres suos mltos anons esse duxerūt, qđ qdē est multo ꝑfecto magis in ueris patrib9, certisq; faciēdū, Fructus enim ingenij, & uirtutis, oīsq; præstantiæ tum maximus capitur, tū in proximū quenq; confertur. Vt igit̄ qui sunt in amicitiæ coniunctionisq; necessitudine superiores, exæquare se cum inferioribus debent · sic īferiores, nō doler̄ se à suis amicis, aut īgenio, aut fortuna, aut dignitate supari. * q̄ꝝ pleriq; aut q̄runt̄ semper aliquid, aut etiā exprobrant · eoq; magis si aliquid habere se putant, quod officiose, aut amice, et cum labore aliquo suo factum dicere queant.

Odiosum sanè genus hominum, officia exprobrantium · quæ meminisse debet is potius, in quem collata sunt · non cōmemorare, qui contulit.

*Quamobrē ut hi, qui superiores sunt, submittere se debēt in amicitia· sic quodā modo inferiores, extollere. Sunt. n. quidā, qui molestas amicitias faciunt, cum ipsi se contēni putant· quod nō se rè contingit nisi his, qui etiam contēnendos se arbitrantur· qui hac opinione non modo uerbis, sed etiam opere leuandi sunt. Tantum autem cuiq; tribuendum est primum, quantum ipse efficere possis· deinde etiam quantum ille. quē diligas, atq; adiuues, possit sustinere. Non enim tu possis, quantum uis, licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere.
*Quód si etiam possis quiduis deferre ad alterum· uidendum est tamen, quid ille possit sustinere. Omnino amicitiæ, corroboratis etiam, confirmatisq; & ingenijs, & ætatib9, iudicādæ sunt· nec siqui in eunte ætate, uenandi, aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eorum studio præditos dilexerunt· Isto enim modo nutrices, & pædagogi iure uetustatis plurimū beneuolentiæ postulabunt. q neglinendi quidem nō sunt, sed alio quodam modo colendi,

Diſpares enim mores, diſparia ſtudia ſequũt: quorũ diſſimilitudo ſeparat amicitias. Nec ob aliã cãm ullã boni ĩprobis, ĩprobi bonis amici eſſe nõ põt: niſi qđ tanta eſt ĩter eos quanta maxime põt eſſe morũ, ſtudiorũq; diſtantia.
*Recte enim pręcipi poteſt in amicitijs, ne quis in temperata quadã beneuolẽtia, quod perſępe fit impediat magnas utilitates amicorum.
*Et ſæpe incidunt magnæ res, ut diſcedendum ſit ab amicis, quas qui impedire uult, q desideriũ non facile ferat, is & infirmus eſt, mollisq́ natura, & ob eam ipſam cauſam in amicitia parum iuſtus.
In omni re conſiderandum eſt, & quod poſtules ab amico, & quod patiare a te impetrari.
*Eſt etiam quaſi quędã calamitas ĩ amicitijs dimittẽdis, nõnũquã neceſſaria.
*Erumpunt ſæpe uitia amicorum, tum in ipſos amicos, tum in alienos: quorũ tamen, ad amicos ſæpe redundet infamia: tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione uſus leuãdę: et ut Catonẽ dicerẽ au diui, diſſuẽdę magis, q̃ diſcindẽdę ſũt. niſi q̃dã admodũ intolerabilis iniuria

exarserit,ut neq; rectũ,neq; honestum sit,neq; fieri possit·ut nõ statim alienatio,disiunctioq; facienda sit· si autem mo℞,aut studio℞ cõmutatio q̃dã,ut fieri solet,facta erit· aut in reipublicæ partibus dissensio intercesserit·loquor enim,ut pauloante dixi,non de sapientum,sed de cõmunibus amicitijs·cauẽdum erit, ne solũ amicitiæ depositæ, sed inimicitiæ etiã susceptę uideantur. Nihil est enim turpius, q̃ cum eo bellũ gerere, quo cum familiariter uixeris· Quamobrem primum danda est opera,nequa amicorũ dissidia fiant.Tũq; etiam cauendum est, ne in graues inimicitias amicitiæ se cõuertant· ex quibus iurgia,maledicta,cõtumeliæq; gignuntur.quę tamen si tolerabiles fuerint,ferendæ erunt·& hic honos ueteri amicitiæ tribuendus est,ut is in culpa sit, qui faciat·non is, qui patiatᷣ iniuriã.Oĩno omniũ uitiorũ horum atq; incõmodorum una cautio est,atq; una prouisio·ut ne nimis cito diligere incipiant,ne ue non dignos.Digni autem amicitia sunt,quibus in ipsis inest causa,cur diligantur.ra℞ istud genus,et equidem oĩa præclara rara · Nec q̃cquã

difficilius, quàm reperire, quod sit ex omni parte in suo genere perfectum. Sed pleriq; neq; in rebus humanis quicquã bonũ norũt, nisi quod fructuosũ sit. Et amicos, tanquã pecudes eos potissimum diligunt, à quibus sperant se maximos fructus esse capturos. Itaq; pulcherrima illa, & naturali maxime carent amicitia, per se, & propter se expetenda. nec ipsi sibi exemplo sunt, hæc uis amicitiæ q̃lis, & quanta sit. * Ipse. n. se quisq; diligit, non ut aliquam a se ipso mercedem exigat charitatis suę, sed quod p se sibi charus est. quod nisi idẽ in amicitiam transferatur, uerus amicus nunquã reperietur. est enim is amicus quidem, qui est tanquã alter idẽ. *Quod si hoc apparet in bestijs, uolucribus, agrestibus, natantibus, suibus, cicuribus, feris, primum ut se ipsi diligant. id enim pariter cum omni animante nascitur. deinde ut requirant, atque appetant, ad quas se applicent eiusdem generis animantes. Idq; faciũt cum desiderio, & cum quadam similitudine amoris humani. quanto id magis in homine fit natura, qui & se ipse diligit, & alterum acquirit, cuius ani-

mum ita cũ ſuo miſceat, ut efficiat penè unum ex duobus. Sed pleriq; puerſe, ne dicam imprudenter, talem amicũ uolunt, quales ipſi eſſe non poſſunt: quæq; ipſi nõ tribuunt amicis, hæc ab ipſis deſiderant. par eſt autem primũ, ipſum eſſe uirum bonum, tũ alterũ ſimilē ſui quęrere. In talibus ea, quã iãdudũ tractabã, ſtabilitas amicitię cõfirmari poteſt. cũ hoĩes beneuolẽtia cõiuncti, primũ cupiditatibus ĳs quib9 cæteri ſeruiunt, imperabunt. deinde æquitate, iuſtitiaq; gaudebũt, oĩaq; alter ꝓ altero ſuſcipiet. Nec quicquã unquã niſi honeſtum, & rectũ alter ab altero poſtulabit. neq; ſolum colent inter ſe ac diligent, ſed etiam uerebuntur.

Nam maximũ ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit uerecundiã. Itaq; pernicioſus error eſt in ĳs, qui exiſtimant libidinũ, peccatorumq; omniũ patere in amicitia licentiam. Virtutum enim amicitia adiutrix à natura data eſt non uitiorũ comes. ut quoniam ſolitaria non poſſit uirtus, ad ea, quæ ſumma ſunt, peruenire. coniuncta, & conſociata cũ altero pueniret, *quæ ſi quos inter ſocietas aut eſt, aut fuit, aut

futura est·eorum est habendus ad summũ naturę bonum optimus, beatissimusq́ comitatus·Hæc est in quã, societas, in qua omnia insunt, quæ putant hoĩes expetenda·honestas, gloria, tranquillitas animi atq; iocunditas · ut cũ hæc adsint, uita beata sit·& sine his, esse non possit· Quod cum optimũ, maximumq́ sit, si id uolumus adipisci, uirtuti opera danda est · sine qua neq; amicitiam, neq; ullam rem expetendã consequi possumus. ea uero neglecta, qui se amicos habere arbitrantur, tum se deniq; errasse sentiant, cum eos grauis aliquis casus experiri cogit. Quocirca dicendum est etiam sæpius cũ iudicaueris, diligere oportet, non cum dilexeris, iudicare.

*Sed cum multis in rebus negligentia plectimur, tũ maxime in amicis et diligendis, & colendis.

*Nã implicati ultro & citro, et usu diuturno, uel etiã officijs, repente in medio cursu, amicitias, exorta aliqua offensione, dirũpimus. quo etiã magis uituperanda est rei tam maxime necessariæ tanta incuria. Vna est enim amicitia in rebus humanis, de cuius utili-

tate oẽs uno ore cõsentiũt. Quanquã à multis ipsa uirtus cõtẽnit, & uẽditatio quædam, atq; ostentatio esse dicitur.

Multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos tenuis uictus cultusq; delectat. Honores uero, quorũ cupiditate quidã inflãmantur, quammulti ita cõtemnunt, ut nihil inanius, nihil esse leuius existiment. Itemq; cætera, quę quibusdam admirabilia uidẽtur, permulti sunt, qui pro nihilo putent. De amicitia omnes ad unũ idem sentiunt, & ij, qui ad rempublicam se contulerunt & ij, qui suũ negociũ gerunt ocio si. Postremo ij, qui se totos uoluptatibus tradiderunt, sine amicitia uitã esse nullã sentiũt, si modo aliqua uelint ex parte liberaliter uiuere. Serpit enĩ, nescio quomodo, per omniũ uitas amicitia. nec ullam ætatis degendæ rationẽ patitur esse expertẽ sui. Quinetiam si asperitate ea est aliquis, & immanitate Naturæ, ut congressus, societatemq; hominũ fugiat atque oderit qualẽ fuisse Athenis Timonem, nescio quem, accepimus tamen is pati non possit, ut non acquirat aliquẽ, apud quem suæ uirus acerbitatis euomat.

*Atq; hoc maxime iudicaretur, siquid tale posset contingere, aut aliquis nos Deus ex hac hominũ frequentia tolleret, & in solitudine uspiam collocaret. atq; ibi suppeditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam, & copiam hominis omnino aspiciẽdi potestatem eriperet. qs tam esset ferreus, q eam uitam ferre posset? cuiq́; non auferret fructum uoluptatum omnino solitudo? uerum igitur illud est, quod à Tarentino Archita, ut opinor, dici solitum, nostros senes commemorare audiui ab aliis senibus auditum. Siqs cœlum ascendisset, naturam´que mundi, & pulchritudinem syderum perspexisset, insuauem illam admirationem ei fore. quæ iucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret, habuisset. Sic natura, nihil solitarium amat. * semperq́; ad aliquid tanquam adminiculum annititᷓ, quod in amicissimo quoq; dulcissimum est. Sed cum tot signis eadẽ natura declaret, quid uelit, ac quærat, quid desideret. absurdissime tamen, nescio quomodo, nec ea, quę ab ea monemur, audimus.

Est enim uarius, & multiplex usus amicitiæ.

citiæ·multæq́; causæ suspicionũ, offen sionũq́; dantur, quas tum euitare, tum eleuare, tũ uelle ferre, sapiẽtis est. Vna illa subleuanda est offensio, ut & utilitas in amicitia, & fides retineatur.

Nam & monẽdi Amici sæpe sunt, & obiurgandi. & hæc accipienda sunt amice, cum beneuole fiunt.

Sed nescio, quomodo uerũ est, quod in Andria meus familiaris Terentius dixit. Obsequiũ, amicos·ueritas, odium parit. Molesta est enim ueritas, siquidẽ ex ea nascatur odiũ, quod est uenenũ amicitiæ. Sed obsequiũ multo molestius, quod peccatis indulgens præcipitẽ animũ ferri sinit. Maxima autẽ culpa in eo, qui & ueritatem aspernatur, & in fraudẽ obsequio impellitur. Omni igitur hac in re habenda est ratio, & diligentia· primũ, ut monitio, acerbitate· deinde obiurgatio, contumelia careat.

In obsequio autẽ, comitas assit· assentatio, uitiorũ adiutrix procul amoueatur· quæ non modo Amico, sed ne libero quidẽ digna est. Aliter enim cum tyranno, aliter cum Amico uiuitur. Cuius autẽ aures ueritati clausæ sunt

ut ab Amico uerũ audire nequeat, huius salus desperanda est. Scitum enim est illud Prouerbium Catonis, Multo melius acerbos inimicos, de quibusdam mereri. quàm eos Amicos, qui dulces uideantur. illos, uerũ sæpe dicere. nos, nunquã Atq; illud adsurdũ est, quòd ij, qui monentur, eam molestiã quam debent capere, non capiunt. eam capiunt, qua debent carere. Peccasse enim se, non anguntur. obiurgari, moleste ferunt, quod cõtra oporteret. Vt igitur et monere, & moneri, propriũ est ueræ amicitiæ. & quidẽ alterũ, libere facere, non aspere. alterũ, patienter accipere, non repugnãter. sic habendũ est, nullã in amicitijs pestem esse maiorẽ, quàm adulationem, blanditiam, & assentationem.

Cum autem omnium rerum simulatio uitiosa est, tollit enim iudicium ueri, idq; adulterat. tum amicitiæ repugnat maxime, delet enim ueritatẽ, sine qua nomen amicitiæ manere nõ potest. Nã cum amicitię uis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus. quî fieri potest, si ne in uno quidẽ quoq; unus animus erit, idẽq; semper. sed uarius, com

mutabilis,& multiplex? Quid enĩ potest esse tam flexibile, tamq́ deuiũ, q̃ animus ei⁹, q ad alterius nõ mõ sensũ, atq́ uolũtatẽ, sed etiã uultũ, atq́ nutũ conuertitur? ut ait idem Terentius,

Negat quis, nego, ait, aio. Postremo imperaui egomet mihi,

Omnia assentiri:

*Multi autẽ Gnathonũ similes cũ sint, loco, fortuna, fama superiores, horum est assentatio molesta, cum ad uanitatẽ accessit authoritas.

Secerni autem blandus amicus, á uero, & internoscit tam potest, adhibita diligentia, q̃ omnia fucata, & simulata, à synceris atq́ ueris.

*Concio, quæ ex imperitissimis cõstat, tamen iudicare solet, qd intersit inter popularem, id est assẽtatorem, & leuẽ, & ciuem, & inter constantem, seuerũ, & grauem.

*Quod si in scena, id est in concione, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum est, tamen uerũ ualet, si modo id patefactum, & illustratũ est, qd ĩ amicitia fieri oportet, quæ tota, ueritate perpenditur?

Quanquam assentatio perniciosa sit, no

cere tamen nemini poteſt,niſi ei, qui eã recipit,atq; in illa delectatur.

Virtute enim ipſa non tam multi præditi eſſe,q̃ uideri uolunt·hos, delectat aſſentatio·his fictus ad eorum uoluntatem ſermo cum adhibetur, orationẽ illam uanã, teſtimonium eſſe laudum ſuarum putant.Nulla eſt igitur hæc amicitia, cum alter uerum audire non uult, alter ad mentiẽdum paratus eſt. Nec paraſitorum nobis aſſentatio in comœdijs faceta cõmendaretur, niſi eſſent milites glorioſi.

Semper enim auget aſſentator id ,quod is,ad cuius uoluntatem dicitur,uult eſſe magnũ.Quamobrẽ quanq; iſta blãda uanitas apud eos ualeat,qui ipſi illam allectant,& inuitant·tamen etiam grauiores, conſtantioresq; admonendi ſunt,ut animaduertant,ne callida aſſentatione capiantur.Aperte enim adulantem nemo nõ uidet,niſi qui admodum eſt excors.Callidus ille,& occultus adulator,ne ſe inſinuet,ſtudioſe cauendum eſt·nec enim faciliter agnoſcitur,quippe qui etiam aſſentando ſæpe aduerſetur,& litigare ſe ſimulans blãdiatur .atq; ad extremum det manus,

uinciq́ſe patiatur·ut is qui illuſus ſit, plus uiciſſe uideatur. Quid autem turpius, q̃ illudi: quod ne accidat, magis cauendum eſt.

Virtus & conciliat amicitias, & conſeruat. in ea eſt enim rerum & morum conuenientia, in ea eſt ſtabilitas, in ea conſtantia·quæ cum ſe extulit, & oſtẽdit ſuum lumen, & idem aſpexit, & agnouit in alio·ad id ſe admouet, uiciſſimq́ accipit illud, quod in altero eſt. ex quo eorum exardeſcit ſiue amor, ſiue amicitia·utrunq; enim, ab amando dictum eſt.

Amare enim, nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem amas, nulla utilitate quæſita·quæ tamen ipſa efflореſcit ex amicitia, etiam ſi tu eam minus ſecutus ſis·Hac nos adoleſcentes beneuolentia Senes dileximus, hæc etiã magis elucet inter æquales. Sed quoniam res humanæ, fragiles, caducæq́ ſunt, ſemꝑ aliqui acquirẽdi ſunt, uere quos diligamus, & à quibus diligamur·charitate, enĩ, beneuolentiaq́ ſublata, omnis eſt è uita ſublata iocunditas.

Omnia autẽ breuia, tolerabilia eſſe debent, etiam ſi magna ſint.

Vos autem hortor,ut ita uirtutem locetis,ſine qua amicitia eſſe non poteſt,ut ea excepta, nihil amicitia præſtabilius putetis. Et hæc ſufficiant de amicitia.

Marci Tullii Ciceronis Sententiæ,ex libro de Senectute.

Nunquã igitur ſatis digne laudari philoſophia poterit,cui qui pareat,omne tempus ætatis ſuę ſine moleſtia poſſit degere.

Quib⁹.n.nihil eſt in ipſis opis ad bene beateq́; uiuẽdũ,ijs oĩs ętas grauior eſt. Qui autem omnia bona à ſeipſis petũt, ijs nihil poteſt malum uideri,quod naturę neceſſitas afferat·quo in genere in primis eſt ſenectus,quã ut adipiſcanẽ, omnes optant, eam accuſant adeptã· tanta eſt inconſtantia,ſtultitia,atq; peruerſitas.Obrepere quidem eam aiunt, & citius q̃ putauiſſent.* primũ quis coegit eos falſum putare?quî.n.citius adoleſcentię ſenectus,q̃ pueritię adoleſcẽtia obrepit?deinde quî minus grauis eſſet ijs ſenectus,ſi octingenteſimũ annum agerent,q̃ octogeſimum?

*Quocirca ſi ſapientiam meam admirari ſoletis,quæ utinam digna eſſet o-

pinione uestra, nostroq́ cognomine, i hoc sumus sapientes quòd, naturam optimam, ducem, tanquam Deum sequimur, eiq́ paremus à qua non ueri simile est, cum cæterę partes ætatis bene descriptæ sint extremum actum, tã quam ab inerti Poeta, esse neglectum.

* Quid enim est aliud Gigantum more bellare cum Dijs, nisi Naturę repugnare?

Pares cum paribus, ueteri prouerbio, facillime congregantur.

Moderati enim, & non difficiles nec inhumani senes, tolerabilem agunt senectutem. Importunitas autem, & inhumanitas, omni ætati molesta est.

* Sed fortasse dixerit quispiam, tibi propter opes, & copiam, & dignitatẽ tolerabiliorem senectutem uideri.

Neq; enim in summa inopia leuis esse senectus potest, ne sapienti quidẽ: nec insipiẽti senectus, in summa quoq; copia nõ grauis. Aptissima omnino sunt arma senectutis, artes, exercitatiõesq́ uirtutũ: quæ in omni ætate cultæ, cum diu multumq́ uixeris, mirificos afferunt fructus: non solum, quia nunquã deserunt, ne in extremo quidẽ ætatis

tempore, quanquã id quidem maximum eſt·uerum etiam quia conſcientia bene actæ uitæ,multorumq́ beneficiorum recordatio, iocundiſſima eſt.

Nec tamen omnes poſſunt eſſe Scipiones,aut maximi·ut urbium expugnatiões,ut pedeſtres,nauales'ue pugnas·ut bella à ſe geſta,ut triumphos recordentur.Eſt etiam quiete,& pure atq; eleganter actę ætatis placida ac leuis ſenectus· qualem accepimus Platonis, qui uno & octuageſimo anno ſcribẽs, mortuus eſt·qualem Iſocratis, qui eũ librum, qui Panathenaicus inſcribit, quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur,uixitq́ quinquennium poſtea· cuius magiſter Leontinus Gorgias,cẽtũ & ſeptẽ cõpleuit annos·neq; unq̃ ĩ ſtudio ſuo,atq; ope ceſſauit·Qui cũ ex eo q̃reret,cur tã diu uellet eſſe in uita? Nihil habeo,inqt,qđ accuſẽ ſenectutẽ. præclarum reſponſum,& docto homine dignum,Sua enim uitia inſipientes, & culpam,in ſenectutẽ conferunt · qđ non faciebat is,cuius modo mentionẽ feci,Ennius

Enni⁹ iã annos ſuptuaginta natus, tot enim uixit· ita ferebat duo,quæ putan

tur maxima onera·paupertatem, & senectutem, ut eis pene delectari uideretur

Etenim cum cōplector animo, quatuor causas reperio, cur senectus misera uideatur·unam, q̄ auocet à rebus gerendis·alteram, q̄ corpus faciat infirmū· Tertiam, q̄ priuet ferè omnibus uoluptatibus·quartam, quòd haud procul absit à morte.

A rebus gerēdis senectꝰ abstrahit, à quibus? an ijs, quæ geruntur iuuentute, et uiribus? nullæ'ne igitur res sunt seniles, q̄ uel infirmis corporibus, animo tamen administrarentur?

Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda uersari senectutem negant·similes'que sunt, ut si qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, cum alij malos scandunt, alij per foros cursitent, alij sentinam exhauriant·ille autem manu clauū tenens sedeat quietus in puppi, non faciat ea, quæ Iuuenes. at uero multo maiora, & meliora facit· Nō.n. uiribus, aut uelocitate, aut celeritate corporum res magnæ geruntur·sed cōsilio, authoritate, sententia· quibus nō modo orbari, sed etiam augeri senectꝰ

solet.
*Nec uero quēquam senum audiui oblitū, quo loco thesaurū obruisset: omnia, quæ curant, meminerunt: uadimonia constituta, qui sibi, quibus ipsi debeant. Quid iurisconsulti, quid Pontifices, quid Augures, quid philosophi senes, q̄ multa meminerunt?
Manent ingenia, & memoria, senibus: modo permaneat studiū, & industria. *nec ea solū in claris, & honoratis uiris, sed in uita etiam priuata, & quieta. Sophocles ad summā senectutem, tragœdias fecit: qui propter studium cū rem familiarem negligere uideretur, à filijs in iudiciū uocatus est. ut quēadmodum nostro more male rē gerentibus, patribus bonis interdici solet: sic illum, quasi desipientem à re familiari remouerent Iudices. Tum Senex dicit eam fabulam, quam in manibus habebat, & proxime scripserat, Oedipū Coloneum recitasse iudicibus: quęsisseq;, num illud carmen desipientis uideretur? quo recitato, sententijs iudicū est liberatus. Num igitur hunc, num Hesiodum, num Simonidem, nū Stesichorum: nū quos ante dixi, Isocratē Gor-

giam·num Homerum, num philoſophorū Principes, Pythagoram, Democritum·num Platonem·num Socratē·num poſtea Zenonem, Cleantem·aut eum quem uos etiam Romæ uidiſtis, Diogenem Stoicum coegit in ſuis ſtudijs obmuteſcere ſenectus? an non in omnibus his, ſtudiorum agitatio uitę æqualis fuit? Age ut iſta diuina ſtudia omittamus, poſſum nominarē ex agro Sabino Ruſticos uicinos, et familiares meos, quibus abſentibus, nunquam fere ulla in agro maiora opa fiunt·non ſerendis, non percipiēdis fructibus, nō cōdēdis·q̄q̄ i illis hoc min⁹ mirꝝ.

Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet uiuere poſſe·Sed ijdem in ijs elaborant, quæ ſciunt omnino nihil ad ſe pertinere. Serunt arbores, quæ alteri ſeculo proſunt· ut ait Statius noſter, in Synephebis:

*Nec uero dubitat Agricola quamuis ſenex, q̄renti, cui ſerat? reſpondere, Dijs immortalibus, qui me non accipere tā tum modo hęc à maioribus uoluerūt, ſed etiam poſteris tradere· Melius Cæcilius de ſene alteri ſeculo proſpiciente, q̄ illud idem.

Aedepol senectus, si nihil quicquam aliud uitij.
Apportet secum, cum aduenerit, unum id satis est.
Qđ diu uiuēdo, multa, q̄ nō uult, uidet:
*Illud uero idem Cæcilius uitiosius, tum etiā in senecta hoc reputo miserrimum, sentire, ea ætate, esse odiosum se alteri: iocundum potius, q̄ odiosum.
Vt enim adolescentibus bona indole p̄ditis, sapiētes senes delectant: leuiorq́ fit senectus eorum, qui à iuuentute coluntur, & diliguntur: sic adolescentes, senum pręceptis gaudent, quibus Iuuenes ad uirtutum studia ducuntur.
*Sed uidetis, ut senectus non modo languida, atq; iners non sit: uerum etiam sit operosa, & semper agens aliquid, et moliens, tale scilicet, quale cuiusq; studium in superiore uita fuit. Quid, qđ etiam addiscunt aliquid? ut Solonem uersibus gloriantem uidimus, qui se quotidie aliquid addiscentem dicit, senem fieri: *ut ego feci, qui Gręcas literas senex didici: Ne nunc quidem uires desidero adolescentis, is enim erat locus alter de uitijs senectutis: plusq̄ adolescens, uires tauri, aut elephantis

desiderabam.

Quod enim homini naturaliter insitū est,eo uti decet·& quicquid agas,agere pro uiribus · Quæ enim uox potest esse contēptior ,q̃ Milonis Crotoniatæ?qui cum iam senex esset, athletasq́ se in curriculo exercentes uideret,aspexisse lacertos suos dr̄, illachrymāsq́ dixisse,at hi quidē iā mortui sunt.non uero tam isti,q̃ tu ipse nugator·neque enim ex te unquam es nobilitatus,sed ex lateribꝰ & lacertis tuis ·Nihil Sextꝰ Aemilius tale,nihil multis annis ante T.Coruncanus , nihil mō P.Crassus· à quibus iura ciuibus præscribebantur , quorū usq; ad extremum spiritū prouecta est prudētia·Orator, metuo, ne languescat senectute·est enim munꝰ eius non ingenij solum,sed laterum etiam & uirium· Omnino canorum illud ī uoce splendescit,etiā , nescio quo pacto,in senectute· quod equidem nō amisi adhuc,& tn̄ uidetis ānos meos· Sed tamen decorus est sermo senis,quetus & remissus·facitq́ persæpe ipsa sibiaudientiam diserti senis compta oratio & mitis.

*Quid enim est iocundius,senectute sti

pata ſtudijs iuuentutis? an'ne eas quidem res ſenectuti relinquemus, ut adoleſcentulos doceat, inſtituat, ad omne officij munus inſtruat? quo quidē opere quid poteſt eſſe præclarius?

Nec ulli bonarum artium magiſtri, nō beati putandi, quamuis conſenuerunt uires, atq; defecerunt. & ſi ipſa iſta defectio uirium adoleſcentię uitijs ſępius efficitur, q̄ ſenectutis. Libidinoſe etenim & intemperans adoleſcentia, effœtū corpus tradit ſenectuti.

*Cyrus quidem apud Xenophontē eo ſermone, quem moriens habuit, cū ad modum ſenex eſſet, negat ſe unquam ſenſiſſe ſenectutem ſuam imbecilliorē factam, q̄ adoleſcentia fuiſſet.

*Videtis'ne, ut apud Homerum ſæpiſſime Neſtor de uirtutibus ſuis p̄dicet? tertiam enim iam ætatem hominū uixerat, nec erat ei uerendum, ne uera de ſe prædicans, nimis uideretur aut inſolens, aut loquax. etenim, ut ait Homerus, ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio. quam ad ſuauitatem nullis egebat corporis uiribus, & tamen ille dux Græciæ nunquam optat, ut Aiacis ſimiles decem habeat, at ut Neſto-

ris·quod si acciderit,nō dubitat, quin berui Troia sit peritura.

Cursus est certus ætatis,& una uia naturę,eaq; simplex,suaq; cuiq; parti ętatis ꝓpria tēpestiuitas est data· est infirmitas puerorum & ferocitas iuuenū, & grauitas iā constantis ætatis · sic & senectutis maturitas,naturale sibi habet,quod suo tempore ꝑcipi debeat.

Potest exercitatio,& tēperātia, etiam in senectute cōseruarī aliqd pristini roboris. Nō sunt in senectute uires, nec postulanē quidē uires à senectute·Ergo et legib⁹ scriptis,et institutis, uacat ætas Senū munerib⁹ ĳs,q̄ pn̄t sine uirib⁹ sustineri. Itaq; nō mō quod nō possum⁹, sed ne quantū possum⁹ qdē, cogimur. Atq; ita multi sunt ībecilles senes, ut nullū officium omnino,aut mun⁹ exequi possint·at id quidem non propriū est uitium senectutis,sed cōmune ualetudinis. Quid mirum igitur in senibus,si infirmi sunt aliquādo, cū id nec adolescētes qdē effugere possint· Resistendum senectuti est,eiusq; uitia diligentia compensanda. Pugnandū nāq; sicut contra morbum, sic contra senectutē habēda est ratio ualetudinis,ex-

ercitationibus utendum modicis·tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur uires, nõ opprimantur·nec uero corpori solum subueniẽdum est, sed etiam menti atq; animo multo magis·nam hæc quoq; nisi tanquã lumini oleum instillaris, extinguuntur senectute. Et corpora quidem, defatigatione exercitationum ingrauescunt· animi autem, se exercendo leuantur.

*Nã quos ait Cæcilius comicus, stultos senes, hos significat credulos, obliuiosos, dissolutos · quæ uitia sunt non senectutis, sed inertis ignauiæ, somniculosæ senectutis·Vt petulantia, ut libido magis est adolescentum, q̃ senũ· nec tamen omnium adolescentum, sed nõ proborum·Sic ista senilis stultitia, quæ deliratio appellari solet, senum est non omnium.

Nam quatuor filios robustos, & quinque filias, tantam domum, & tantas clientelas Appius regebat & senex, & cæcus. intentum enim animum, tanq̃ arcum habebat· nec languescens succumbebat senectuti· tenebat non solũ authoritatem, sed & imperium ĩ suos· metuebant serui, reuerebantur liberi,

charum omnes habebant· uigebat i ea domo mos patrius,& disciplina. Itaq; senectus honesta est, si se ipsam defendit, si ius suũ retinet, si sine uitio, si nulli mancipata est, si usq; ad extremum spiritum dominatur in suos. Vt enim adolescentẽ, in quo senile aliquid· sic senem, in quo aliquid adolescentiæ sit, ꝓbo. quod qui sequitur, senex esse corpore poterit· animo, nunquam erit.

Senectutem uituperant quidam, & hæc quidẽ tertia obiurgatio senectutis · ꝙ eam carere dicũt uoluptatib9. sed ô ꝓclarum munus ætatis, siquidem id aufert nobis, quod est i adolescẽtia uitiosissimum.

*Accipite enim optimi adolescentes ueterem orationem Architæ Tarentini magni in primis & præclari uiri· quæ mihi tradita est, cum essem adolescens Tarenti, cum Q. Maximo, nullã capitaliorem pestem, ꝗ̃ uoluptatem corporis hominibus dicebat à natura datam· cuius uoluptatis auidæ libidines temere & effrenate ad potiendum incitarent. hinc patriæ proditiones, hinc rerum publicarum euersiones, hinc cũ hostibus clandestina colloquia nasci

dicebat·Nullum deniq; scelus, nullũ magnũ facinus esse. ad qđ suscipiendũ non libido uoluptatis impelleret· Stupra uero, & adulteria, & omne tale flagitiũ, nullis aliis illecebris incitari, nisi uoluptatib9. Cũq; homini siue natura, siue, quis Deus, nihil mente præstabilius dedisset, huic diuino muneri, ac dono nihil esse tã inimicum, q̃ uoluptatẽ·Neq; enim libidine dominãte, temperantiæ locum esse·neq; omnino in uoluptatis regno, uirtutem posse cõsistere. Quod quo magis intelligi posset, fingi animo iubeat tanta incitatũ aliquem uoluptate corporis, quanta percipi posset maxima · nemini censebat fore dubium · quin tandiu, dũ ita gauderet, nihil agitare mente, nihil cogitatione consequi posset. Quocirca nihil esse tam detestabile, tãq; pestiferũ, q̃ uoluptatem · siquidem ea cum maior esset, atq; lõgior, omne animi lumẽ extingueret. Impedit enim consiliũ uoluptas, rationi inimica·ac mẽtis, ut ita dicam, pręstringit oculos, nec habet ullũ cũ uirtute cõmerciũ.

Quorsum igitur hæc tam multa de uoluptate? quia non mõ uituperatio nul-

la·sed etiã summa laus senectutis est, q̄ ea uoluptates nullas magnopere desi derat·& caret epulis, extructisq́ men sis,& frequẽtibus poculis · caret ergo uinolẽta,cruditate,& insomnijs.* Sed si aliquid dandum est uoluptati, quoniam eius blanditijs non facile obsisti mus·diuinus enim Plato,escam malo rum,uoluptatem appellat·q̄ ea uideli cet homines capiãtur,ut hamo pisces· quanquã immoderatis epulis careat senectus,modicis conuiuijs tñ potest delectari·Neq; enim ipsorum cõuiuiorum delectationem corporis noluptatibus magis , q̄ cœtu amicorũ & sermonibus metiebar.

*Bene enim maiores accubationẽ epularem amicorũ,quia uitæ coniunctionẽ haberet,conuiuiũ nominarunt melius,q̄ Græci·qui hoc idẽ tum compotationem,tum concœnationẽ uocant· ut quod ĩ eo genere minimũ est,id maxime probare uideantur.

*Habeoq́ senectuti magnã gratiã,quæ mihi sermonis auiditatẽ auxit ·potionis,& cibi abstulit.

*Bene Sophocles,cũ ex eo quidã iã cõfecto ætate quęreret,uteretur'ne rebus

Venereis? Dīj meliora, inquit· libenter uero istinc tanquam a domino agresti, ac furioso profugi· cupidis enim rerum talium odiosum & molestum est fortasse, carere· satiatis uero, & expletis iocūdius est, carere, q̄ frui· Quanq̄ non caret is, qui nō desiderat· ergo hoc non desiderare, dico esse iocundius, q̄ frui· si uero habet aliquid tanquam pabulum studij atq; doctrinæ, nihil est ociosa senectute iocundius.

*Atqui eos omnes, quos cōmemoraui, his studijs flagrātes senes uidim9. M. uero Cethegum, quē recte suadem me pullā dixit Ennius, qnāto studio exerceri in dicendo uidebamus etiā senē? quæ sunt igitur epularum, aut ludorū, aut scortorū uoluptates cum ijs uoluptatibus cōparandæ? atq; hæc quidem studia sunt doctrinæ, quę quidem prudentibus, & bene institutis pariter cū ætate crescunt· *ut honestum illud Solonis est, quod ait uersiculo quodam, ut ante dixi, senescere se multa indies addiscentem· qua uoluptate animi nulla certe potest esse maior. Venio nunc ad uoluptates agricolarum, quibus ego maxime delector· nulla impediun-

tur senectute, & mihi ad sapientis uitã proxime uidentur accedere· habent.n. rationem cum terra, quę nunquã sine usura reddit, quod accepit·sed alias minore, plerunq; maiore cũ fœnore · quã quam me quidẽ nõ fructus modo, sed etiam ipsius terræ uis, ac natura delectat.

Neq; uero segetibus solũ, & pratis, et uineis, & arbustis res rusticę lętę sũt ·sed hortis etiam, & pomarijs, tũ pecudum pastu, tũ apũ examinibus, & florũ omniũ uarietate. Agro nãq; bene culto, nihil potest nec usu esse uberius, nec specie ornatius, nec natura pulchrius·ad quem fruendum non modo retardat, uerum etiam inuitat, atque oblectat senectus.

Curio ad focũ sedenti magnũ auri põd9 Samnites cũ attulissent, repudiati sũt· non enim aurum habere, pręclarũ sibi uideri dixit, sed aurũ habentibus imperare, poterat'ne tantus animus, non iocũdam efficere senectutẽ?

Mea quidẽ sententia haud scio, hac an ulla uita possit esse beatior, neq; solũ quidẽ officio hominũ, quod cultura agrorũ est salutaris generi uniuerso·

ſed delectatione, quā dixi, & ſatu ritate copiaq́ꝫ reꝝ omniū, q̄ ad uitā hominū; et cultū etiā deorum pertinent.

*Recte uero te Cyre beatū ferunt, quoniam uirtuti tuę fortuna coiuncta eſt. hac igitur fortuna ſenibꝰ frui licet, nec eos impedit, quo minus & cęterarum reꝝ ſtudia teneant uſqꝫ ad tēporis ultimum ſenectutis.

Atqꝫ extrema eius ætas hoc beatior eſt, q̄ꝫ media, qꝫ authoritatis habeat plus, laboris uero minus. Apex eſt autem ſenectutis, authoritas,

Habet ſenectus, honorata pręſertim tantam authoritatem, ut ea pluris ſit, q̄ꝫ omnes adoleſcentię uoluptates. Sed in omni oratione memētote, meā ſenectutem laudare, quæ fundamentis adoleſcētię cōſtituta ſit. Ex quo id efficitur, miſeram eſſe ſenectutem, quę ſe oratione defendit. Non cani, non rugæ, repente authoritatē afferre poſſunt. Sed honeſte acta ſuperior ætas, fructus capit authoritatis extremos. Hæc enim ipſa ſunt honorabiliora, quæ uidentur leuia, atque communia. ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli. quæ & apud nos, & in alijs ciuitatibꝰ

ut quęq; res optime morata est, ita dili gentissime obseruantur.

*Lisandrum Lacedęmoniũ, cuius modo mentionem feci, dicere aiunt solitũ, Lacedæmone esse honestissimũ domicilium senectutis·nusquam enim tantum tribuitur ætati, nusquã est senect⁹ honoratior,

*Præterea in fragili corpore, odiosa est omnis offensio.

Vt.n.non omne uinũ, sic non omnis ætas, naturæ uetustate coacescit. * Seueritatem in senectute probo, & eã sicut alia, modicã ·acerbitatẽ, nullo modo· Auaritia uero senilis qd sibi uelit, non intelligo·Potest enim quicquã esse absurdius, ꝙ quo minus uiæ restat, eo plus uiatici quærere?

Quarta restat causa, quæ maxime augere, atq; solicitã habere nostrã ætatẽ ur̃, appropinquatio mortis, q̃ certe à senectute nõ põt lõge abesse. ò miserꝝ senẽ, q mortẽ cõtẽnẽdã esse, in tã lõga ætate nõ uiderit·q̃ aut planè negligenda est, si extinguit omnino aĩum· aut ẽt optãda multo magis, si aliquò eum deducit, ubi sit futurus ęternus. atqui tertiũ certe nihil inueniri potest. Quid igitur

timeat?si aut non miser post mortem, aut beatus etiã futurus sum? Quanq̃ quis est tã stultus, tam sui fidens, quã uis adolescẽs, cui sit exploratũ, sed ad uesperũ esse uicturũ? Quin etiam ætas illa, multo plures, q̃ nostra, mortis ca sus habet. Facilius in morbos incidũt adolescentes, grauius ægrotant, tristi⁹ curantur. Itaq; perpauci ueniũt, ad senectutem·quod accideret, si meli⁹, & prudenti⁹ uiuerent·mens enim, & ratio, & consilium, in senib⁹ est.

*Sed redeo ad mortem impendentem· Quod illud est crimen senectutis, cũ illud uideatis cũ adolescẽtia, esse cõmune? Sensi ego tũ in optimo filio meo, tũ in expectatis ad amplissimam dignitate fratrib⁹ tuis, Scipio, omni ætati mortem esse cõmunẽ· at sperat adolescẽs, diu se esse uicturũ, quod sperare idem senex non potest· insipienter sperat. Quid enim stulti⁹, q̃ incerta, pro certis habere·falsa, pro ueris? at senex ne quidẽ habet, q̃ speret·at est eo meliore conditione, q̃ adolescens· cũ id quod ille sperat, sit consecutus·Ille, uult diu uiuere·hic, diu uixit·Quanquã Dÿ boni, quid est in uita hominis diu?

Sed

Sed mihi quidē nec diuturnum quicꝗ̃ uidetur, in quo est aliquid extremum. cū enim id aduenit, tunc illud, quod p̄terit, effluxit. Tantū remanet, quantū uirtute & benefactis cōsecutus sis. Horæ quidē cedunt, & dies, & menses, & anni. nec præteritum tempus unquam reuertitur, nec quid sequatur, sciri potest. Quod cuiꝗ temporis ad uiuendū datur, eo debet esse contentus.

*Neꝗ.n. histrioni, ut placeat, peragēda est fabula. modo in quocunꝗ fuerit actu, probetur. Neꝗ sapienti usꝗ plaudite uiuendum. Breue enim tempus ętatis, satis longum est, ad bene honesteꝗ́ uiuēdū. sin ꝓcesseris lōgi⁹, nō magis dolendū, ꝗ̃ Agricolæ dolent, præterita uerni temporis suauitate, æstatē, autunumꝗ́ uenisse. Ver enim, tanquā adolescentiam significat, ostenditꝗ́ fructus futuros. Reliqua autem tempora, demetendis fructibus & percipiendis accōmodata sunt. Fructus autem senectutis est, in antepartorum bonorum copia & memoria. Omnia uero, quę secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Quid est autem tam secundū naturam, ꝗ̃ senibus emori. quod idem

contingit adoleſcẽtibus,aduerſante ac repugnante natura.Itaq; adoleſcẽtes, mori mihi ſic uidẽtur·ut cũ aquę multitudine,flãmę uis opprimit· Senes autẽ,ſic ut cũ ſua ſponte nulla ui adhibita cõſumptus ignis extinguitur·Et q̃ſi poma ex arboribus cruda ſi ſint, ui auelluntur·ſi matura, & decocta, decidunt·ſic uitã adoleſcẽtibus,uis aufert· Senibus,maturitas:quæ iã mihi tã iocunda eſt,ut quo propius ad mortem accedam,quaſi terrã uidear uidere, & aliquando in portum ex longa nauigatione eſſe uenturus.*Omniũ ętatũ certus eſt terminus ſenectutis autẽ, null9 cert9 eſt terminus · recteq; in ea uiuitr, quo ad munus officij exequi & tueri poſſis,& tuto mortẽ cõtẽnere· Ex quo fit,ut animoſior etiã ſit ſenectus,q̃ adoleſcentia,& fortior.

Sed uiuendi eſt finis optimus, cũ itegra mente,certiſq; ſenſibus opus ipſa ſuũ eadẽ,quæ cõglutinauit natura, diſſoluit·Vt nauẽ,& ædificiũ facillime idem deſtruit,qui conſtruxit · ſic hominẽ,ea dem optime,quę cõpoſuit natura, diſſoluit·Nã oĩs conglutinatio recens,ægre·inueterata,facillime diuellitur·Ita

Fit,ut facile illud breue uitæ reliquum, nec auide appetẽdũ ſenib⁹, nec ſine cã differendũ ſit·uetatq; Pythagoras iniuſſu Imperatoris,hoc eſt dei,de p̃ſidio et ſtatione uitę deceder̃.Solonis qdẽ ſapiẽtis Elogiũ eſt quo ſe negat uelle,ſuã mortẽ dolor̃ amicorũ et lamẽtis uacar̃· uult ſe charũ,credo,ſuis.Sed haud ſcio an melius Ennius.

Nemo me lachrymis decoret,neque funera fletu
Faxit. non cenſet lugendã eſſe mortẽ, quam ĩmortalis conſequatur.Sed hoc præmeditatum ab adoleſcentia debet eſſe , mortem ut negligamus· ſine qua meditatione,tranquillo eſſe animo nemo poteſt. Moriendum enim certe eſt, & incertum,an hoc ipſo die · Mortem igitur omnibus horis impẽdentem metuẽs ,qs poterit animo ſecuro cõſiſter̃?
*Omnino,ut mihi ur̃,rerũ omnium ſatietas,uitæ facit ſatietatem·ſunt pueritiæ certa ſtudia,nũ igitur ea deſiderant adoleſcentes? Sunt & ineuntis adoleſcẽtię,nũ ea iã cõſtãs requirit ętas,q̃ dr̃ media?Sunt etiã hui⁹ ætatis,ne ea qdẽ ĩ ſenectute q̃runt·Sũt aũt extrema q̃dã ſtudia ſenectutis.Ergo ut ſuperiorũ ęta

ſum ſtudia accidunt, ſic accidunt etiã ſenectutis·quod cum euenit, ſatietas uitæ,tempus maturum mortis affert. Equidem non uideo,cur quid ipſe ſentiam de morte,non audeam dicere uobis · quod eo melius cernere mihi uideor,ꝙ ad eam propius adſum. Ego ueſtros patres P.Scipio,& C.Læli,uiros clariſſimos,mihi amiciſſimos uiuere arbitror,& ea quidem uita, q̃ eſt ſola uita nominanda · Nam dũ ſumus incluſi in his compagibus corporis, munere,quodã neceſſitatis, & graui opere perfũgimur·Eſt enim animus,cœleſtis, ex altiſſimo domicilio depreſſus,& quaſi demerſus in terram, obtinens diuinæ naturæ locum, æternitatiq; contrarium.Sed credo Deos imortales,ſparſiſſe animos in corpora humana,ut eſſent,qui terras tuerent· qq; cœleſtium ordinem contẽplantes,imitarentur eum uitæ modo atq; conſtantia·Nec me ſolum ratio ac diſputatio impulit,ut ita crederem · ſed nobilitas etiam,& authoritas ueterum & nobilium philoſophorum.

*Audiebã Pythagorã,Pythagoricosq;, incolas pene noſtros, qui eſſent Itali

Philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse, quin ex uniuersa mente diuina delibatos nos animos haberemus. Demonstrabantur mihi præterea quæ Socrates supremo uitæ die, de ĩmortalitate animorum disseruisset is, qui esset sapiẽtissimus oraculo Apollinis iudicatus. Quid multa? sic mihi persuasi, sic sentio: cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorũq; prudẽtia, tot artes, tantæ scientiæ, tot inuenta, non posse eam naturam, quæ res tantas contineret, esse mortalẽ: cumq; animus semper agitetur, nec priucipiũ motus habeat, quia ipse se mouet: nec finem quidem habiturũ esse motus, quia nunq̃ se ipse sit relicturus: Et cum simplex animi natura esset, neq; haberet in se quicquam admistum dispar sui, atque dissimile, nõ posse eum diuidi. quod si non possit, nõ posse interire: Magnoq; esse argumento, homines scire pleraq;, antequam nati sunt: quod iam pueri, cum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere uideantur: sed reminisci, & recordari. hæc Plato-

nis sunt ferè apud Xenophontem aũt, moriens Cyrus maior hęc dicit·Nolite arbitrari, ô mihi charissimi filij,me, cũ à uobis discessero nusquã,aut nullũ fore·Nec enim dum eram uobiscũ, eũ uidebatis animum,qui hos artus regebat·sed esse eum in hoc corpore, ex ijs rebus ,quas gerebã,intelligebatis. eũdem igitur esse creditote,etiam si nullũ uidebitis.

*Nec uero clarorum uirorũ post mortem honores permanerent,si nihil eorũ ipsorum animi efficerent,quo diutius memoriam sui teneremus • Mihi quidem persuaderi nunquam poterat, animos,dum in corporibus essent mortalib⁹,uiuer̃·cũ exissent ex ijs,emori·nec uero tum animum esse insipientem,cũ ex insipienti corpore euasisset· sed cum omni admistione corporis liberatus, purus,& integer esse cœpisset,tunc esse sapientem. Atq; etiam cum hominis natura morte dissoluitur,cæterarum rerum perspicuum est nosse, quo quæq; discedant·abeunt enim illuc omnia,unde orta sunt·animus autem solus, nec cum adest,nec cum discedit, apparet· Iam uero uidetis, nihil esse morte simi-

lius; & somniū atqui dormientiū animi, maxime declarant diuinitatē suā. *multa enim, cū remissi & liberi sunt, futura prospiciunt. ex quo intelligitur facile, quales futuri sint, cū se planè uinculis corpoꝝ relaxauerint. *Nemo unquā mihi, Scipio, persuadebit, aut patrem tuum Paulū, aut duos auos, Paulū, & Africanum, aut Africani fratrē, aut patruum, aut multos præstantes uiros, quos numerare non necesse est, tanta esse conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent, nisi iudicassēt, animos immortales post defunctū corpus existere. *An censes, ut de me ipso aliquid, more senum, glorier, me tātos labores diurnos, nocturnosq́;, domi, militiæq́; suscepturum fuisse, si iisdē finibus gloriā meā, quibus uitā essem terminaturus? Nōne meli⁹ multo fuisset, ociosam ætatem & quietam, sine ullo labore maximo, & contentione traducere? *sed nescio, quomodo animus erigēs se, posteritatem semper ita prospiciebat, quasi cum excessisset è uita, tum deniq; uicturus esset.
Qđ qdē ni ita se haberet, ut animi īmortales essent, haud optimi cuiusq; aīus

maxime ad ĩmortalitatis gloriam nite
retur. Quid, quod sapientissimus quis
que, æquissimo animo moritur· stultis
simus, iniquissimo? Non'ne uobis ui
detur animus is, qui plus cernat, & lõ
gius, uidere se ad meliora proficisci? il-
le autem, cuius obtusior sit acies, non
uidere? Equidem efferor studio, patres
uestros, quos colui & dilexi, uidendi.
Neq; eos uero solum conuenire aueo,
quos ipse cognoui · sed illos etiam, de
quibus audiui, et legi, et ipse cõscripsi·
quò quidẽ me proficiscentem haud sa
nè quis facile retraxerit, ne'ue tanquã
pilã retorserit. Quod siquis Deus mihi
largiatur, ut ex hac ętate repuerascam,
& ĩ cunis uagiã, ualde recusem · nec ue
ro uelim, quasi decurso spatio, à calce
ad carceres reuocari. Quid enim habet
uita cõmodi? quid nõ potius laboris?
sed habeat sanè, habet certe tamen aut
satietatem, aut modum · Non libet enĩ
mihi deplorare uitam, quod multi ĩdo
cti sæpe fecerunt· Neq; me uixisse pœ-
nitet, quoniam ita uixi, ut non frustra
me natum existimẽ. Et è uita ita disce-
do, tanquam ex hospitio, non tanquã
è domo· Cõmorãdi enim natura diuer

ſorium nobis,non habitandi dedit.ó p̄
clarum diem,cum ad illud diuinorum
animorum concilium, cœtumq́ꝫ profi
ciſcar·& cũ ex hac turba,& colluuio-
ne diſcedã·Proficiſcar enim nõ ad eos
ſolum uiros,de quibus ante dixi·ſed e
tiam ad Catonem meũ, quo nemo uir
melior natus eſt,nemo pietate præſtã-
tior·cuius à me corpus crematum eſt,
quod contra decuit,ab illo meum·Ani
mus uero non me deſerens, ſed reſpe-
ctans,in ea profecto loca diſceſſit quò
mihi ipſe cernebat eſſe ueniendũ· Quẽ
ego meum caſum fortiter ferre uiſus
ſum,non quòd æquo animo ferrẽ·ſed
me ipſe conſolabar,exiſtimans non lõ
ginquũ inter nos digreſſum, & diſceſ-
ſum fore.His mihi rebus, Scipio,id.n.
te cum Lælio admirari ſolere dixiſti,le
uis eſt ſenectus·nec ſolum non mole-
ſta,ſed etiam iocunda.*Quod ſi ĩ hoc
erro,quòd animos hominum ĩmorta-
les eſſe credam,libenter erro· nec mihi
hunc errorem,quo delector, dũ uiuo,
extorqueri uolo ·ſim mortuus, ut qui
dam minuti philoſophi cenſent, nihil
ſentiam·non uereor, ne hunc errorem
meũ mortui philoſophi irrideant · Qđ

si non sumus imortales futuri, tamen extingui homini suo tẽpore, optabile est. Nam habet natura, ut aliarum omniũ rerum, sic uiuendi modum. Senectus autem, peractio ætatis est, tanquã fabulæ, cuius defatigationẽ fugere debemus præsertim adiuncta satietate. Habui hæc, de senectute quæ dicerem, ad quam utinam pueniatis, ut ea quæ ex me audistis, re expti pbarĩ possitis.

Marci Tulii Ciceronis Sententiæ, E x libro de Paradoxis.

Nihil est tam incredibile, quod õn dicẽdo fiat pbabile. Nihil tã horridũ, nihil ttã incultũ, quod non splendescat oratione, & tanquã excolatur.

Nunquam me Hercule, neq; pecunias, neq; tecta magnifica, neq; opes, neque imperia, neq; uoluptates in bonis reb9 expetendis esse duxi. * Quippe cũ uiderem homines his rebus circunfluentes, ea tm̃ desiderare maxime, quibus abundarent. Neq; enim unquã expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. Neq; ea solũ qua habent, libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. In quo equidem continentissimorum hominum, maiorum nostrorum sæpe

requiro prudentiam·qui hæc imbecilla, & in cõmutabilia pecunię membra solo ṽbo bona putauerũt appellãda· cũ re, ac factis lõge aliter iudicauisset. Potest'ne bonũ, cuiq; malo esse? aut potest quisq; in abundantia bonorũ, esse ipse etiam bonus? * Atqui ista omnia talia uidemus, ut etiam improbi habeant, & obsint probis. Quamobrẽ licet, irrideat, siquis uelit· plus apud me uera ratio ualebit, q̃ uulgi opinio. Neq; ego unquam dicam illum bona perdidisse, siquis pecus, aut supellectilem amiserit. Nec non sæpe laudabo illũ sapientem Biantem, cuius cum patriam Prienem cepisset hostis, cęteriq; ita fugerunt, ut multa de suis rebus secum asportarent· cũ esset admonitus à quodam, ut ipse idem faceret· Ego uero inquit, facio· nam omnia mea mecũ porto. Ille hęc ludibria fortunæ ne sua quidem putauit, quæ nos etiam appellamus bona. Quid est igitur, quæret aliquis, bonum? Siquid recte fit & honeste, & cum uirtute, id bene fieri, uere dicitur· Et quod rectum, & honestum, & cum uirtute ęst, id solum opinor bonum.

*Ponite ante oculos unũquenq; regũ, uultis, incipiã à Romulo? uultis, post liberã ciuitatẽ ab ĳs ipsis, q liberauerũt eã? Quib. tandẽ Romulus gradibus ascendit in cœlum? ĳs'ne, quæ isti bona appellant? an rebus gestis, atq; uirtutibus? Illud autem arcte tenent, accurateq; defendunt, uoluptatem esse summum bonum: quæ quidem mihi uox, pecudum uidetur esse, non hominum. Tum cum tibi siue Deus, siue Mater, ut ita dicam, omnium rerũ natura dederit animum, quo nihil est præstãti⁹, neq; diuini⁹: sic te ipse abĳcies, atq; prosternes, ut nihil inter te, & quadrupedem aliquid putes interesse.
*Quicquã'ne bonum est, quod nõ eũ, qui possidet, meliorem facit? Vt enim quisquis maxime est boni particeps, ita & laudabilis maxime. Neq; est ullum bonum, de quo is, qui id habeat, nõ possit honeste gloriari. Quid autem horum est in uoluptate? meliorem'ne efficit, aut laudabiliorem uirum? *An quisquam in potiundis uoluptatibus, gloria de se, & prædicatione effert? Atqui si uoluptas plurimorum patrocinĳs defenditur, in rebus bonis habẽda

non est·eaq́;,quo maior est, eo magis mentem ex sua sede & statu dimouet. Profecto nihil est aliud; bene & beate uiuere,nisi honeste & recte uiuere. Nemo potest nō beatissim9,esse,qui est totus apt9 ex sese,quiq́; in se uno sua ponit oĩa.Cui autē spes omnis; & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna,huic nihil potest esse certi,nihilq́; quod exploratum habeat permansurum sibi quidē ne unū diē.

Mors,terribilis est ĳs,quorū cum uita omnia extinguuntnr·non ĳs,quorum emori laus non potest. Exilium autem terribile illis,quibus quasi circunscriptus est habitandi locus · non his,qui omnem orbem terrarum, unam urbē esse ducunt. *Te miseriæ,te ærumnæ p̄munt omnes,qui te beatū,qui te florētem putas·Tuæ libidines te torquent, tu dies noctes'que cruciaris,cui nec satis est,quod est·et id ipusm,q̄d habes, ne non diuturnum sit,futurum times. Te conscientiæ stimulant maleficiorū tuorum,te metus exanimant iudiciorꝝ atq; legum·quocūq; aspexisti,ut furię, sic tuæ tibi occurrunt iniurię,quę te respirare non sinunt. Quamobrem ipro-

bo,& stulto,& inerti nemini bene esse potest·sic bon⁹ uir,& fortis, & sapiēs, miser esse nemo potest.

Nec enim peccata,rerum euentu,sed uitijs hominum metienda sunt. *In quo peccatur,id potest aliud alio maius esse,aut minus:ipsum quidem illud peccare,quoquò te uerteris,unū est. Quæ uis est,quæ magis arceat homines ab omni improbitate,q̃ si senserim,nullū esse in delictis discrimen?& æque peccare se, si priuatis ac si magistratibus manus inferantur·quācunq; in domū stuprū ītuleris,eādē esse labē libidinis. *Sed nos in uita,non quæ cuiq; peccato pœna sit·sed quantum cuiq; liceat, spectare debemus. Quicquid nō oportet,scelus esse quicquid nō licet, nefas putare debemus,etiam ne in minimis rebus·Siquidem rerum modum fingere non possumus,animorum modū tenere possumus.

*Histrio,si paulo se moueat extra numerum,aut si uersus pronunciatus est syllaba una breuior,aut longior,exsibilatur,& exploditur·in uita,quę omni gestu moderatior, omni usu aptior esse debet, ut in syllaba te peccare dices?

Poetam, non audio in nugis· in uitæ societate, audiam ciuem digitis peccata dimetientem sua? si uisa sint breuiora, leuiora qui possint uideri? cum quicquid peccatur, perturbatione peccetur rationis atq; ordinis · perturbata autē ratione semel, & ordine, nihil possit addi, quo magis peccari posse uideatur.

*At uide, q̃ ista tui latrocinij tela contempserim· iactam et immissam à te nefariam in me iniuriam semper duxi, tamen peruenisse ad me nunquam putaui· Nisi forte cū parietes disturbabas, aut cum tectis sceleratas faces inferebas, meorum aliquid ruere, aut deflagrare arbitrabare.

Nihil neq; meum est, neq; cuiusquā qđ auferri, quod eripi, qđ amitti potest.

*Si mihi eripuisses diuinā animi mei constantiam, meas curas, uigilias, consilia quibus respublica iuicta stat· huius æterni beneficij immortalem memoriam deleuisses, multo etiam magis, si illam mentem, unde hęc consilia manarunt, mihi eripuisses, tum ego acce pisse me cōfiterer iniuriā· sed si hæc nec fecisti, nec facere potuisti · redditū mihi gloriosum tua dedit iniuria, non

exitum calamitosum.

*Omnes scelerati atq; impij, quorũ tu te ducem esse ꝓfiteris, quos leges exilio affici uolunt, exules sunt etiam si solum non mutarunt. An cum omnes leges te exulem esse iubeant, non eris tu exul?

*Nõ igitur ubi quisq; erit, eius loci ius tenebit, si ibi eum legib⁹ esse subiectũ, non oportebit,

Quomodo igitur, & cui tandem hic libero imperabit, qui non potest suis cupiditatibus imperare? refrænet primũ libidines, spernat uoluptates, iracũdiã teneat, coerceat auaritiam, & cæteras animi labes reppellat. tũ incipiat aliis imperare, cum ipse improbissimis dominis, dedecori, ac turpitudini parere desierit. dum quidem his obediet, non modo ĩperator, sed liber oĩno habend⁹ non erit.

Dictum est igitur ab eruditissimis, nisi sapientem, liberum esse neminẽ. Quid est enim libertas, nisi potestas uiuendi, ut uelis? Quis igĩt uiuit, ut uult. nisi q recta sequitur, qui gaudet officijs, cui uiuendi uia considerata atq; ꝓuisa est. qui legibus quidem, non propter me-

tũ paret·sed eas sequitur atq; colit iõ, quod salutare maxime iudicat esse. q nihil facit,nihil dicit,nihil cogitat denique,nisi libenter ac libere·cuius omnia cõsilia,resq́; omnes, quas gerit, ab ipso proficiscuntur,eodemq́; referuntur· nec est ulla res,quæ plus apud eũ polleat,q̃ ipsius uolũtas atq; iudiciũ·cui etiam,quæ uim maximam habere dicitur,fortuna ipsa cedit·Sicut sapiens dicit poeta,suis quisq; fungitur morib9. Soli igiť hoc cõtingit sapiẽti,ut nihil faciat iuit9,nihil dolẽs,nihil coactus.Igiť omnes improbi,serui · nec hoc tam re est,q̃ dictu iopinatum atq; mirabile. Non enim ita dicũt eos,esse seruos, ut mancipia · quæ sunt dominorũ facta nexu,aut aliquo iure ciuili·Sed si seruitus sit, sicut est obedientia fracti animi,atq; abiecti,& arbitrio carẽtis suo· qs neget,oẽs leues,oẽs cupidos,oẽs deniq; iprobos,esse seruos?án ille mihi liber uidetur,cui mulier imperat· cui leges iponit,p̃scribit, uetat,iubet, quod uidetur?qui nihil imperanti,negare potest,nihil recusare audet?poscit,dandũ est·si uocat,ueniendum est·si eijcit,abeundum·si minatur, extimescẽdũ. ego

uero non istum modo seruum, sed nequissimum seruũ etiã, si in amplissima familia natus sit, appellandũ puto.
An etiam eorum seruitus dubia est. qui peculij cupiditate, nullam conditionẽ recusant durissimæ seruitutis? Hæreditatis spes, quid iniquitatis in seruiendo non suscipit? quem nutũ locupletis orbi senis non obseruat? loquitur ad eius uoluntatem: quicquid denunciatum sit, facit, assentatur, assidet, miratur.
Quid horum est liberi, quid deniq; serui non inertis? Quid iã illa cupiditas, quæ uidetur esse liberalior honoris, et imperij, prouinciarum, quã dura est domina, quã uehemens.
Iudex uero, quãtum habet dominatũ, quo timore nocentes afficit? An nõ est omnis metus, seruitus?
Omnis animi debilitas, & humilis & fracta timiditas, seruitus est.
Quoniã nihil quisquam debet, nisi quod est turpe, non reddere.
Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc uerbum, in quo homine ponimus? opinor in eo, cui tanta possessio est, ut ad liberaliter uiuendum facile contentus sit, qui nihil quærat, nihil appetat, nihil

optet amplius. Animus.n. tuus oportet, se iudicet diuitē, nō hominū sermo, neq; possessiones tuæ. Qui nihil deesse sibi putat, nihil curat amplius, satiatus est. Aut contentus etiam pecunia, concedo, diues est. Sin autē propter auiditatem pecuniæ, nullū quæstū turpē putas, cum isti ordini ne honestus quidē possit esse ullus. si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, rapis. si socios spolias, ærarium expilas: si testa mēta amicorum expectas quidem, atq; te ipse supponis. hæc utrum abundantis, an egentis signa sunt? animus hominis, diues, non arca appellari solet. quamuis illa sit plena, dum te inanem uideo, diuitem non putabo. Etenī ex eo q̄tū cuiq; satis est, metiūt hoīes diuitiarū modū. Filiam quis habet, pecunia opus est. duas maiore. si plures, maiore ēt. & si ut aiunt, Danai qnquaginta sint filiæ, tot dotes magnā q̄runt pecuniam. Quantum enim cuiq; opus est, ad id accōmodatur, ut ante dixi, diuitiarum modus. Qui igitur non filias plures, sed innumerabiles cupiditates habet, q̄ breui tpe magnas copias exhaurire possint. hunc ego quomo-

do appellabo diuitē, cum ipse egere se sentiat? Etenim diuitiarum fructus, in copia est. Copiam autem declarat satietas rerum atq; abundantia. Quis igit, q̄ tu quoniam nunquā assequere, omnino es futurus diues. siquidem ut qsque, quod plurimi sit, possideat, ita ditissimus sit habendus, dubitet, quin in uirtute diuitiæ positæ sint. Quoniam nulla possessio, nulla uis auri & argenti pluris, q̄ uirtus æstimanda est.

O' Dīj imortales, non intelligunt homines, quàm magnum uectigal sit, parsimonia.

Vter igitur est ditior, cui deest, an cui superat? qui eget, an qui abundat? cuius possessio quo maior est, eo plus requirit ad se tuendam. an, qui suis uiribus se sustinet?

Sed non æstimatione census, uerum uictu atq; cultu terminatur pecuniæ modus. *Non esse cupidum, pecunia est. Non esse emacē, uectigal est. Contentū uero suis rebus esse, maximæ sunt certissimęq; diuitiæ. Etenim si isti calli di rerum æstimatores, prata, & areas quasdam magni æstimant, q; ei generi possessionū minime quasi noceri pos-

sit,quanti est æstimanda uirtus · q̃ nec eripi,nec surripi potest· neque naufragio,neq; incendio amittitur ·nec tẽpestatum,nec temporum perturbatione mutatur·Qua præditi qui sunt,soli sũt diuites·soli enim possident res & fructuosas,et sempiternas·soliq́;,quod est proprium diuitiarum,contenti sunt rebus suis·satis esse putant, quod est· nihil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt,nihil requirunt. Improbi autem,& auari,quoniã incertas atque in casu positas possessiões habẽt· & plus semper appetunt, nec eorũ qsquam adhuc inuentus est,cui quod haberet,esset satis·non modo non copiosi,ac diuites,sed etiam inopes ac pauperes æstimandi sunt · Et hæc de Paradoxis.

Marci Tullii Ciceronis Sententiæ Ex libro Primo de quæstionibus Tusculanis.

Doctrina Græcia nos,& omni literarũ genere superat·in quo erat facile,uincere non repugnantes.

Honos,alit artes · omnesq́; incẽduntur ad studia,gloria laudis·iacẽtq́; ea semper,quæ apud quosq; ĩprobantur.

Fieri autẽ potest,ut recte quis sentiat,et

id quod sentit, polite eloqui nõ possit. sed mandare quenq̃ literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperãter abutentis & ocio, & literis. Itaq; suos libros ipsi legunt cũ suis, nec quisquam attingit, præter eos, qui eandem licentiam scribendi sibi ꝑmitti uolũt.

Quæ enim nobis in uita potest esse iocũditas, cũ dies & noctes cogitandũ sit, iãiã esse moriendũ?

*Quoniam si post mortẽ nihil est mali, ne mors quidẽ est malũ. cui proximũ tempus est post mortẽ, in quo nihil esse mali concedis. ita ne moriendũ quidẽ esse, malũ est.

*Authoribus quidem ad istam sententiam, quãuis obtinere, uti optimis possumus. quod in omnibus causis & debet, & solet ualere plurimũ. & primũ quidẽ omni antiquitate, quæ quo propius aberat ab ortu, & diuina progenie, eo melius eà fortasse, quæ erant uera, cernebat. Itaq; unum illud erat ĩsitum Priscis illis, quos cascos appellat Enni9, esse in morte sensũ, neq; excessu uitę sic deleri hoĩem, ut funditus

interiret·idq; cũ multis alĳs reb9, tũ ẽ Põtificioiure,et ceremonĳs sepulchrorũ intelligi licet · quas maximis ingenĳs præditi nec tanta cura coluissent, nec uiolatas tã inexpiabili religiõe sanxissent·nisi hæsisset eorum mẽtibus, mortem,non interitũ esse omnia tollentem atq; delentẽ,sed quandã quasi migrationem commutationemq; uitæ · quæ in claris uiris,& fœminis dux in cœlũ soleret esse·in cęteris humi retineretur; & ꝑmaneret tamen·ex hoc,& nostrorũ opinione,

Romulus in cœlo cũ dĳs agit ęuũ. ut famę assentiens dixit Enni9·et apud Græcos ,indeq; perlapsus ad nos, & usque ad oceanum Hercules, tantus, & tam præsens habetur Deus.

*Quid totum prope cœlum, ne plures persequar, non ne humano genere cõpletum est?

*Visis quibusdam sæpe mouebantur, hisq; maxime nocturnis,ut uiderẽtur hi,qui uita excesserant,uiuere· Et porrò firmissimũ hoc afferri uṝ, cur deos esse credamus,quod nulla gens tam fera,nemo omnium tam imanis, cuius mentem nõ imbuerit deorum opinio.

Multi de Dijs praua sentiunt, id enim uitioso more effici solet· omnes tamen, esse uim & naturam diuinam arbitrantur· Nec uero id collocutio hominum, ac consensus efficit· non institutis opinio est confirmata, nõ legibus· Omni autem in re cõsensio omniũ Gẽtium, lex naturæ putanda est.

*Maximum uero argumentum est, naturam ipsam de ĩmortalitate animorũ tacitam iudicare· quod omnibus curæ sunt, & maxime quidem q̃ post mortem futura sunt. Serit arbores, quæ alteri seculo ꝓsint, ut ait Statius in Synephebis· quid spectans, nisi etiam postera secula ad se pertinere? Ergo arbores seret diligens Agricola, quorum aspiciet bacã ipse nunquam? uir magnus, leges, ĩstituta, rempublicam conseret? Quid procreatio liberorum, quid propagatio nominis, quid adoptationes filiorum? quid testamentorum diligentia? quid ipsa sepulchrorum monumẽta? quid Elogia significant, nisi nos futura cogitare? Quid illud, nũ dubitas, quin specimen naturæ capi deceat ex optima quaq; natura? Quæ est igitur melior in hominũ genere natura, q̃ eo

rum

rum qui se natos ad homines iuuan-
dos,tutandos,conseruandos arbitran
tur? Abijt ad deos Hercules, nunquã
abijsset,nisi cum inter hoïes esset, eam
sibi uiam muniuisset. Nemo unquam
sine magna spe immortalitatis se offer
ret pro patria ad mortem.

*Sed nescio,quo modo inhæret in men
tibus quasi seculorũ quoddã auguriũ
futurorũ idq́ in maximis ingenijs,al-
tissimisq́ animis & existit maxime,et
apparet facillime. quo quidem dẽpto,
quis tã esset amẽs,qui semper in labo
ribus & periculis uiueret? loquor de
principibus.

*Nemo me lachrymis decoret, nec fu
nera fletu
Faxit. Cur? Volito uiuus per ora ui-
rûm:

*Quod si omniũ consensus,naturę uox
est·omnesq́,qui ubiq; sentiunt, cõsen
tiunt esse aliquid,quod ad eos pertine
at,qui è uita cesserint, nobisq́ idẽ exi-
stimandũ est·Et si quorũ aut ingenio,
aut uirtute animus excellit, eos arbi-
tramur,quia natura optima sunt, cer-
nere naturę uim·maxime uerisimile est
cũ optimus quisq; maxime posteritati

seruiat, esse aliquid, cuius is post mortem sensum sit habiturus. Sed ut Deos esse natura opinamur, qualesq́ sint, ratione cognoscimus. sic permanere animos arbitramur, cõsensu nationũ omniũ. q̃ in sede maneant, qualesq́ sint, ratione discendũ est. cuius ignoratio, finxit inferos, easq́ formidines, quas tu cõtẽnere nõ sine cã uidebare. In terrã enim cadentibus corporibus, hisq́ humo tectis. ex quo dictum est humari. sub terra censebant reliquam uitam agi mortuorum, quam eorũ opinionẽ magni errores consecuti sunt, quos auxerunt Poetæ,

Tantũq́ ualuit error, qui mihi quidẽ iam sublatus uidetur, ut corpora cremata cum scirent. tamen ea fieri apud inferos fingerent, quæ sine corporib9 nec fieri possent, nec intelligi.

Magni aũt ẽ igenij, reuocarẽ mẽtẽ sẽsib9, et cogitationẽ cõsuetudine abducere.

Itaq; credo equidem etiã alios tot seculis disputasse de animis, sed quod literis extet, probo. Pherecydes Syrus primum dixit, animos hominũ esse sẽpiternos, antiquus sanè. fuit. n. meo regnante gentili.

*Sed redeo ad antiquos · Rationem illi sententiæ suæ non ferè reddebant, nisi quid erat numeris, aut descriptionibus explicandũ.
*Bene enim illo Græcorum prouerbio præcipitur,
Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.
*Calidior est enim, uel potius ardẽtior animus, quã est hic aer, quem modo dixi crassum, atque concretũ · quod ex eo sçiri potest, quia corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi coalescũt. Accedit, ut eo facilius animus euadat ex hoc aere, quẽ sæpe iam crassum appello, eumque perrumpat, quòd nihil est animo uelocius. Nulla est celeritas, quæ possit cum animi celeritate contendere · qui si permanet incorruptus, sui'que similis, necesse est, ita feratur, ut penetret, & diuidat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, uenti'que coguntur · quod & humidum, & caliginosum est propter exhalationes terrę · Quam regionem cum superauit animus, naturamque sui similem contigit, et agnouit iũctus ex aïa tenui, et ex ardore Solis

tẽperato, ignibus insistit, & finẽ altius se efferẽdi facit. cum enim sui similem & leuitatem, & calorem adeptus, tanquam paribus exanimatus ponderibus, nullam in partẽ mouetur. Eaq́ ei demũ naturalis est sedes, cũ ad sui similẽ penetrauit. in quo nulla re egens aletur, & sustentabitur ijsdẽ rebus q̃bus astra sustentanẽ, & aluntur. Cũq́ corporis facibus inflãmari soleamus ad oẽs ferè cupiditates. eoq́ magis incendi, quod his æmulemur, qui ea habeant, quæ nos habere cupimus. profecto tunc erimus beati, cum corporib9 relictis, & cupiditatum & æmulationum erimus expertes. Quodq́ nũc facimus, cũ laxati curis sumus, ut spectare aliquid uelimus, & uisere. id multo tum faciemus liberius, totosq́ nos in contẽplandis rebus, perspiciẽdisq́ ponemus. Propterea quòd & natura inest mentibus nostris insatiabilis q̃dam cupiditas ueri uidẽdi. & oræ ipsę locoꝶ illoꝶ quò puenerimus, q̊ faciliorẽ nobis cognitionem reꝶ cœlestiũ, eo maiorẽ cognoscendi cupiditatẽ dabunt. Hæc enim pulchritudo, etiam in terris patriam illam, & auidam, ut ait

Theophrast⁹,philosophiam,cognitionis cupiditate incensam excitauit ·pręcipue uero fruentur ea, qui tantum ēt, cum has terras incolentes circumfusi erant caligine,tamen acie mentis dispicere cupiebāt.Etenim si nunc aliquid assequi se putant, qui ostium Ponti uiderunt,& eas angustias , per quas penetrauit ea,q̄ est nominata Argo·quia Argiui in ea delecti uiri

Vecti,petebant pellem inauratā arietis:
aut hi,qui
Oceani freta illa uiderunt,
Europam,Libyā que rapax ubi diuidit unda.

quod tandem spectaculum fore putamus,cum totam terrā cōtueri licebit· eiusq́ cum situm,formā,circūscriptionem·tum & habitabiles regiones , & cursum,omni cultu propter uim frigoris aut caloris uacantes ? nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea,quæ uidemus.Neq; enim est ullus sensus ī corpore,sed ut non solum Physici docent,uerumetiā medici,qui ista aperta & patefacta uiderunt· uiæ quasi quædam sunt,ad oculos ,ad nares , ad aures,à sede animi perforatæ · Itaq; sæpe

aut cogitatione. aut aliqua ui morbi ĩpediti, apertis atq; integris & oculis & auribus nec uidemus, nec audim⁹. ut facile ĩtelligi possit, aĩum & uidere. et audiȓ nō eas partes, quæ quasi fenestræ sunt animi, quibus tamen sentire nihil queat mens, nisi id agat, & adsit. Quid, quod eadem mente res dissimil limas cōprehēdim⁹, ut colorē, saporē, calorē odorem, sonum? quæ nunquã quinque nūcijs animus cognosceret, nisi ad eum omnia referrētur, & is omnium iudex solus esset. Atq; ea profecto tum multo puriora, & dilucidiora cernentur, cũ quò natura fert, liber animus peruenerit. Nam nunc quidē, quanquam foramina illa, quæ patent ad animum à corpore, callidissimo artificio natura fabricata est, tamen terrenis, concretisq; corporibus sunt interscepta quodammodo. Cum autem nihil erit pter aĩum, nulla res obiecta ĩpediet, q̄ min⁹ pcipiat, q̄le qdq; sit. Quã uis copiose hęc dicerem⁹, si res postularet, q̄ multa, q̄ uaria, quāta spectaula animus in locis cœlestib⁹ esset habiturus. Quæ quidem cogitans, soleo sæpe mirari nonnullorum insolentiam Phi

losophorũ, qui naturæ cognitionem admirantur, eiusq́ inuentori, & Principi gratias exultantes agunt, eumq́ uenerantur, ut Deum. liberatos enim se per eum dicunt grauissimis dominis, terrore sempiterno, & diurno ac nocturno metu. quo terrore, quo metu? Quæ est anus tam delira, quæ timeat ista, quæ uos uidelicet, si physica non didicissetis, timeretis?
Acherontia templa. alta Orci, pallida Leti, obnubila, obsita tenebris loca.
Nõ pudet philosophum in eo gloriari, quòd hæc non timeat, & quòd falsa esse cognouerit? ex quo intelligi potest, quàm acuti natura sint, qui hæc sine doctrina credituri fuerint. Præclarum autem, nescio quid, adepti sunt, qui didicerunt, se, cum tẽpus mortis uenisset, totos esse perituros: quod ut ita sit, nihil enim pugno, quid habet ista res aut lætabile, aut gloriosum? nec tamen mihi sanè quicquam occurrit, cur non Pythagorę sit, & Platonis uera sententia. Vt enim rationem nullam Plato afferret, uide quid homini tribuam, ipsa authoritate me frangeret. tot autem rationes attulit, ut uelle,

cæteris·sibi certe,persuasisse uideatur·
Sed plurimi cõtra nituntur,animosq́;
quasi capite dãnatos, morte mulctãt.
Neq; aliud est quicquã,cur incredibi-
lis his animorum uideatur æternitas,
nisi quòd nequeunt,qualis animus sit
uacans corpore,intelligere,& cogita-
tione,comprehendere·quasi uero intel
ligant,qualis sit in ipso corpore, quæ
cõformatio,quæ magnitudo, qui lo-
cus·Vt si iam possent in homine uno
cerni omnia,quæ nunc tecta sunt·casu
rus'ne in conspectũ uideatur animus,
an tanta sit eius tenuitas, ut fugiat a-
ciẽ?hæc reputent isti, qui negant ani-
mum sine corpore se intelligere posse,
uidebũt,quem in ipso corpore intelli-
gãt. Mihi quidẽ naturã animi intuẽti,
multo difficilior occurit cogitatio,mul
toq́; obscurior, qualis animus in cor-
pore sit,tanquã alienę domi·q́; qualis,
cum exierit,& in liberum cœlũ, quasi
in domũ suam uenerit. Si enim, quod
nunquam uidimus,id quale sit, intel-
ligere non possumus·certe & deum ip
sum,& diuinum animum corpore li-
beratum,cogitatione cõplecti non pos
sumus. Dicæarchus quidem,& Aristo

xenus,qa difficilis erat,quid, aut q̃lis esset,intelligentia nullum omnino animum esse dixerunt. Est illud quidem uel maximum,animo ipso animum uidere·& nimirum hanc habet uim præceptum Apollinis,quo monet,ut se qſque noscat· Nō enim credo, id præcipit,ut membra nostra, ut staturam,figurā'ue noscamus ·neq; nos, corpora sumus·neq; ego tibi hæc dicens,corpori dico,sed animo. Cū igitur, nosce te, dicit·hoc dicit, nosce animum tuum· Nam corp⁹ quidem, quasi uas est,aut aliquod animi receptaculum ·Ab animo tuo quicquid agitur,id agitur à te. Hunc igitur nosse, nisi diuinum esset, non esset hoc acrioris cuiusdam animi præceptum sic,ut tributū deo sit · hoc est,se ipsum posse cognoscer̃·Sed si q̃lis sit animus,ipse anim⁹ nesciat·dic, quæso,ne esse quidem se sciet,ne moueri q-dem se?Ex quo illa ratio nata est Platonis,quæ à Socrate est in Phædro explicata,à me autem posita est in Sexto libro de republica,quod semper mouet, id æternum est · Quod autem motum affert alicui,quodq; ipsum agitatur aliunde,quando finem habet motus,ui

uendi quoq; habeat, necesse est. Solum igitur, quod se ipsum mouet, quia nunquam deseritur à se, nunquam ne moueri quidem desinit? quin etiam cæteris, quæ mouentur, hic fons, hoc principium est mouendi. Principij autem, nulla est origo. Nam ex principio oriũtur omnia. ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. Nec enim esset id principium, quod gigneretur aliũde. quod si nunquam oritur, ne occidit quidem unquam. Nam principium extinctũ, nec ipsum ab alio renascetur, nec à se aliud creabit. Siquidem necesse est, à prĩcipio oriri omnia. Ita fit, ut mot9 principium ex eo sit, quod ipsum à se mouetur. id autem nec nasci potest, nec mori. Vel concidat omne cœlũ, omnisq; natura consistat, necesse est, nec uim ullam nanciscatur, qua primo impulsu moueatur. Cum pateat igitur, æternũ id esse quod se ipsum moueat. qs est, q hanc naturam animis esse tributam neget? inanimũ est enim omne, quod pulsu agitatur externo. Quod autem animatum est, id motu cietur interiore, & suo. Nam hæc est propria natura animi, atque uis. quæ si est una ex om-

nibus,quę se ipsam semper moueat,neque nata certe est,& æterna est·licet cõcurrãt plebeij omnes Philosophi,sic enim ij,qui à Platone,& Socrate, & ab ea familia dissident,appellandi uidentur·non modo nihil unquam tam eleganter explicabunt, sed ne hoc quidẽ ipsum,q̃ subtiliter cõclusum sit,intelligent.Sentit igit̃ aĩus se moueri, quod cũ sentit,illud unà sentit,se ui sua,non aliena moueri·nec accidere posse,ut ipse unquam à se deseratur.ex quo efficit̃ ęternitas,nisi quid habes ad hæc.

*Item si nihil haberet animus hoĩs nisi ut appeteret aut refugeret,id quoq; esset ei cõmune cũ bestijs · habet primũ memoriam,& eã infinitã rerũ innumerabilium·quã quidẽ Plato, recordationem esse uult uitæ superioris:

*Ita nihil aliud est discer̃,nisi recordari.

*Et astra suspeximus,tum ea quæ sunt infixa certis locis·tũ illa nõ re,sed uocabulo errãtia· quorum conuersiones, omnesq́; motus qui animus uidit, is docuit similẽ animũ suũ esse eius, qui ea fabricatus in cœlo esset · Nam cum Archimedes,Lunæ,Solis,Quinque errantium motus in sphærã illigauit esse

cit idem, quod ille, qui in Timæo mũdum ędificauit, Platonis deus·ut tarditate, & celeritate dissimillimos motus una regeret conuersio. quod si in hoc mundo fieri sine Deo non potest, ne in sphæra quidem eosdem motus Archimedes sine diuino ingenio potuisset imitari. Mihi uero ne hæc notiora quidem, & illustriora carere ui diuina uidentur, ut ego aut Poetam, graue, plenumq; carmen sine cœlesti aliquo mẽtis instinctu putem fuderẽ·aut eloquẽtiam, sine maiore quadã ui fluere, abundantem sonãtibus uerbis, uberibusq; sententijs. Philosophia uero, omnium mater artium, qd est aliud, nisi, ut Plato ait, donum·ut ego, inuentum deorũ? hæc nos primum ad illorum cultũ, deinde ad ius hominum, quod sitũ est in generis humani societate· tum ad modestiam, magnitudinẽq; animi erudiuit·Eademq; ab animo, tanquã ab oculis, caliginẽ dispulit, ut omnia supera, infera, prima, media, ultima uideremus·prsus hæc diuina mihi uidet̃ uis, quæ tot res efficiat, & tantas.

*Quid est enim memoria rerum, & uerborũ? quid, porrò inuẽtio? profecto id,

quo nec in deo quicquã maius intelligi poteſt· Non.n. ambroſia deos, aut nectare, aut iuuentute pocula miniſtrãte lætari arbitror·Nec Homerũ audio, qui Ganymedem à dijs raptum ait ꝓpter formam, ut Ioui pocula miniſtraret non iuſta cauſa, cur Laomedonti tanta fieret iniuria· Fingebat hæc Homerus, & humana ad deos transferebat, diuina mallem ad nos. Quæ autẽ diuina? uigere, ſapere, inuenire, meminiſſe· ergo animus. qui, ut ego dico, diuinus eſt · ut Euripides audet dicere, Deus·Et idem ſi deus, aut anima, aut ignis eſt, idem eſt animus hominis·Nã ut illa natura cœleſtis, te terra uacat, et humore· ſic utriusque harum rerum, humanus animus eſt expers· Sin autẽ eſt Quinta quædam natura ab Ariſtotele inducta, primum hæc et deorũ eſt, & animorum. Hanc nos ſententiã ſecuti, his ipſis uerbis in cõſolatione ſic expreſſimus, animorũ, nulla in terris origo inueniri poteſt·Nihil enim eſt in animis miſtum, atq; concretum ·aut quod terra natum, atq; fictum eſſe uideatur·nihil ne aut humidũ quidẽ, aut flabile, aut igneum·His enim in natu-

tis nihil ineſt,quod uim memoriæ mẽtis,cogitationis habeat · quod & præterita teneat,& futura prouideat,& cõplecti poſſit præſentia quæ ſola diuina ſunt·nec inuenietur unquam, unde ad hominem uenire poſſint,niſi à deo·Singularis eſt igitur quædam natura,atq; uis animi,ſeiuncta ab his uſitatis, notisq́; naturis·Ita quicquid eſt illud,qđ ſentit,qđ ſapit,qđ uult, qđ uiget·cœleſte,& diuinum eſt·ob eamq́; rem ęternum ſit,neceſſe eſt·Nec uero Deus ipſe,qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi poteſt,niſi mens ſoluta quædam,& libera ſegregata ab oĩ concretione mortali· omnia ſentiens & mouens,ipſaq́;pręditta motu ſempiterno· hoc è genere, atq; eadem è natura eſt humana mens.

*Hæc igitur, & alia innumerabilia cũ cernimus,poſſumus'ne dubitare,quin his præſit aliquis cõditor,uel effector· ſi hæc nata ſunt,ut Platoni uidetur·uel ſi ſemper fuerint, ut Ariſtoteli placet, moderator tãti operis,& muneris?Sic mentem hominis, quamuis eam non uideas,ut Deum non uides, tamen ut deũ agnoſcis ex operib9 eius·ſic ex me

moria rerũ, & inuẽtione, & celeritate mot⁹,omniq́ pulchritudine uirtutis, uim diuinam mentis agnoſcito.In quo igitur loco eſt?credo equidẽ,in capite· et cur credã,afferre poſſũ ·ſed de hoc a lias,nũc ubi ibi ſit aius, certe quidem in te eſt·quę eſt & natura Dei propria; puto et ſua·Sed fac igneã,fac ſpirabilẽ, nihil ad id,de q̃ agim⁹. Illud modo uideto,ut Deũ noris · & ſi eius ignores & locum,& faciem · ſic animum tibi tuum notum eſſe oportere,etiam ſi ei⁹ ignores & locum,& formã. In animi autem cognitione dubitare non poſſumus niſi planè in phyſicis plumbei ſumus,quin nihil ſit animis admiſtum, nihil concretũ,nihil copulatũ, nihil coagmentatum,nihil duplex ·quod cum ita ſit,certe nec ſecerni,nec diuidi, nec diſcerpi,nec diſtrahi põt·nec interire igitur·Eſt.n.interita,quaſi diſceſſus,et ſecretio,ac diremptus earũ partium,q̃ ante interitum iũctione aliqua tenebãtur. His, & talibus rationibus adductus Socrates,nec patronum quæſiuit ad iudicium capitis,nec iudicibus ſupplex fuit · adhibuit'que liberam contumaciã,à magnitudine animi iductã,

non à superbia · Et supremo uitæ díe, de hoc ipso multa disseruit, & paucis ante diebus, cum facile posset educi è custodia, noluit· Et cum pene in manu iam mortiferũ illud teneret poculũ, locutus ita est, ut non ad mortẽ trudi, uerum in cœlũ uideretur ascendere, ita. n. censebat· Itaq; disseruit, duas esse uias, duplicesq́; cursus animarum corpore excedentium. Nam qui se humanis uitijs cõtaminassent, & se totos libidinibus dedidissent· qbus cæcati uelut domesticis uitijs atq; flagitijs inquinauissent, uel in republica uiolanda fraudes inexpiabiles concepissent, ijs demum quoddam iter esse seclusum à concilio deorum· Qui aũt se integros, castosq́; seruauissent, quibusq́; fuisset minima cum corporibus cõtagio, seseq́; ab ijs seuocassent, essentq́; in corporibus humanis uitam imitati deorum· his ad illos, à quibus essent profecti, reditũ facilem patere,

Itaq; cõmemorat, ut cycni, qui non sine causa Apollini dicati sunt, sed q̀ ab eo diuinationem habere uideanť, quà prouidentes quid in morte boni sit, cũ cantu & uoluptate moriantur· sic om

nibus & bonis,et doctis esse faciendũ. nec uero de hoc quisquã dubitare posset,nisi idem nobis accideret diligenter de animo cogitantibus·Quod ijs sępe usu uenit,qui cum acriter oculis deficientem Solem intuerentur,ut aspectũ omnino amitterent·sic mentis acies,se ipsam intuens nõnunquã hebescit· ob eãq; cãm cõtemplandi diligẽtia amittimus·Itaq; dubitans, circunspectans, hæsitans:multa aduersa reuertens,tanquam ratis in mari immenso nostra uehitur oratio · sed hæc & uetera, & à Græcis,

Gato autem sic abijt è uita,ut cãm moriendi nactũ se esse gauderet.

*Vetat.n.dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare·Cũ uero causam iustam deus ipse dederit,ut tunc Socrati,nunc Catoni, sæpe multis,ne ille me Dius Fidius uir sapiens, lætus ex his tenebris in lucem illã excesserit·nec tamẽ illa uincula carceris ruperit,leges enim uetant. sed tanquã à magistratu,aut ab aliqua potestate legitima·sic à Deo euocatus, atq; emissus exierit·Tota.n. Philosophorum uita,ut ait idem,Cõmẽdatio mortis est·

Nam quid aliud agimus, cũ à uoluntate, id est à corpore cũ à re familiari, quæ est ministra, & famula corporis. cum à republica, cũ à negocio omni re uocamus animũ? quid inquam, tũ agimus, nisi animum ad seipsum aduocamus, secum esse cogim⁹, maximeq́ à corpore abducimus? *Secernere autẽ à corpor̃ animum, ne quicquam aliud est q̃ emori discere. Quare hoc cõmentemur, mihi crede, disiungamusq́ nos à corporibus. id est consuescamus mori. hoc & dum erimus in terris, erit illi cœlesti uitæ simile. & cũ illic ex his uinculis emissi feremur, min⁹ tardabitur cursus animorum. quò cũ uenerim⁹, tũ deniq́ uiuemus.

Nam hæc quidem uita, mors est, quã lamentari possem, si liberet.

*Tantũ autẽ abest ab eo, ut malũ mors sit, quod tibi dudum uidebatur, ut uerear, ne homini nihil sit non malũ certe. sed nihil bonum aliud potius, siqui dẽ uel Dĳ ipsi, uel cũ Dĳs futuri sum⁹.

*Alterã autẽ affert rationẽ, nihil esse cũ doleat, qui id ęgrum esse quoq́ possit. Quod autem in morbum cadat, id etiã interiturum. Dolere autem animos, et

go etiam interire. Hæc refelli possunt· sunt enim ignorantis, cum de æternitate animorum dicatur, de mente dici, q̃ oĩ turbido motu semp̲ uacet·non de partib⁹ his, ĩ qb⁹ ęgritudines, irę, libidinesq́; ṽsent. quas is, cõtra quẽ hęc dicãtur, semotas à mente, & disclusas putat. Iam similitudo magis apparet in bestijs, quarum animi sunt rationis expertes·hominum autem similitudo, in corporum figura magis extat· Et ipsi animi, magni refert, quali in corpore locati sint·. Multa enim è corpore existunt, quæ acuant mentem· multa, q̃ obtundant.

Quia tanta charitas est patriæ, ut eam non sensu nostro, sed salute ipsius metiamur. Itaq; non deterret sapientem mors, quæ propter incertos casus quotidie imminet·& propter breuitatẽ uitæ nunquam potest longe abesse, quo-minus in omne tẽpus reipublicæ, suisq́; consulat·& posteritatem ipsam, cuius sensum habiturus non sit, ad se putet pertinere.

Natura uero etiã sic se habet, ut quomodo initium nobis omnium rerũ ortus noster afferat, sic exitum mors. Et ut

nihil pertinuit ad nos, ante ortũ, sic nihil post mortem, ad nos pertinebit.

*Quasi uero quisquã ita nonaginta annos uelit uiuere, ut cũ sexaginta confecerit, reliquos dormiat: ne sues qdẽ id uelint, non modo ipse.

Quæ uero ætas, longa est? Aut quid omnino hoĩ lõgũ? Nõ'ne mõ pueros mõ adolescentes in cursu à tergo sequens, nec opinãtes assecuta est senectus? Sed quia ultra nihil habemus, hoc longum ducimus. Omnia ista, perinde, ut cuiq; data sunt, pro rata parte, à uita, longa, aut breuia dicuntur.

*Apud Hypanin fluuium, qui ab Europæ parte in Pontum influuit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quæ unum diem uiuant. Ex his igitur hora octaua quæ mortua est, prouecta ætate mortua est: quæ uero occidente Sole, decrepita: eo magis, si etiam solstitiali die. Confer nostram longissimã ætatem cum æternitate, in eadẽ propemodum breuitate, qua, illę bestiolæ reperiemur. Contemnamus igitur omnes ineptias; quod enim leuius huic leuitati nomen imponam? Totamq; uim bene uiuendi, in animi robore, ac magni

tudine, omniũ rerum humanarum cõtemptione ac despicientia, & in omni uirtute ponamus. Nam nunc quidem cogitationibus mollissimis effœminamur, ut si ante mors aduẽtet, q̃ Chaldæorum promissa cõsecuti sumus, spoliati magnis quibusdã bonis, illusi destitutiq; uideamur.

Quod si expectando & desiderando pẽdemus animis, & cruciamur, & angimur. proh Dij ĩmortales, q̃ illud iter iocundum esse debet, quo cõfecto, nulla reliqua cura, nulla solicitudo futura sit?

*Quàm me delectat Theramenes, q̃ q; elato animo est? & si enim flemus, cũ legimus, tñ non miserabiliter uir clarus emoritur.

Nec enim cuiquã bono, mali quicquã euenire potest, nec uiuo, nec mortuo. nec unquam eius res à Dijs ĩmortalibus negligentur, nec mihi ipsi hoc accidit fortuito. Nec uero ego ijs habeo, à quibus accusatus sũ, aut à qb9 cõdẽnatus, q̃ succenseã, nisi quòd mihi nocere se crediderunt.

Nos autem teneamus, ut nihil censeamus esse malum, quod sit à natura da

tũ omnibus ĩtelligamus que, si mors malum sit, esse malũ sempiternũ. Nam uitę miserę mors, finis esse uſ. Mors si est misera, finis nullus esse potest.

*Qualis tandē Lacæna, quæ cum filiũ in prælium misisset, & interfectum au disset. Idcirco, inquit, genuerã, ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.

Quanquã sensus abierit, tñ summis & proprijs bonis laudis & gloriæ quam uis non sentiant mortui, non carebũt. Et si enim nihil ĩ se habeat gloria, cur expetatur, tñ uirtutē, tanquã umbra se quitur.

Non.n.tã cumulus bonorũ iocũdus es se põt, q̃ molesta decessio,

Quæ cum ita sint, magna tamē eloquē tia est utendum, atq; ita uelut superio re è loco cõcionandum, ut hoīes mortem uel optare incipiant, uel timere de sistant. Nam si supremus ille dies non extinctionem, sed cõmutationē affert loci, quid optabilius? sin autē perimit, & dolet omnino, quid melius q̃ in me dijs uitæ laboribus obdormiscere, & ita conueniente somno cõsopiri sempi terno? Quod si fiat, melior est Ennij,

℞ Solonis oratio·hic.n.noster,

Nemo me lachrymis decoret, īquit,nec funera fletu
Faxit· At uero ille sapiens,

Mors mea ne careat lachrymis, linquamus amicis
Mœrorem,ut celebrent funera cum gemitu:

Nos uero si quid tale acciderit,ut à Deo denunciatum uideatur, ut exeamus,è uita, læti, & agentes gratias pereamus,eripiq́ꝫ nos è custodia, & leuari uinculis arbitremur,ut aut in æternā, & planè in nostram domum remigremus,aut omni sensu molestiaq́ꝫ careamus. Sin autem nihil denunciabitur, eo tamen simus animo,ut illum horribilem diem aliis, nobis faustum putemus·nihilq́ꝫ in malis ducamus, quod sit uel à Diis īmortalibus,uel à natura parēte omniū cōstitutū.Nō.n.temere & fortuito facti,& creati sumꝰ·*Sed ꝓfecto fuit q̄dā uis q̄ generꝰ cōsuleret humano·nec id gigneret,aut aleret,quod cum exanclauisset omnes labores, tū incideret in mortis sempiternum malum·Portum potius nobis paratum,& profugiū putemus, quò utinā

uelis paſſis peruehi liceat· ſin reflantibus uentis rejjciemur, tamen eodem paulo tardius referamur, neceſſe eſt,

*Quod autē omnibus neceſſe eſt. id'ne miſerum eſſe uni poteſt?

*Cras autem, & quot dies erimus in Tuſculano, agamus hæc: & ea potiſſimum, quæ leuationem habeant ægritudinum, formidinum, cupiditatum, q omni è philoſophia eſt fructus uberimus. Hæc ex Primo.

Ex ſecundo libro de Tuſculanis quæſtionibus.

Difficile eſt enim in philoſophia pauca eſſe ei nota, cui nō ſint aut pleraq;, aut omnia· Nam nec pauca, niſi è multis eligi poſſunt· nec qui pauca perceperit, non idem reliqua eodem ſtudio perſequetur.

*Nam qui id, quod uitari nō poteſt, metuit· is uiuere animo quieto nullo modo poteſt· Sed qui non modo, quia neceſſe eſt mori ·uerumetiam quia nihil habet mors, quod ſit horrendum, mortem non timet, magnum is ſibi præſidiū ad beatā uitā cōparat.

*Eſt enim philoſophia paucis contenta iudicibus, multitudinem conſulto ipſa fugiens, eiq; ipſi & ſuſpecta & inuiſa·ut

fa·ut uel siquis uniuersam uelit uituperare, secundo id populo facere possit·uel si eam quam nos maxime sequimur, conetur inuadere, magna habere possit auxilia reliquorũ Philosophorũ disciplinis.

*Nobis autem uidetur, quicquid literis mandetur, id cõmendari omnium eruditorũ lectione decere·nec si id ipsi minus consequi possumus, idcirco minus id ita faciendũ esse sentimus·Nam efficit hoc Philosophia, medetẽ animis, inanes solicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores·Fortes enim nõ modo fortuna adiuuat, ut est in ueteri prouerbio·sed multo magis ratio, quæ quibusdã quasi pceptis cõfirmat uim fortitudinis.

*Nam ut agri, non omnes frugiferi sunt, qui coluntur·falsum'que illud ac improbe,

Et si in segetem sunt deteriorẽ datæ
Fruges, tñ ipsæ suapte natura enitent·

sic animi non omnes, culti ferunt·Atque ut in eodem simili uerser, ut ager quãuis fertilis sine cultura fructuosus esse nõ potest, sic sine doctrina anim9. Cultura autem animi, philosophia est·

quæ extrahit uitia radicitus, & præparat aīos ad satus accipiendos · eaq; mundat his,& ut ita dicā,ferit·quæ adulta,fructus uberrimè ferant.
*Nec tā quærendū est,dolor,malum'ne sit·q; firmandus animus ad dolorem ferendum.
*Aut enim nulla uirtus est,aut contemnendus omnis dolor. Prudentiā'ne uis esse, sine qua ne intelligi quidem ulla uirtus potest?
Consuetudo enim laborum, perpessionem dolorum efficiet.* Itaque illi qui Græciæ formam rerumpublicarum dederunt,corpora Iuuenum firmari labore uoluerunt ·Quod Spartiatæ etiā in fœminas transtulerunt, quæ cæteris in urbibus mollissimo cultu,parietum umbris occuluntur·illi autem uoluerunt nihil horum simile esse apud Lacænas uirgines ·quibus magis palæstra,Eurotas,Sol,puluis, labor,militia in studio est,q; fertilitas barbara.
*Consuetudinis magna uis est,
Quomodo illi, qui bene instituti sunt, accipere plagā malūt,q; turpiter uitarē?
Viri aūt proprium,maxime est fortitudo:cuius munera duo maxima sunt,

ſcilicet mortis,dolorisq́; cōtēptio. Vtē dū eſt igitur his ,ſi uirtutis compotes, uel potius ſi uiri uolumus eſſe,quoniā à uiris uirtus nomen eſt mutuata.

*Audio,Pueri ferunt gloria ducti,ferūt pudore alij,multi metu·& tñ ueremur ut hoc,quod à tā multis, & qđ tot locis perferatur,natura patit? illa ꝟo nō modo patit,uerūetiā poſtulat. nihil.n. ꝑſtantius habet,nihil qđ magis expetat,q̃ honeſtū,q̃ laudem , q̃ dignitatem,q̃ decus.

*Cum igitur præcipitur,ut nobismet ipſis imperemus,hoc præcipitur,ut ratio coerceat temeritatē.In animis omnium eſt ferè natura molle quiddā ,demiſſum,humile,eneruatum quodamodo,et lāguidū,fenile·ſi nihil aliud nihil eſſet hoīe deformi⁹·Sed ꝑſtò eſt domina omnium,& regina ratio·quæ connexa per ſe,& progreſſa longius, fit perfecta uirtus·hæc ut imperet illi parti animi,quæ obedire debet , id uidendum eſt uiro.

*Opinio eſt enim quædam effœminata ac leuis,nec in dolore magis , q̃ eadem in uoluptate · qua cū liqueſcim⁹, fluimusq́; mollitia,apis aculeū ſine cla

more ferre non possumus.

*Et si uerum quærimus, in omnibus officiis persequendis, animi est adhibenda contentio ea est sola officij tanquã custodia. Sed hoc quidem in dolore est prouidendum, nequid abiecte, neqd timide, nequid ignaue, neqd seruiliter muliebriterq; faciamus.

*In primisq; refutet͂, ac reijciatur Philocteteus ille clamor. Ingemiscere nõnũquam, uiro concessum est, idq; raro. eiulatus, ne mulieri quidẽ. Et hic nimirum est fletus, quem duodecim tabulę in funeribus adhiberi uetuerunt. Nec uero unquam ne ingemiscit uir fortis ac sapiens, nisi forte ut intendat se ad firmitatem. ut in stadio cursores exclamant, q̃ maxime possunt, faciunt idẽ, cum exercentur athletæ. Pugiles uero etiam cum feriunt aduersarium, ingemiscunt, non, quòd doleant, animóue succumbant. sed quia in profundenda uoce omne corpus incenditur, uenitq́; plaga uehementior.

*Cuius cõtentionis cũ tãta uis sit, si gemitus in dolore ad confirmandum animum ualebit, utemur. sin erit ille gemitus lamentabilis, si imbecillus, si abi

lectus, si flebilis, ei q se dederit, uix eũ uirum dixerim· qui quidem gemitus, si leuationis aliquid afferret, tamen ui deremus, quid esset fortis, & animosi uiri· Cum uero nihil iminuat doloris gemitus, cur frustra turpes esse uolumus? Quid est enim fletu muliebri, uiro turpius?

*Ira exardescit, libido concitatur· in eãdem arcem confugiendum est, eadem sunt arma sumenda · sed quoniam de dolore loquimur, illa omittamus· Ad ferendum igitur dolorem placide & sedate, plurimum proficit, toto pectore, ut dicitur, cogitare, q̃ id honestum sit· Sumus enim natura, ut antè dixi, dicẽdum enim est sæpius, studiosissimi appetentissimiq́ honestatis· cuius si qua si lumẽ aliquod aspexerimus, nihil est, quod ut eo potiamur, non parati sum⁹ & ferre, & perpeti· Ex hoc cursu atque impetu animorũ, ad ueram laudem atque honestatem illa pericula adeuntur in prælijs · Non sentiunt uiri fortes in acie uulnera, uel si sentiunt, se mori malunt, q̃ tantũmodo de dignitatis gradu dimoueri.

*Hoc igitur tibi propone, amplitudinẽ

animi, & quasi quandã exaggerationẽ ꝙ altissimam animi, qui maxime eminet in contẽnendis & dispiciendis doloribꝰ, unã esse omniũ rẽ pulcherrimã• eoq́ pulchriorem, si uacet populo• neque plausum captans, se tantũ ipsa delectet. Quinetiam mihi quidem laudabiliora uidentur omnia, quæ sine uenditatione, & sine populo teste fiunt• nõ quo fugiendus sit, omnia enim benefacta in luce collocari uolunt• sed tamen nullum theatrum uirtuti, conscientia maius est • Atq; in primis meditemur illud, ut hæc patientia dolorem, ꝙ sæpe iã animi intentione dixi esse firmandam, ĩ omni genere se ęquabilẽ ꝓbeat.

Sæpe enim multi, qui aut propter uictoriæ cupiditatem, aut propter gloriæ, aut etiam ut ius suum & libertatẽ tenerent, tuerentur, uulnera exceperũt fortiter, & tulerunt• ijdem omissa contentione, dolorẽ morbi ferre non possunt. Neq;.n. illũ, quẽ facile tulerũt, rõne aut sapiẽtia tulerunt, sed studio potius, & gloria.

*Itaq; Barbari quidam, & ĩmanes, ferro decertare acerrime possunt, ægrotare uiriliter non queunt. Græci autem

homines,non satis animosi,sed prudẽtes,ut est captus hominum, satis hostem aspicere non possunt. & ijdem, morbos toleranter atque humane ferunt. At Cimbri,& Celtiberi, in prælijs exultant, lamentantur in morbo. Nihil enim potest esse æquabile, quod non à certa ratione proficiscatur.
*Nam si omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæ honestatis causa faciam? non modo stimulos doloris,sed etiam fulmina fortunæ contemnamus, licebit. Hęc ex Secũdo,sequunť ex Tertio.

Ex libro Tertio de Tusculanis quæstionibus.

Quid'nam esse, Brute,causę putem,cur cum constemus ex animo & corpore, corporis curãdi tuendiq́ causa,quæsita sit ars eius atq; utilitas,Deorum immortalium inuentioni consecrata. animi autem medicina, nec tam desiderata sit, antequàm inuẽta. nec tam culta, posteaquàm cognita est. nec tam multis grata, & suspecta. pluribus etiam suspecta,& inuisa?an quod corporis grauitatem, & dolorem animo iudicamus, animi morbum corpore nõ sentimus?Ita fit,ut anim⁹ de se ipse tũ iudicet,cũ ipsũ,q̃d iudicať, ęgrotet.

Quod si tales nos natura genuisset, ut eã ipsam intueri & perspicere, eadẽq; optima duce, cursum uitę cõficere possemus, haud erat sanè, quod quisquã rationem ac doctrinam requireret, cũ natura sufficeret. nunc uero paruulos nobis dedit igniculos; quos celeriter malis moribus opinionibusq; deprauatis sic restinguimus, ut nusquam naturæ lumen appareat. Sunt enim ingeniĳs nostris semina innata uirtutũ, quę si adolescere liceret, ipsa nos ad beatã uitam natura perduceret. Nunc autem simul atq; editi in lucem, & sucepti sumus, in omni continuo prauitate, et in summa opinionum peruersitate uersamur, ut pene cum lacte nutricis errorem suxisse uideamur. Cum uero parẽtibus redditi, uel magistris traditi sumus, tum ita uariĵs imbuimur erroribus, ut uanitati ueritas, & opinioni cõfirmatæ natura ipsa cedat. Accedunt etiam Poetæ, qui cum magnam speciẽ doctrinæ, sapientiæq; præ se tulerint, audiuntur, leguntur, ediscuntur, & inhæréscunt penitus in mentibus. Cũ uero accedit eodem quasi maximus quidam magister, Populus, atque omnis

undiq; ad uitia cōſentiens multitudo, tum plane inficimur opinionum prauitate, à naturaq́; ipſa deſciſcimus ut nobis optimam naturam inuidiſſe uideantur, qui nihil melius homini, nihil magis expetendum, nihil præſtantius honoribus, imperijs, populari gloria iudicauerunt. Ad quam fertur optimꝰ quiſq;, ueramq́; illam honeſtatem expetens, quā una natura maxime inquirit. in ſumma inanitate uerſatur, conſectaturq́; nullam eminentem effigiem uirtutis, ſed adumbratam imaginem gloriæ. Eſt enim gloria, ſolida quædā res, & expreſſa, non adumbrata. ea eſt conſentiēs laus bonorum, incorrupta uox bene iudicantiū de excellente uirtute. ea uirtuti reſonat, tanquam imago gloriæ. quæ quia recte factorū plerunq; comes eſt, non eſt à bonis uiris repudianda. Illa autem, quę ſe eius imitatricē eſſe uult, temeraria atq; inconſiderata, & plerunq; peccatorū uitiorumq́; laudatrix, fama popularis, ſimulatione honeſtatis, formā eius pulchritudinēq́; corrumpit. Qua cæcitate homines, cum quædā præclara etiam cuperent, eaq́; neſcirent, nec ubi, nec

qualia essent funditus alij euerterunt suas ciuitates·alij,ipsi occiderunt·atq; hi quidem optima petentes, non tam uoluntate, q̃ cursus errore falluntur· Quid,qui pecuniæ cupiditate, qui uoluptatum libidine feruntur·quorũ'que ita perturbantur animi, ut non multũ absint ab insania, quod insipientibus cõtingit·omnibus his,nulla'ne est adhibenda curatio? Vtrum, quod minus noceant animi ægritudines, q̃ corporis? An,quo'd corpora curari possint,animorũ medicina nulla sit? at et morbi pniciosiores,pluresq; sũt animi,q̃ corporis.hi.n.ipsi odiosi sũt, q ad animũ pertinent,eumq; solicitant.

Animusq; æger, ut ait Ennius, semper errat,neq; pati neq; perpeti potest, cupere nunquam desinit.

*Quibus duobus morbis ,ut omittam alios,ægritudine,& cupiditate,qui tan dẽ possunt in corpore esse grauiores? Quî uero probari potest,ut sibi mederi animus non possit,cum ipse medicinam corporis,animũ inuenerit? Cũq; ad corporum sanationem, multum ipsa corpora,& natura,ualeant·nec omnes,qui curari se passi sunt, continuo

etiam conualescant·animi autem, qui se sanari uoluerunt, præceptis'que parentum paruerint sapientum, sine ulla dubitatione sanētur?

*Est profecto animi medicina, philosophia·cuius auxilium, non, ut in corporis moribus, petendum est foris omnibusq; opibus, uiribusq;, ut nosmet ipsi nobis mederi possimus, elaborandum est.

*Sanitatem enim animorum positā in tranquillitate quadam, cōstantiaq; cēsebant·his rebus mentem uacuam, appellarunt insaniam propterea quod in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse non possit.

*Minime, inquit, assentior his, qui istā nescio quā īdolētiā magnoperē laudāt· quæ nec potest ulla esse, nec debet.

*Illud quidē sic habeto, nisi sanatus animus sit, quod sine philosophia fieri nō pōt, finē miseriarū nullū fore.

Mun⁹ autē animi est, ratione bene uti. Et sapientis animus, ita semper affect⁹ est, ut ratione optime utatur. nunquā igitur est perturbatus.

*Cyrenaici, non oī malo ægritudinē effici censent, sed insperato, nec opinato

malo·eſt id quidem non mediocre, ad ægritudinem augendam·uidentur enĩ omnia repentina grauiora.
*Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum, lenit eorum aduentũ, q̃ ue-nientia longe ante uideris.
Anaxagorã ferunt nunciata morte filij dixiſſe, Sciebã, me genuiſſe mortalem· quæ uox, declarat ijs eſſe hæc acerba, quibus non fuerint cogitata · Ergo id quidem nõ dubium, quin omnia, quæ mala putantur, ſint improuiſa, grauiora.
*Itaq; quanquã non hęc una res, efficit maximam ægritudinẽ· tamen quoniã multum poteſt prouiſio animi, & præparatio, ad minuendum dolorẽ, ſint ſẽper omnia homini meditata· Et nimirum hæc eſt illa præſtans, & diuina ſapientia· & perceptas penitus, et pertractatas res humanas habere·nihil admirari, cum acciderit·nihil anteq̃ euenerit, non euenire poſſe arbitrari.
Quamobrem omnes, cum ſecundæ res ſunt maxime, tũ maxime
Meditari ſecũ oportet, quo pacto aduerſam ęrũnam ferant.
Pericla, dãna, exilia, peregre rediens ſem

per cogitet.
Aut filij peccatũ, aut uxoris mortẽ, aut morbũ filiæ.
Cõmunia esse, hæc fieri posse, utneqd animo sit nouũ.
Quicquid pręter spẽ eueniat, oẽ id deputare esse in lucro:
*Ergo hoc Terentius à philosophia sũptum, cũ tam commode dixerit. nos è quorũ fontibus id haustũ est, nõ & dicemus hoc melius, & constantius sentiemus? Hic est enim uultus ille semp idẽ, quem dicitur Xanthippe prædicare solita in uiro suo fuisse Socrate, Eodem uultu semper se uidisse exeuntem illum domo, & reuertentẽ.
*Quare accipio equidem à Cyrenaicis hęc arma, contra casus, et euent9. qbus eorum aduenientes impetus diuturna præmeditatione frangantur. simul'que iudico, malum illud, opinionis esse, nõ naturæ. si enim in re essent, cur fierent prouisa leuiora? Nihil est enim, quod tam obtundat, leuetq́ ægritudinem, q̃ perpetua in omni uita cogitatio. nihil esse, quod accidere non possit, q̃ meditatio conditionis humanæ. q̃ uitæ lex, commentatio'que parendi. quæ non

hoc affert, ut ſemper mœreamus, ſed ut nonnunquam. Neque enim qui rerum naturam, qui uitæ uarietatẽ, qui imbecillitatem generis humani cogitat, mœret, cum hoc cogitat, ſed tũ uel maxime ſapientiæ fungitur munere. Vtrunq; enim conſequitur, ut & conſiderandis rebus humanis proprio philoſophiæ fruatur officio: & aduerſis caſibus, triplici conſolatione, ſanetur. primum, quod facilius fert, cum accidit, quod poſſe accidere diu cogitauerit. q̃ cogitatio, una, maxime moleſtias omnes extenuat, & diluit. * deinde, quod humana ferenda intelligit. Poſtremo, quod uidet nullum malum eſſe, niſi culpam. culpam autem nullam eſſe, cum id quod ab homine non potuerit præſtari, euenerit.

Quid eſt nequi⁹, aut turpius effœminato uiro?

*Quid enim laboro, niſi ut ueritas in oĩ quæſtione explicetur?

Quanquam hoſtium repentinus aduẽtus magis aliquando conturbat, q̃ expectatus. & maris ſubita tempeſtas, q̃ ante prouiſa terret nauigantes uehementius. & eiuſmodi ſunt pleraq;. Sed

cum diligēter nec opinatorꝝ naturā cō
sideres,nihil aliud reperies,nisi oīa su-
bita uideri maiora,*& quidē ob duas
cās.primū,qd̄ quanta sint,q̄ accidunt,
considerandi spatium non dat᷑·deinde,
cū ur̄ p̄caueri potuisse,si ꝓuisū esset,q̄si
culpa cōtractū malū, ęgritudinē acrio
rem facit.

Sensim enim & pedetentim progrediēs
extenuatur dolor,non quo ipsa res im
mutari soleat,aut possit·sed id quod ra
tio debuerat, usus docet,minora esse,
ea quæ sint uisa maiora.Atqui tolera-
bilius feret incōmodum,qui cognoue
rit homini necesse esse, tale quid ac-
cidere.

*Nā aut de ipsius rei natura q̄lis,et q̄ꝫta
sit,q̄rimꝰ,ut de pauptate nōnunq̄ꝫ,cu-
ius onꝰ disputādo leuamꝰ,docentes q̄ꝫ
parua,et q̄ꝫ pauca sint,q̄ natura deside
ret·aut a disputandi subtilitate, orōnē
ad exempla traducimus.Hic Socrates
cōmemoratur,hic Diogenes·hic Cæci
lianum illud,

Sæpe est ēt sub palliolo sordido sapiētia
* Ita fit sensim cogitantibus,ut quā-
tum sit emētita opinio, appareat·Atq;
hoc idē et Telamō ille declarat,ego cū

genui moriturum sciui. Et Theseus, futuras mecum commentabar miserias. Et Anaxagoras, Sciebam, me genuisse mortalem. Hi enim omnes diu cogitãtes de rebus humanis, intelligebãt eas nequaquã pro opinione uulgi extimescendas.

*Itaq; dicuntur nonnulli ĩ mœrore, cũ de hac cõmuni hominum conditione audiuissent, ea lege esse nos natos, ut nemo in perpetuum esse posset expers mali, grauius etiam tulisse. Quocirca Carneades, ut uideo nostrũ scribeř Antiochũ, reprehendere Chrysippum solebat, laudantẽ Euripideũ carmen illud.

Mortalis nemo est, quem nõ attingat dolor,

Morbusq;. Multi sunt humãdi liberi,

Rursus creandi. Mors que est finita omnibus.

Quę generi humano angorẽ nequicq; afferunt.

Reddenda est terræ terra. tũ uita oĩbus

Metenda, ut fruges, si iubet necessitas:

Itaq; & dolor corporis, cuius est morsus acerrimus, perfertur spe proposita boni. Et acta ætas honeste ac splendide, tantam affert cõsolationem. ut eos

qui ita uixerint, aut non attingat ægritudo, aut pleuiter pũgat animi dolor. Pueros uero, matres & magistri etiã castigare solent, nec uerbis solum, sed et uerberibus. siquid in domestico luctu hilarius ab his factum est, aut dictũ, plorare cogunt.

*Philosophi summi, nec dum tamen sapientiam consecuti, nondum intelligunt in summo se malo esse. sunt enim insipientes. neq; insipientia ullum maius malum est, neq; tamen lugent. qd ita? quia huic generi malorum non affingitur illa opinio, rectum esse, & æquum, & ad officiũ pertinere, ægre ferre, quod sapiens nõ sis. quod idẽ affingimus huic ægritudini, in qua luctus inest, quæ omniũ maxima est. Itaque Aristoteles ueteres philosophos accusans, qui existimauissent philosophiã suis ingenijs esse perfectam. ait eos aut stultissimos, aut gloriosissimos fuisse. sed se uidere, quod paucis annis magna accessio facta est, breui tẽpore philosphiã plane absolutã fore.

Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, q̃ ceruis, & cornicibus uitã diuturnã, quorũ id nihil interesset. ho

minibus,quorꝫ maxime interfuiſſet,tā exiguā uitā dediſſet, quorꝫ ſi ętas eſſe potuiſſet lōginquior, futurū fuiſſet,ut oībus pfecta artibus,omniq́ꝫ doctrina hominum uita redderetur·quęrebatur igitur ſe tunc,cum uidere cœpiſſet,extingui.

*Quid ex cæteris philoſophis?nō'ne optimus,& grauiſſimus quiſqꝫ confitetur,multa ſe ignorare, & multa ſibi etiam atque etiam eſſe diſcenda? de cuius cōmutata mente ſic dicitur,

Nec uero tanta præditus ſapientia
Quiſquam eſt, qui aliorum ærumnam dictis alleuans,
Non idem,cū fortuna mutata impetū
Cōuertat·clade ui ſubita frangatur ſua,
Vt illa ad alios dicta,et pcepta excidāt:

Prǽclarum illud eſt,& ſi quęris,rectum quoqꝫ, et uerum,ut eos qui nobis chariſſimi eſſe debeant, æque ac nosmet ipſos amemus·at uero plus fieri nullo pacto poteſt. Ne optandum quidē eſt in amicitia,ut me ille plus, qꝫ ſe amet· & ego illū plus, qꝫ me perturbatio uitę,ſi ita ſit,atqꝫ officiorū omniū conſequatur·ſed de hoc alias.

Eſt enim proprium ſtultitię,aliorū uitia

cernere, obliuisci suorū.

*Hæc igitur officia sunt consolantium tollere ęgritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quàm plurimū, aut supprimere: nec pati, manare longius, aut ad alia traducere.

*Sunt, qui unum officium consolantis putent, malum illud omnino non esse, ut Cleanthi placet: sunt, qui non magnum malum ut Peripatetici sunt: qui abducunt à malis ad bona, ut Epicurus. Sunt, qui satis putant ostendere, nihil inopinati accidisse, nihil mali. Chrysippus autem, Caput esse censet in consolando, detrahere illam opinionem mœrenti, si se officio fungi putet iusto atque debito. Sunt etiam, qui hęc omnia genera consolandi colligunt: alius enī alio modo mouetur, ut ferè nos omnia in consolationem unā cōiecimus: erat enim in tumore animus, et omnis in eo tentabatur curatio: sed sumendū tēpus non minus in animorū morbis, quàm in corporū.

*Magnum opus est, probare mœrenti, illum suo iudicio, & quod se ita putet oportere facere, mœrere. Nimirum igitur, ut in causis nō semp utimur co-

dem ſtatu, ſic enim appellamus cõtro-
uerſiarũ genera· ſed tempus, ad contro-
uerſiæ naturam, ad perſonã accõmoda-
mus, ſic in ægritudine aliena· Nã quã
quiſq; curationẽ recipit, uidendũ eſt.
Quid autem præclarũ, non idẽ arduũ?
ſed tamen id ſe effecturã philoſophia
profitetur, nos modo curationẽ ei9 re-
cipiamus· Hæc ex Tertio, ſequuntur
ex Quarto.

Ex quarto libro de Tuſculanis quæſtionibus.

Natura enim omnes ea, quæ noua uidẽ-
tur, ſequunẽ, fugiuntq́; contraria. Quã-
obrem ſimul obiecta ſpecies cuiuſpiã
eſt, quod bonũ uidetur, ad id adipiſcen-
dum impellit ipſa natura· id cum con-
ſtanter prudenterq́; fit, eiuſmodi appe-
titionẽ, Stoici βούλησιν appellant, nos
appellamus uoluntatem· Eam illi pu-
tant in ſolo eſſe ſapiente, quam ſic defi-
niunt, uoluntas eſt, quæ quid cum ra-
tione deſiderat. Quæ autem aduerſus
rationem incitata eſt uehementius, ea
libido eſt, uel cupiditas effrenata, quæ
in omnibus ſtultis inuenitur. Itemq́;
cum ita mouemur, ut in bono ſimus
aliquo, dupliciter id contingit· Nã cũ
ratione animus mouetur placide atq;

constanter, tum illud, gaudium dicit. Cum autem inaniter, & effuse animus exultat, tũ illa lætitia gestiens, uel nimia dici potest. quã ita definiunt, sine ratione animi elationem. Quoniamq; ut bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus. quę declinatio, si cũ ratione fiet, cautio appellatur. eaq; intelligitur in solo esse sapiente. q̃ autẽ sine ratione, & cũ examinatione humilitateq; fracta nominetur metus.

*Omnium autem perturbationũ fontẽ esse dicunt intẽperantiam, quæ est à tota mente & à recta ratione defectio. sic auersa præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec cõtineri queant. Quemadmodum igitur tẽperantia, sedat appetitiones, & efficit ut hæ recte rationi pareant, cõseruat considerata iudicia mẽtis. sic huic inimica intẽperantia, omnẽ animi statum inflãmat, conturbat, incitat. Itaq; & ægritudines, & metus, & reliquæ perturbationes omnes gignuntur ex ea. Omnibus enim, quibus mens abhorret à ratione, semp aliquis alĳs dolor, alĳs terror impendent.

*Quod nisi eo nomine uirtutes contine

rētur, nunq̄ illud ita puulgatū eſſet, ut iā prouerbij locū obtineret, hominem frugi·quod idem cum Stoici de Sapiēte dicunt, nimis admirabiliter, nimisq́ magnifice dicere uidētur. Ergo is quiſquis eſt qui moderatione & conſtantia polleat, quietus animo eſt, ſibiq́ ipſe placatus·ut neq̄ tabeſcat moleſtijs, neq̄ frangatur timore·nec ſitienter qd expetens ardeat deſiderio, nec alacritate futili geſtiēs, deliqueſcat·is ē ſapiēs, quē quęrimus. Is eſt beatus, cui nihil humanarum rerū aut intolerabile ad demittendū animū, nimis lętabile ad efferendū uideri poteſt.

Quid enim uideatur ei magnum in rebus humanis, cui ęternitas omnis totiusq́ mundi nota ſit magnitudo? Nā quid aut in ſtudijs humanis, aut in tā exigua breuitate uitæ magnum ſapienti uideri poteſt? qui ſemper animo ſic excubat, ut ei nihil improuiſum accidere poſſit, nihil inopinatū, nihil omnino nouū·Atq̄ idē ita acrē ī oēs ꝑtes aciē intendit, ut ſemper uideat ſedē ſibi ac locum ſine moleſtia atq̄ angore uiuendi·ut quēcunq̄ caſum fortuna inuexerit, hunc aperte & quiete ferat·qđ

qui faciet,non ęgritudine solum uacabit,sed etiam perturbationibus omnibus reliquis , his autem uacatus animus,perfecte atq; absolute beatos efficit·Idemq; cōcitatus & abstractus ab integra certaq; ratione,non constantiā solū amittit,ueūetiā sanitatem.

*Cui non sunt auditæ Demosthenis uigilię? qui Dolere se aiebat, siquando opificū antelucana uict⁹ esset īdustria:

*Ipsam ęgritudinē,quā nos ut tetrā, & īmanem belluam fugiendam esse diximus,non sine magna utilitate à natura dicunt constitutam·ut omnes castigationibus,teprehensionibus, ignominījs affici se in delicto dolerent.

Impunitas enim peccatorum data uidetur eis,qui & ignominiā,& infamiā ferunt sine dolore·Morderi est melius conscientia.

*Reliqs quoq; ptes ęgritudinis utiles esse dicūt·misericordiā , ad opē ferēdā, et calamitates hominū indigorū subleuādas·Ipsū illud ęmulari,obtrectarī , nō ēe ïutile·cū aut se non idē uideat cō secutū,qđ aliū,aut aliū qđ se.Metū uero siquis sustulisset,omnem uitæ diligētiā sublatā fore· quæ summa esset in

eis,qui leges,qui magiſtratus·qui pau pertatem,qui ignominiam qui mortẽ, qui dolorem timerent·Hæc tamen ita diſputant, ut reſecanda eſſe fateamur: euelli penitus dicant·nec poſſe, nec opus eſſe,ut in omnibus ferè rebus mediocritatem eſſe optimã exiſtiment.

*Vide ne fortitudo minime ſit rabioſa: ſitq́ iracundia tota leuitatis.

Neq; eſt enim ulla fortitudo,quę rationis eſt expers. Contemnendę res humanę ſunt,& iniuria·Negligẽda mors eſt·Patibiles,& dolores,& labores pu tandi·Hęc cum conſtituta ſint iudicio; atq; conſtanti ſententia·tum eſt robuſta illa,et ſtabilis fortitudo.niſi forte q̃ uehementer,acriter,animoſe fiunt,iraunde fieri ſuſpicamur.

Vtile eſt enim,uti motu animi, qui uti ratione non poteſt.

Non enim ſuſcipere ipſi ęgritudines pro pter alios debemus·ſed alios,ſi poſſumus,leuare ęgriudine.

*Eſt enim quędam medicina certe,nec tam fuit hominum generi infenſa atq; inimica natura,ut corporibus tot res ſalutares,animis nullam inuenerit·de quibus hoc etiam eſt merita melius, quod

quód corporũ adiumenta adhibentur extrinſecus, animorũ ſalus inclusa in his ipſis eſt·ſed quo maior eſt in eis p̃ſtantia, & diuinior, eo maiore indiget diligẽtia. Itaq; bene adhibita ratio cernit, quid optimum ſit, neglecta, multis implicatur erroribus.

*Conſtantem enim uolumus, quendã ſedatum, grauem, humana omnia p̃mentem, illum eſſe · quẽ magnanimũ, & fortem uirum dicimus. Talis autẽ, nec mœrens, nec timens, nec cupiens, nec geſtiens eſſe quiſquam poteſt·eorũ enim hæc ſunt, qui euentus humanos ſuperiores, q̃ ſuos animos eſſe dicũt· Quare omnium philoſophorum, ante dixi, una ratio eſt medẽdi·ut nihil, q̃le ſit illud, quod perturbet animum, ſed de ipſa perturbatione dicendum. Itaq; primum in ipſa cupiditate, cum id ſolũ agitur, ut ea tollatur·non eſt q̃rendum, bonũ illud, nec'ne ſit, quod libidinem moueat·ſed libido ipſa tollenda eſt·Vt ſiue quod honeſtum eſt id ſit ſummum bonum·ſiue uoluptas, ſiue horum utrunq; coniunctum · ſiue illa tria genera bonorum, tamẽ etiam ſi uirtutis ipſius uehementior apppetitus

sit. eadem sit omnibus ad deterrēdum adhibenda oratio. Continet autem sedationem omnē animi, humanā in conspectu posita natura. quæ quo facilius expressa cernatur, explicanda est orationis cōmunis conditio, lex'que uitę. Itaq; nō sine causa, cū Orestem fabulam doceret Euripides, primos treis uersus reuocasse dicitur Socrates.

Neq; tam terribilis ulla fandi ratio est,
Neq; fors, neq; ira cœlitum inuectum malum,
Quod nō natura humana patiēdo ferat:

Est autem utilis ad persuadendum ea, q̄ acciderint, ferri & posse & oportere, enumeratio eorum, qui tulerunt.

Sint sane' ista bona, quę putantur, honores, diuitiæ, uoluptates, & cętera. tamē in eis ipsis potiēdis exultans, gestiēsq; lætitia, turpis est. Vt si ridere concessum sit, uituperetur tamen cachinnatio. Eodem enim uitio est, effusio animi in lætitia. quo, in dolore contractio. Eademq; leuitate cupiditas est, in appetē do. qua lætitia, in fruendo. Et ut nimis afflicti molestia, sic animi elati lætitia, iure iudicantur leues.

*Et cum inuidere, ægritudinis sit. malis

autem alienis uoluptatem capere, lætitiæ utrunque imanitate quadam proponenda castigari solet. Atque ut confidere decet, timere non decet · sic quidē gaudere decet, lætari non decet · Et ut turpes sunt, qui se efferunt lętitia tum, cum fruuntur Veneris uoluptatibus · sic flagitiosi, q eas inflammato animo concupiscunt.


*Totus uero iste, qui uulgo appellatā amor, nec Hercule inuenio, quo nomine alio possit appellari, tantæ leuitatis est, ut nihil uideā, qđ putē conferendū.

*O præclaram emendatricem uitæ Poeticam, q̄ amorē, flagitij & leuitatis authorem in concilio deorum collocandum putet · de comœdia loquor, quæ si hæc flagitia non probaremus, nulla esset omnino.

*Bene igitur Ennius, flagitij principiū est, nudare inter ciues corpora:

*Vt Alexādrū regē uidem⁹, q cū interemisset Clytū familiarē suū, uix à se manus abstinuit, tāta uis fuit pœnitendi.

*Ergo ut cōstātia, sciētię · sic pturbatio, erroris est · Qui autem natura dicuntur iracundi, aut misericordes, aut inuidi, aut tale quid · ij sunt eiusmodi cō



ſtituti, quaſi mala ualetudine animi, ſanabiles tamen·Vt Socrates dicitur, cum multa in conuentu uitia collegiſſet in eum Zopyrus, qui ſe naturã cuiuſq; ex forma perſpicere ꝓfitebatur, deriſus eſt à cæteris, qui illa in Socrate uitia non agnoſcerent · ab ipſo autem Socrate ſubleuatus eſt, cum illa ſibi ſigna ieſſe, ſed rõne à ſe deiecta diceret.

*Morte enim contempta, & dolore ad patiendum leuato, adiunximus ſedationem ægritudinis qua nullũ hoĩ maius malum eſt.

*Sed & ægritudinis, & reliquorum animi morborum una ſanatio eſt·omnes opinabiles eſſe, & uoluntarios ·eaq́; re ſuſcipi, quod ita rectum eſſe uideatur· hunc errorem, quaſi radicem omnium malorum, ſtirpitus philoſophia ſe extracturam pollicetur·dem⁹ igitur nos huic excolendos, patiamurq́; nos ſanari·ĳs enim malis inſidentibus, non modo beati, ſed ne ſani quidem eſſe poſſumus. Aut igitur negemus quicquã ratione confici, cũ contra nihil ſine rõne recte fieri poſſit · aut cũ philoſophia ex rationum collatione cõſtet, ab ea, ſi & boni, & beati uolumus eſſe, omnia ad-

iumenta & auxilia petamus bene beateq; uiuendi. Hęc ex Quarto, sequunt nunc ex Quinto, & ultimo libro.

Ex quinto libro de Tusculanis quæstionibus.

Placere enim tibi admodum sensi, & ex eo libro, quē ad me accuratissime scripsisti, & ex multis sermonib⁹ tuis, uirtutem ad beate uiuendum, se ipsa esse contentam· quod & si difficile est probatu propter tam uaria, & tam multa tormenra fortunę· tale tamen est, ut elaborandum sit, quo facilius probetur· nihil est enim omnium, quæ in philosophia tractantur, quod grauius magnificentiusq; dicatur· Nam cum ea causa impulerit eos, qui primi se ad philosophiæ studiũ contulerunt, ut omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo uitæ statu exquirendo collocarent; pfecto spe beate uiuendi, tantã in eo studio curam, operamq; posuerũt. Quod si ab ijs inuenta, & perfecta uirtus est, & si præsidij ad beate uiuendum in uirtute satis est· quis est, qui non præclarã & ab illis positã, & à nobis susceptã operam philosophãdi arbitretur? Sin autem uirtus subiecta sub uarios incertosq; casus, famula fortunæ est· nec tã

tarũ uiriũ eſt,ut ſeipſa tueatur·uereor, ne non tam uirtutis fiducia,nitendum nobis ad ſpē beate uiuendi,q̃ uota facienda uideantur.

Sed in hoc me ipſe caſtigo,quo'd ex aliorum, & ex noſtra fortaſſe mollitia· non ex ipſa uirtute,de uirtutis robore exiſtimo·Illa enim,ſi modo eſt ulla uirtus,quā dubitationem auunculus tu9, Brute,ſuſtulit,omnia,quę cadere in hominem poſſunt,ſubter ſe habet·eaq́ deſpiciens,caſus contēnit humanos·culpaq́ omni carens, præter ſeipſam,nihil cenſet ad ſe pertinere. Nos autē omnia aduerſa,tum uenientia metu augētes,tum mœrore præſentia ·rerum naturam, q̃ errorem noſtrum damnare malumus.Sed & huius culpæ,& cæterorum uitiorũ,peccatorumq́ noſtrorũ omnis à philoſophia petēda correctio eſt·cuius in ſinum cum à primis temporibus ætatis nr̄a uoluntas ſtudiũq́ compuliſſet,ĳs grauiſſimis caſibus in eũdem portum,ex quo eramus greſſi, magna iactati tempeſtate cõfugimus. O uitæ, philoſophia , dux . ô uirtutis indagatrix expultrix'que uitiorum · quid non modo nos,ſed omnino uita

hominum sine te esse potuisset? tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem uitæ conuocasti · tu eos inter se primo domiciliis, deinde coniugiis, tum literarum & uocum communione iūxisti · tu inuentrix legum, tu magistra morum & disciplinæ fuisti · Ad te cōfugimus, à te opem petimus. tibi nos, ut antea magna ex parte · sic nunc penitus, totos'que tradimus. Est autem unus dies bene ex præceptis tuis actus, penè toti immortalitati anteponendus · cuius igitur potius opibus utamur, quàm tuis · quæ & uitæ tranquillitatem largita nobis es, & terrorē mortis sustulisti?

*At philosophia quidem, tātum abest, ut proinde, ac de hominum est uita merita, laudetur · ut à plerisque neglecta, à multis etiā uituperetur. Vituperare quisquā, inquàm, uitæ parentem, & hoc parricidio se inquinare audet? & tam impie ingratus esse, ut eam accuset? quam uereri deberet, etiam si minus percipere potuisset. Sed ut opinor, hic error, & hæc indoctorum animis offusa caligo est, quod tam longe retro aspicere non possunt · nec eos à quibus uita hominū

instructa primis sit,philosophos arbitrantur. Quam rem antiquissimam cũ uideamus,nomen tamen confitemur esse recens. Nam sapientiam quidẽ ipsam quis negare potest, non modo re esse antiquam, uerum etiam nomine? q̃ diuinarum, humanarumq́ rerum, tũ initiorum,causarumq́, cuiusq; rei cognitione hoc pulcherrimũ nomẽ apud antiquos assequebatur.

Quia motus turbulenti, iactationesq́ animorum incitatæ impetu inconsiderato elatæ,rationem omnium repellentes, uitæ beatę nullã partẽ relinquũt. Quis enim potest mortem, aut dolorẽ metuẽs, quorum alterum semper adest,alterum semper impendet, esse non miser? Quid si idem,quod plerunq; fit, paupertatẽ,ignominiam,infamiam timet, si debilitatem,cæcitatem, si deniq; quod non singulis hominibus, sed potentibus populis sæpe contingit, seruitutem, potest ea timens,esse quisquam beatus? Quid,qui non modo ea futura timet, uerũ etiam fert,sustinetq́ pręsentia, adde eodem exilia, luctus, orbitates, qui rebus ijs fractus, ęgritudine etiam eliditur,potest tandem esse miseri

mus? Quid uero illum, quem libidinibus inflãmatum & furentem uidem? omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate, quoq́ affluẽtius uoluptates undiq; hauriat, eo grauius ardentiusq́ sitientem, non'ne recte miserrimum dixeris? Quid elatus ille leuitate, inaniq́ lętitia exultans, & temere gestiens non'ne tanto miserior, quanto sibi uidet beatior? Ergo ut hi miseri, sic contra illi beati, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullę libidines incitãt, nullæ futiles lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt uoluptatibus.

Quod si est, qui uim fortunæ, qui omnia humana, q̃ cuiq; accidere possunt, tolerabilia ducat ex quo nec timor eũ nec angor attingat, idemq́ si nihil concupiscat, si nulla efferatur animi inani uoluptate, quid est, cur is non beatus sit? & si hæc uirtute efficiuntur, qd est, cur uirtus ipsa per se, non efficiat beatos?

Caue enim, putes ullam in Philosophia uocẽ emissam clariorẽ, nullum'ue esse philosophię promissum uberius, * aut maius, * nam quid profitetur, ô Dĳ bo-

ni perfecturam se eum, qui legib⁹ suis paruisset, ut esset contra fortunam semper armatus, ut omnia præsidia haberet in se bene beateq; uiuēdi, ut esset sēper deniq; beatus.

*Nam & qui beatus est, non intelligo, quid requirat, ut sit beatior. Si est enī quiddam, quod desit, ne beatus quidē est. Et quod ex maiore parte unāquamque rē appellari spectariq; dicunt, est, ubi id isto modo ualeat.

*Vexatur idē Theophrastus, & libris, & Scholis omniū philosophorū, qđ in Callisthene suo laudarit illā sententiā. Vitam regit fortuna, non sapientia. negāt, ab ullo philosopho quicquā dictū esse languidius.

Neq;.n. unquam finem īueniret libido.

Acute autem disputantis illud est, non quid quisq; dicat, sed quid cuiq; dicendum sit, uidere.

Omnibus enim uirtutibus instructos & ornatos, tum sapientes, tum uiros bonos dicimus.

*Videamus, qui dicendi sint beati, equidē hoc existimo, qui sint in bonis, nullo adiuncto malo. Nec ulla alia huic uerbo, cū beatū dicimus, subiecta no-

tio est·nisi secretis malis omnibus, cumulata bonorũ complexio.

Non igitur ex singulis uocibus, philosophi spectandi sunt·sed ex perpetuitate, atq; constantia.

Rem enim opinor spectari oportere, nõ uerba.

*Ita prorsus existimo bonos, beatos·improbos, miseros·

Nã cui uiro, inquit, ex se ipso apta sunt omnia, quæ ad beate uiuendũ ferunt·*nec suspensa aliorum aut bono casu, aut contrario· pendere ex alterius euẽtis, & errare coguntur, huic optime uiuẽdi·Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens·hic & nascentibus, & cadẽtibus cum reliquis cõmodis, tum maxime liberis, parebit, & obediet præcepto illi ueteri·

Neq; enim lętabitur unquã, neq; mœrebit nimis.

Qui semp ĩ se ipse oẽm spẽ reponet sui.

*Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto, augustoq; fonte nostra omnis manabit oratio·Vnde igiť rectiꝰ ordiri possumꝰ, q̃ à cõi parẽte natura? q̃ qcqd genuit, nõ mõ aĩal, sed ẽt quod ita esset ortum è terra, ut stirpibus suis niteret,

in suo quodq; gñe pfectũ esse uoluit. *Vt bestijs aliud alij pręcipue à natura datum est, quod suũ quæque retinet, nec discedit ab eo · sic homini multo qddam præstantius, & si pręstantia debent ea dici, quæ habent aliquam comparationem. Humanus autem anim⁹, decerptus ex mente diuina cũ alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest · hic igitur si est excultus, & si eius acies ita curata est, ut ne cæcaretur erroribus, fit perfecta mens · id est absoluta ratio, quę est idẽ, quod uirtus. Et si omne beatũ est, cui nihil deest, & quod in suo genere expletum atq; cumulatum est, idq; uirtutis est proprium · certe omnes uirtutis cõpotes, beati sunt. *& hoc qdẽ mihi cũ Bruto conuenit, item cum Aristotele, Xenocrate, Speusippo, Polemone · sed mihi uidentur etiam beatissimi · Quid enim deest ad bene beateq; uiuendum ei, qui confidit suis bonis? aut cũ diffidit, beatus esse qui potest?

*Nihil. n. inueterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, quæ in uita beata consistunt · Nam qui timebit, ne quid ex his deperdat, beatus esse non

poterit·Volumus enim eum, qui beatus ſit, tutum eſſe, inexpugnabilem, ſeptum atq; munitum·nō ut paruo metu præditus ſit, ſed ut nullo.

*Quid poteſt ad beate uiuēdum deeſſe ei, quem fortitudo ab ęgritudine, & à metu uindicet? temperantia tum à libidine auocet, tum inſolēti alacritate geſtire non ſinat?

*Solum igitur bonū, quod honeſtum· ex quo efficitur, honeſtate una uitam contineri beatam·Non ſunt igitur bona dicenda, nec habenda, quibus abundantem, licet eſſe miſerrimū. An dubitas, quin prętans ualetudine, uiribus, & forma, acerrimis integerrimisq; ſenſib⁹·adde etiam, ſi libet, pernicitatem, & uelocitatē·da diuitias, honores, imperia, opes, gloriā·ſi fuerit is, q hæc habet, iniuſtus, intemperans, timidus, hebeti ingenio atq; nullo·dubitabis'ne tu, eum miſerum dicere?

*Bonum igitur omne, laudabile·ex quo efficitur, ut quod ſit honeſtum, id ſit ſolum bonum·quod ni ita tenebimus, multa erunt, quę nobis bona dicenda ſint·Omitto diuitias, q̄s cū quis, q̄uis indignus habere poſſit, in bonis non

numero·Quod.n est bonũ, id nõ quis hr̃e põt·Omitto nobilitatẽ, famãq́ popularẽ, stultorum, ĩproborũq́ cõsensu excitatã·Hæc q̃ sunt minima, tamen bona dicantur, necesse est·Canididuli dentes, uenusti oculi, color suauis·& ea q̃ Euryclea laudat, Vlyssi pedes abluẽs, lenitudo orationis, mollitudo corporis·ea si bona dicemus, quid erit in phisophi grauitate, q̃ in uulgi opinione, stultorũq́ turba, quod dicatur aut grauius, aut grandius?

Sic princeps ille philosophię disserebat, Qualis cuiusq; animi affectus esset, talem esse hominẽ · qualis autem homo ipse esset, talem esse eius orationem·orationi autem similia facta, factis uitã: affectus autẽ animi, in bono uiro laudabilis·& uita igitur laudabilis boni uiri, & honesti·Ex quibus bonorum beatã uitã esse concluditur.

*Etenim prô Deorũ atq; hominum fidem, parum'ne cognitum est superioribus nostris disputationibus? an delectationis, & ocĳ consumendi causa locuti sumus, sapientem ab omni concitatione animi, quam pturbationẽ uoco, semper uacare, semper in animo e-

ius esse placidissimâ pace?

Vir igitur temperatus & constans, sine metu, sine ęgritudine, sine alacritate ulla, sine libidine non'ne beatus? *at semper sapiens talis, semper igitur beatus. Iam uero quî potest uir bonus nõ ad id, quod laudabile sit, omnia referre, quæ agit, quę'que sentit? refert autem omnia ad beate uiuendũ. Beata igitur uita, ladabilis. Nec quicquam sine uirtute, laudabile. Beata igitur uita, uirtute conficitur.

*At nos uirtutem semper liberam uolumus, semper inuictam. quæ nisi ita est, sublata uirtus est. Atqui si in uirtute satis est præsidiĵ, ad bene uiuendum, satis est etiam, ad beate. Satis est enim certe in uirtute, ut fortiter uiuamus. si fortiter, ẽt ut magno aĩo. & qdẽ ut nulla re unq̃ terreamur, sẽperq; sim⁹ inuicti. sequit̃, ut nihil pœniteat, nihil desit, nihil obstet. Ergo oĩa profluenter, absolute, prospere. igitur beate. Satis autẽ, ad fortiter uiuendũ uirtus potest. satis ergo etiam, ad beate. Etenim ut stultitia, & si adepta est, quod concupiuit, nunquam se tamen satis consecuturam putat; Sic sapientia, semper

eo contenta est, quod adest, neque enĩ unquam sui pœnitet.

Sic se res habet, te tua, me delectãt mea.

*Age confer Democritũ, Pythagorã, Anaxagorã·q̃ regna, quas opes studijs eorum & delectationibus antepones?

*Etenim quæ pars optima est in homine, in ea sitam esse necesse est, illud qđ quæris omniũ optimũ. Quid est aũt in homine, sagaci, ac bona mente melius? eius bono fruendum est, igitur, si beati esse uolumus. Bonum autẽ mentis, est uirtus· ergo hac beatam uitã cõtineri, necesse est. hinc omnia, quæ pulchra, honesta, præclara sunt, ut supra dixi· sed dicendum idẽ illud paulo uberius uidetur, plena gaudiorũ sunt. Ex perpetuis autem, plenisq; gaudijs, cũ perspicuum sit, uitã beatã existere· sequtur, ut ea existat ex honestate· Sed ne uerbis solum attingamus eã, quæ uolumus ostendere, proponenda quædã quasi mouentia sunt, quæ nos magis ad cognitionẽ, intelligentiamq; cõuertant· Sumatur enim nobis, quidam pręstans uir optimis artibus· isq; animo parumper, & cogitatione fingatur· primum ĩgenio eximio sit, necesse est· tar-

dis enim mentibus, uirtus non facile cõmittitur·deinde ad inuestigandã ueritatem studio incitato, ex quo triplex ille animi fœtus·unus, in cognitione rerum positus, & in explicatione naturæ·alter, in descriptione expetendarum, fugiendarumue rerũ·tertius, in iudicãdo quid cuiq; rei sit conueniens, quid repugnans·in quo inest tũ omnis subtilitas differendi, tum ueritas iudicandi·Quo tandem igitur gaudio affici necesse est sapientis animũ, cum his habitantem, pernoctantemq́ curis? ut cum totius mundi motus conuersionesq́ perspexerit, syderaq́ uiderit innumerabilia, cœlo inhærentia, cum eius ipsius motu congruere, certis infixa sedibus· septem alia, suos quæq; tenere cursus, multum inter se altitudine, aut humilitate distantia·quorum uagi motus, rata tamẽ, & certa sui cursus spatia definiant. horum nimirum aspectus, impulit illos ueteres, et admonuit, ut plura quærerent· Inde est indagatio nata initiorũ, & tanquam seminũ·unde essent oĩa orta, generata, concreta· queq́ cuiusq; generis, uel inanimi, uel animati·uel muti, uel loquẽtis origo·quæ ui-

ta,qs interitus · queq; ex alio in aliud uicissitudo,atq; mutatio. unde terra,et quibus librata ponderibus,quibus ca uernis maria sustineat·in qua oĩa dela ta grauitate,medium mundi locũ sem per expetant,qui est idẽ infimus in ro tundo·Hæc tractanti animo,& noctes & dies cogitanti existit illa à Deo Del phis præcepta cognitio,ut ipsa se mẽs uitijs exutam cognoscat, coniunctãq; cũ diuina mente se sentiat,ex quo insa tiabili gaudio compleatur.Ipsa.n.cogi tatio de ui,& natura Deorũ, studium incendit illius æternitatis imitãdæ·Ne que se in breuitate uitæ collocatã pu tãt cũ rerũ causas alias ex alijs aptas, & necessitate nexas uidet·à quibus ab æterno tempore fluentibus in eternum ratio tamen,mensq; moderatur·hæc il le intuens,atq; suspiciẽs·uel poti9 om nes partes,horasq; cicunspiens· quan ta rursus animi tranquillitate, huma na,& citeriora considerat.

*Dolor esse uidetur acerrimus, uirtuti acerrimus· is ardentes faces intẽtat·is fortitudinẽ,magnitudinẽ,animi,patiẽ tiã se debilitaturũ minat· huic igit suc cũbet uirt9;huic beata sapiẽtis,et cõstã

tis uiri uita cedet?ꝗ turpe,ô Dij boni.
Nunquam natura mos uinceret,eſt enī
ea ſemper inuicta ·* ſed nos umbris,
delicijs,ocio,languore , deſidia animū,
infecimus opinionibus, malo'que mo
re delinitum molliuimus.Aegyptiorū
morem quis ignorat? quorū imbutæ
mentes prauitatis erroribus,quamuis
carnificinā pri9 ſubierint, ꝗ ibim , aut
aſpidē,aut felem,aut carnem ,aut cro-
codilum uiolent·quorū etiā ſi impru-
dentes quidpiā fecerint, pœnam nullā
recuſent·de hominibus loquor.
*Dabit,dabit,inquā,ſe in tormenta ui-
ta beata:nec non iuſtitiam,temperan-
tiam,in primisq́ fortitudinem, animi
patientiam proſecuta,cum tortoris os
uiderit , conſiſtet · uirtutibus'que om
nibus ſine ullo animi terrore ad cru-
ciatum profectis reſiſtet extra fores,
ut ante dixi,limenq́ carceris quid enī
ea fœdius , quid deformi9 ſola relicta
comitatu pulcherrimo ſegregata?quod
tamen fieri nullo pacto poteſt. Nec
enim uirtutes , ſine beata uita cohæ-
rere poſſunt . nec illa ſine uirtutibus.
itaque eam tergiuerſari non ſinent, ſe-
cum'que rapient , ad quemcunq; ipſæ

dolorem cruciatūq; ducentur·Sapientis est enim proprium, nihil quod pœnitere possit, facere·nihil inuitū·splendide, constanter, grauiter, honeste omnia·nihil ita expectare, quasi certe futurum. nihil, cum acciderit, admirari·ut inopinatum, aut nouū accidisse uideatur·omnia ad suū arbitriū referr̄, suisq; stare iudicijs·quo quid sit beatius, mihi certe in mentem uenire nō pōt.

*Stoicorū quidem facilis conclusio est, qui cū finem bonoꝝ esse senserint, cōgruere naturæ, cum que ea conuenienter uiuere·cum id sit in sapiente situm, non officio solum, uerumetiā potestate sequatur, necesse est·ut cuius in potestate, summū bonū·in eiusdē, uita beata sit·Ita fit semper beata uita sapiētis.

*Vtamur igitur libertate, qua nobis solis ī philosophia licet ut i, quorum oratio, nihil ipsa iudicat·sed habetur ī omnes partes, ut ab alijs possit ipsa ꝑ sese, nulli⁹ authoritate adiuncta iudicari.

*Rrliquis quidem licet facere id, quod ferè faciūt, ut grauitatē, dignitatēq; uirtutis exaggerent·quā cū ad cœlum extulerint, quod facere eloquentes hoīes copiose solent, reliqua ex collatione fa

cile est,cõterere,atq; contẽmnere · Nec
· n. licet ijs,qui laudẽ cũ dolore petendam
esse dicũt,negare eos esse beatos,
qui illam adepti sunt. Quanquã enim
sint in quibusdã malis,tamen hoc nomen
beati longe,et late patet· Nã ut q̃stuosa
mercatura,fructuosa oratio dicitur·non
si altera semper omni dãno,
altera oĩs tempestatis calamitate semp
uacet,sed si multo maior·ex parte extat
in utraq; felicitas·Sic uita nõ solũ
si undiq; referta bonis est· sed si multo
maiore & gtauiore ex parte bona pro
pendent,beata recte dici potest· Sequetur
igitur horum ratione uel ad supplicium
beata uita uirtutẽ·cũq; ea descen
det ĩ taurũ,Aristotele ,Xenocrate,Speusippo
,Polemone , authoribus , nec eã
minimis blãdimẽtis corrupta deseret.
*Quis non paupertatẽ extimescit?neq;
tamen quisquã philosophorum·hic uero
ipse q̃ paruo est contentus ? nemo
de tenui uictu plura dixit . etenĩ q̃ res,
pecuniæ cupiditatẽ afferunt· ut amori,
ut ãbitioni,ut quotidianis sũptib9 copiæ
suppetarit·cũ procul ab ijs omnibus
reb9 absit,cur pecuniã magnopere
desideret,uel potius curet oĩno?

*Quid, quód ne mente quidē rectè uti possumus, multo cibo, & potione cōpleti? Est præclara Epistola Platonis ad Dionis propinquos, in qua scriptū est his ferè uerbis. Quò cū uenissem, uita illa beata, quæ ferebat plena Italicarum, Syracusanarūq́; mensarū, nullo modo mihi placuit. bis in die saturum fieri, nec unquam pernoctare solū, cæteraq́; quæ comitant huic uitę: in qua sapiēs nemo efficitur unquam, moderatus uero multo minus. quæ enim natura tā mirabiliter tēperari potest? Quomodo igitur iocunda uita potest esse, à q̄ absit prudētia, absit moderatio? Dies deficiet, si uelim paupertatis causam defendere, aperta. n. res est. Et quotidie nos ipsa natura admonet, q̄ paucis, q̄ paruis rebus egeat, quam ue ulibus. Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offensio sapientem, beatum esse prohibebit? uide, ne plus commendatio in uulgus, & hæc quæ expetitur gloria, molestiæ habeat, q̄ uoluptatis.

*Intelligendum est igitur, nec gloriam popularem ipsam per se expetēdā, nec ignobilitatē extimescendā. Veni Athe-

nas,inquit Democritus,necꝫ me quisquam ibi agnouit. Constantem hominem,& grauem, qui glorietur à gloria se abfuisse.

An tibicines, ijq́; qui fidibus utuntur, suo non multitudinis arbitrio cantus, modosq́; moderantur. Vir sapiēs multo maiore authoritate p̄ditus,nō quid uerissimū sit. sed qd uelit uulg⁹,exqret? *An quicquā stulti⁹,q̄ꝫ quos singulos, sicut operarios,Barbarosq́; contēnas eos aliquid putare esse,uniuersos? Ille uero,nostras ambitiones, leuitatesq́; cotēmnet. honoresq́; populi,etiam ultro delatos repudiabit. nos aūt eos ne scim⁹,anteq̄ꝫ pœnitere cœpit, cōtēnē̄r. *An hoc non ita fit oī in populo? nō'ne omnem exuperantiā uirtutis oderunt? Quid Aristides,malo enim Græcorū, q̄ꝫ nostra proferre. non'ne ob eam causam expulsus est patria, quod præter modum iustus esset? Quātis igitur molestijs uacant? qui nihil omnino cū populo contrahunt. Quid est enim dulcius ocio literato? ijs dico literis, quibus infinitatē rerum atq́ꝫ naturę. & in hoc ipso mundo,cœlum, terras,maria cognoscimus. Cōtēpto igitur honore,

contempta etiam pecunia·quid relinquitur,quod extimeſcendum ſit?Itaq; ad omnem rationem Teucri uox accõmodari poteſt,patria eſt,ubicunq; eſt bene.Socrates quidẽ,cũ rogaretur,cuiatem ſe eſſe diceret·Mundanum inqt, totius enim mundi ſe incolã,& ciuem arbitrabatur.

*Animus accipit,quæ uidemus·animo autem,multis modis uarĳſq; delectari licet,etiam ſi nõ adhibeatur aſpect⁹· Loquor autem de docto homine,& erudito·cui uiuere,eſt cogitare·Sapientis enim cogitatio,non fermè ad inueſtigandũ adhibet oculos aduocatos·

*Democritus luminibus amiſſis, alba ſcilicet,& atra diſcernere non poterat· at uero bona mala·æqua,iniqua·honeſta,turpia·utilia,inutilia·magna parua poterat.& ſine uarietate colorum,licebat uiuere beate·ſine notione rerũ,non licebat·Atq; hic uir, impediri animi etiam aciẽ aſpectu oculorum arbitrabatur.& cũ alĳ ſæpe,quod ante pedes eſſet,non uiderent·ille infinitatẽ oẽm peregrinabatur, ut nulla in extremitate conſiſteret.Traditũ eſt,etiã Homerũ cęcũ fuiſſe·at eius picturã nõ poeſim uidemus·

demus·Quæ regio,quæ ora, qui locus Grҿciҿ,q̃ ſpẽs formҿ,q̃ pugna quҿ acies quod remigiũ·qui motus hominũ,qui ferarum non ita expictus eſt·ut quҿ ip ſe non uiderit,nos ut uideremus, effecerit?quid ergo aut Homero ad delectationẽ animi,ac uoluptatẽ,aut cuiq̃ docto defuiſſe unquã arbitramur ? an niſi ita ſe res haberet,Anaxagoras, aut hic ipſe Democritus,agros,& patrimonia ſua reliquiſſent · huic diſcendi,q̃rendiq́ diuinæ delectationi toto ſe animo dedidiſſent ? Itaq́ augurẽ Tireſiã, quẽ ſapientẽ fingũt poetæ,nunquã inducunt deplorantẽ cæcitatem ſuam.

*Mihi quidem ſeruanda uidet̃ illa lex, quæ in Græcorũ conuiuijs obtinetur· Aut enim fruatur aliquis pariter cum Aut bibat,inquit, aut abeat· & recte· alijs uoluptate potandi,aut ne ſobrius in uiolentiam uiolentorũ incidat,ante diſcedat·Sic iniurias fortunҿ quas ferr̃ nequeas,diffugiendo relinquas.

*Hæc eadẽ quæ Epicurus totidẽ uerbis dicit & Hieronymus. Quòd ſi his philoſophis,quorũ ea ſententia eſt, ut uirtus p ſe ipſa nihil ualeat·oẽq́ qđ honeſtũ nos, & laudabile eſſe dicim⁹·id illi

cassum quiddã & inani uocis sono decoratum esse dicant, & tamen semper beatum esse censent sapientẽ· quid tandem à Socrate, & Platone perfectis philosophis faciendum putes? quorum aliis tãtam pręstantiam in bonis animi esse dicunt, ut ab his corporis externa obscurentur, alii autem, hæc ne bona quidem ducũt, in animo deponũt omnia. Quorum controuersiam solebat, tanquã honorarius Arbiter, iudicare Carneades. nam cum quęcunque bona, Peripateticis· eadem Stoicis, commoda uiderentur· neque tamen peripatetici, plus tribuerent diuitijs, bonę ualetudini, cæterisque rebus generis eiusdem, quàm Stoici· cum ea, re, non uerbis ponderarentur, causam esse desiderandi negabat. Et hęc sufficiant ex Quęstionibus Tusculanis.

MARCI TVLLII CICERONIS

Epitaphium, quod in statua eius perple xũ est, in Aede magni Iouis apud Tulliorũ monumentũ.

Hic iacet Arpinas, manibus tumulatus amici,
Qui fuit Orator summus, & eximius.
Quem nece crudeli mactauit ciuis, & hostis.
Nil agis Antoni, scripta diserta manent.
Vulnere nempe uno Ciceronem conficis, at te
Tullius æternis uulneribus lacerat.

Corpus in hoc tumulo magni Ciceronis humatum
Contegitur, claro qui fuit ingenio.
Quiq; malis grauis ultor erat, tutorq; bonorum.
Quo pene indigne consule, Roma perit.
Sed uigili cura detectis hostibus, urbem
Supplicioq; datis præstitit incolumem.

Eloquii Princeps, magnis mirabilis actis
Tullius, indigna cæde peremptus obit.
Sed terras omnes impleuit nomine claro,
Ingenium, cæso corpore, morte caret,
Viuit, & ingenij pollet uirtute per orbem
Ciuis, & hoc tumulo membra sepulta iacent.

Finis.

SENTENTIAE TERENTIANAE EX ANDRIA.

Ex Prologo.

Faciũt nę intelligẽdo, ut nihil intelligãt.
Dehĩc qeſcãt porrò moneo, et deſinant.
Maledicere, male facta ne noſcant ſua.

Actu Primo. Scena Prima.

Nam id arbitror
Adprime ĩ uita utile ẽe, ut neq̃d nimis.
Nanq; hoc tempore
Obſequiũ, amicos ueritas, odiũ patit.
Ita ut ingenium eſt omnium
Hominũ, à labore, ꝓcliue ad lubidinẽ.
Nã ſi illũ obiurges, uitę q auxiliũ tulit.
Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?
Mala mens, malus animus.

Scena ſecunda.

Omnes qui amant, grauiter ſibi dari uxorem ferunt.
Dauus ſum, nõ Oedipus.

Scena tertia.

Cui uerba dare, difficile eſt.

Scena quinta.

Facta, tranſacta omnia.
Aliquid monſtri alunt.
Dũ in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur.

Actu ſecundo. Scena prima.

Quæso Aedepol Carine,quoniã id fieri, quod uis non poteſt·uelis id
Quod poſſit.
Facile omnes cum ualemus,recta conſilia ægrotis damus.

Scena quinta.

Verũ illud ꝟbũ eſt,uulgo qđ dici ſolet,
Oẽs ſibi melius malle eſſe,q̃ alteri.

Actu tertio. Scena prima.

Fidelẽ haud fermè mulieri ĩuenias uirũ.
Nũc huiꝰ ꝑiculo fit,ego ĩ portu nauigo.

Scena tertia.

Amantiũ irę,amoris redintegratio eſt.

Actu quarto. Scena prima.

Hoccine credibile eſt,aut memorabile?
Tãta uęcordia innata cuiquã ut ſiet·
Vt malis gaudeat,atq; ex incõmodis.
Alterius ſua cõparet ut cõmoda ?

Scena ſecunda.

Valeant,
Qui inter nos diſſidium uolunt.
Non Apollinis magis uerum, atq; hoc reſponſum eſt.

Scena quarta.

Mirum uero impudenter mulier ſi facit meretrix?
*Fallacia
Alia aliam trudit.

Paulum interesse censes,ex animo oīa
Vt fert natura,facias,an de industria?

Scena quinta.

Vt quimus,aiunt,quando ut uolumus, non licet,

Actu quarto. Scena prima.

Vt beneficium uerbis initum dudum, nunc re comprobes.

Scena secunda.

Omnis res est iam in uado.

Scena tertia.

Pro magno pctō paululū supplicij satis est patri. *Scena quarta.*

Si mihi pergit,quæ uolt dicere · ea quæ non uolt,audiet.

Nodum in scirpo quæris.

Scena quinta.

Ego uitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror,
Quòd uoluptates eorum proprię sunt.
More hominum euenit,ut quod sim nactus mali,
Prius resciscerès,tu q̃ ego, qđ tibi euenit boni.
*Num ille somniat
Ea quę uigilans,uoluit?

Ex Eunucho. Actu primo. Scena prima.

Here,q̄ res in se neq; cōsiliū, neq; modū

Habet ullũ·eam cõsilio regerẽ nõ potes,
In amore hæc oĩa insunt uitia, iniuriæ,
Suspitiones, inimicitię, induciæ, (les
Bellũ, pax rursum ĩcerta hęc si tu postu
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm si des operã, ut cũ rõne insanias.

Scena secunda. (tis.

Accede ad ignẽ hũc, iã calesces plus sa-

Actu secundo. Scena prima.

*Eliciunda Hercle hæc mollities animi nimis me indulgeo.
*Stat sententia
Ex amore, ut non cognoscas eundẽ esse?

Scena secunda.

Dĳ ĩmortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens?
*Dĳ boni, quid hoc morbi est? adeon'homines ĩmutarier?
*Quid interest?
Omnia habeo, neque quicquã habeo, nihil quicquã cũ est, nihil desit tamen.
Tota erras uia.
Viden' ocium, & cibus qd faciat alienũ?
Omniũ rerũ heus uicissitudo est.

Scena tertia.

*Quas matres student
Demissis humeris esse, uincto pectore, ut graciles sint.

Siqua est habitior paulo, pugilē esse aiunt, deducunt cibum.
Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas.
*At.n. istæc in me cudetur faba.

Actu tertio. Scena Prima.

*Tu par pari referto.
E flamma te petere cibū posse arbitror.

Actu quarto. Scena quinta.

*Verbū Hercle hoc uerum est, sine Cerere, & Libero friget Venus.

Scena Sexta.

*Scio istuc · sed tu quod cauere possis, stultum admittere est.

Scena septima.

Oīa pri⁹ experiri, ꝗ̄ armis sapiētē decet.
Noui ingenium mulierum,
Nolūt, ubi uelis·ubi nolis, cupiūt ultro.

Actu quinto. Scena prima.

Scelesta, ouem lupo cōmisisti.

Scena secunda.

Sæpe ex huiusmodi re quapiam, et
Ex malo principio magna familiaritas
Conflata est.

Scena quarta.

*Tum hoc alterum,
Id uero est, quod ego mihi puto palmarium,

Me repperiſſe,quo modo adoleſcẽtulus
Meretricum ingenia, & mores poſſet
noſcere.
Mature ut cũ cognorit,ꝑpetuo oderit.
Quæ dũ foris ſunt,nihil ur̃ mundius.
Nec magis cõpoſitũ ꝗdquam, nec ma
gis elegans.
Quę cũ amatore ſuo cũ cœnãt,liguriũt.
Harũ uidere ingluuiẽ,ſordes, inopiã.
Quàm inhoneſtę ſolę ſint domi, atq; a-
uidæ cibi.
Quo pacto ex iure heſterno panem a-
trum uorent,
Noſſe oĩa hec,ſalus eſt adoleſcentulis.

Scena ſexta.

Ex meo ꝓpĩquo rur̃ hoc capio cõmodi,
Neq; agri,neq; urbis odium me unquã
percipit,
Vt ſatias cœpit fieri,cõmuto locum.
Aliud ex alio malum.

Scena ſeptima.

Egomet meo indicio miſer, quaſi ſorex,
hodie perĳ. *Scena nona.*
Satis diu hoc iã ſaxũ uoluo.

Ex heautontimorumeno.

Actu primo. Scena prima.

Chreme,tm̃ ne eſt ab re tua ocĳ tibi,
Aliena ut cures,eaq; nihil quæ ad te at-

tinent? (to.

Homo sum,hũani à me nihil alienũ pu-

Scena secunda.

*Quid reliqui est,quin habeat, quę qui dem in homine dicuntur bona?

Parentes,patriã incolumem,amicos,genus,cognatos,diuitias.

Atq; hęc perinde sunt,ut illius animus, qui ea possidet.

Qui uti scit,ei bona.illi qui non utitur recte,mala.

Pateretur.nã quem ferret,si parẽtem nõ ferret suum?

Nam parentum iniuriæ

Vniusmodi sunt fermè,paulo qui est homo tolerabilis.

Scortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuarier.

Præbent exigue sumptũ,et ea sunt tamẽ ad uirtutem omnia.

Verum ubi animus semel se cupiditate deuinxit mala,

Necesse est Clitipho; cõsilia cõsequi cõ similia.Hoc

Scitum est,periculum ex alijs facerẽ, tibi quod ex usu siet.

Actu secundo. Scena prima.

Quam iniqui sunt patres,in omnes ado

lescenteis iudices,
Qui ęquum esse censent, nos iam à pueris illico nasci senes,
Neq; illarũ affines esse rerum, quas fert adolescentia.
Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit.
Nunc ait, periculum ex alijs facito, tibi quod ex usu siet.
Astutus·Næ ille haud scit, quã mihi nunc surdo narrat fabulam.

Scena secunda. (ueri sit?
Pergin istuc prius dijudicare, quã scis, qd
Et nosti mores mulierum·
Dũ moliuntur, dũ comũtur, annus est.

Scena tertia.
O Iupiter ubi nam est fides?
Heus tu nõ fit sine periculo facinus magnum, & memorabile·
*Adẽptũ tibi iam faxo omnẽ metũ,
In aurẽ utramuis ociose ut dormias.
Tu es iudex, neq̃d accusandus sis, uide.

Actu tertio. Scena prima.
*Nos quoq; Senes ẽ ęquũ senib9 obseq;
Diẽ adimire ægritudinẽ hominibus.
Quantã fenestrã ad neq̃tiã patefeceris?
Nã deteriores oẽs sumus licentia.
Itan cõparatã esse hominum naturam

omnium,
Aliena melius ut uideant,& iudicent,
Quàm sua?an eo qa,ĩ re nr̃a aut gaudio
Sumus p̃pediti nimio,aut ęgritudine?
Scena secunda.
Visa uero est ,quod dici solet,
Aquilę senectus.
Scena tertia.
Noui ego amantiũ animos, aduertunt grauiter quæ non censeas.
Facio coniecturã,nemo est meorꝫ amicorum hodie apud
Quē expmer̃ oĩa mea oculta Clitipho, audeam,
Sed nostrũ est intelligere utcunqꝫ, atqꝫ ubicunqꝫ opus sit,obsequi.
Actu quarto. Scena prima.
Quid cum illis agas?qui neqꝫ ius, neqꝫ bonũ,atqꝫ æquum sciunt?
Melius,peius·prosit,obsit · nihil uidēt, nisi qđ lubet. quanto tuus est aĩus na tu grauior,tanto sit ignoscentior.
Non licet hominē esse sępe ita,ut uult,si res non sinit.
Scena secunda.
*Ita Hercle ĩ angustũ oppido nũc meæ coguntur copiæ.
Crucior bolũ tãtũ mihi ereptũ tã subi-

to è faucibus, (sit.
Nil tã difficile,qn q̃rẽdo inuestigari pos
Scena tertia.
Nã amici quoq; res est uidenda, in tuto ut collocetur.
*Quid si redeo ad illos,qui aiunt,quid, si uunc cœlum ruat?
Scena quinta.
Dictũ ac factũ reddidi.
Verum illud Chreme, (est.
Dicũt,ius summũ,sæpe summa malitia
Immo aliis si licet,tibi non licet.
Oẽs te in lauta,& bene acta pte putãt.
Scena sexta.
Nulla est tã facilis res,qn difficilis fiet,
Quam inuitus facias.
*Sed pater egredit̃, obsecũdato in loco.
Qd ĩperabit,facito,loquitor paucula.
Actu quinto. Scena prima.
Nõ'ne id flagitiũ ẽ,te aliis cõsiliũ dare
Foris sapere,tibi nõ posse auxiliarier?
*Id quod me fecisse aiebas parum,
Fac,te esse patrẽ sentiat·fac,ut audeat
Tibi credere oĩa,abs te peter̃, et poscer̃,
Nequã aliã quærat copiã,ac te deserat.
Menedeme, mihi illæc uere ad rastros redit.
Nõ,ita me Dii amẽt, auderet hæc facere

Viduæ mulieri,
Quæ in me fecit.

Scena secunda.

Vulgo id faciunt.
*Prius,quęso,disce,quid sit uiuere.
Matres omnes filijs (na iniuria
In peccato adiutrices , auxilio in pater-
Solent esse. (erit,
Nam adolescens q̃ minima in spe situs
*Tã facillime pr̃is pacẽ i leges cõficiet

Scena quinta. (suas.

Hæc dum incipias,& grauia sunt,
Dũq; ignores·ubi cognoueris, facilia.

Ex Adelphis. Actu primo. Scena prima.

Vah quenq̃'ne hoĩem in anĩo instituer̃,
Aut parare,qđ sit chari⁹, q̃ ipse est sibi?
Nam qui mentiri,aut fallere insuerit pa
trem,aut
Audebit,tãto magis audebit cęteros.
*Pudore & liberalitate liberos
Retinere satius esse credo ,q̃ metu.
Et errat longe,mea quidem sententia,
Qui ĩperiũ credat,graui⁹ ẽe,aut stabili⁹,
Vi qđ fit·q̃ illud,qđ amicitia adiungit.
*Mea est sic rõ,& sic aĩum ĩduco meũ.
Malo coactus qui suũ officium facit,
Dũ id rescitũ iri credit,tantisper cauet·
Si sperat fore clã,rursum ad ĩgeniũ redit.

Ille quẽ beneficio adiũgas, ex aı̃o facit,
Studet par referrẽ p̃sens, abſẽsq́ idẽ erit.
Hoc patriũ eſt, poti⁹ cõſuefacere filium,
Sua ſponte recte facere, q̃ alieno metu,
Hoc pater, ac Dñs ĩtereſt, hoc qui neqt,
Fateatur ſe neſcire imperare liberis.

Scena ſecunda.

Hoĩe imperito nũquã qcquã iniuſti⁹,
Qui niſi qđ ipſe fecit, nihil rectũ putat.

Actu ſecundo. Scena prima.

Accipiunda, et muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt.

Scena ſecunda.

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum,
Ego ſpem pretio non emo. (Sannio.
Nunq̃ rẽ facies, abi neſcis ineſcarẽ hoĩes

Scena tertia.

Abs quiuis homine, cum opus eſt, beneficium accipere gaudeas.
*Verũ enim uero id demũ iuuat, ſi quẽ ęquum eſt benefacere, is facit,
*Itaq; unam hanc rem habere, præter alios præcipuam arbitror,
Fratrem hominem neminem eſſe primarum artium magis principem.

Actu tertio. Scena quarta.

Iſtuc eſt ſaperẽ, nõ qđ ante pedes mõ eſt

Videre,sed etiã illa,quę futura sunt,
Prospicere.
Vt quisquã suum uult esse,ita est.
*Nihil p̃termitto,cõsuefacio·deniq;.
Inspicere,tanq̃ in speculũ,uitas omniũ
Iubeo,atq; ex aliјs sumere exẽplũ sibi.
*Inepta hęc esse,nos q̃ facimus , sentio·
Ver; qd facias?ut hõ est,ita morẽ geras
*Nam quid tu hic agas?
Vbi siqd bene p̃cipias,nemo obtẽperat.

Scena quinta.

*Sed Demea hoc tu facito , tecum animo cogites·
Quàm nos facillime agitis,q̃ estis maxime
Potentes,dites,fortunati,nobiles·
Tã maxime uos ęquo aĩo ęqua noscere
Oportet,si uos uultis perhiberi p̱bos.
*Verum nimia illæ licentia,
Profecto euadet in aliqd magnũ malũ.

Actu quarto. Scena prima.

Lupus in fabula.

Scena tertia.

Omnes quibus res sunt minus secũdæ,
magis sunt,nescio quo modo
Suspiciosi·ad contumeliã omnia accipient magis,
Propter suã impotentiam, se semper cre.

dunt negligi.

Scena sexta.

Aduorsum'ne illum causam dicerem,
Cui ueneram aduocatus?
Quid? credebas dormienti hęc tibi confecturos Deos?

Scena septima.

Ita uita est hoīm, q̄si cū ludas tessaris.
Si illud, quod est maxime opus, iactu non cadit.
Illđ qđ cecidit forte, id arte ut corrigas.
Ipsa si cupiat Salus
Seruare prorsus non potest.

Actu quinto. Scena tertia.

Tandem reprime iracundiā, atq; ad te (redi.
Nā uetus uerbū hoc quidē est,
Cōmunia esse amicorū inter se omnia.
*Signa īsunt, ex qb⁹ cōiectura facile fit,
Duo cū idē faciūt sępe, ut possis dicere.
Hoc licet īpune facere huic, illi nō licet.
Nō quod dissimilis res sit, sed quod is, qui facit.
*Scire est, liberū, ingeniū atq; animū.
Ad oīa, alia ętate sapimus rectus.
Solum unū hoc uitiū adfert senectus hominibus,
Attentiores sum⁹ ad rē oēs, q̄ sat est.

Scena quarta.

Nunquam ita quisquã bene subducta ratione ad uitam fuit,
Quin res, ætas, usus semper aliquid adportet noui,
Aliquid moneat: ut illa quæ te scire credas, nescias.
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.
Re ipsa repperi
Facilitate nihil homini esse melius, neq; clementia.

Scena octaua.

Vitiũ cõmune omnium est,
Quod nimiũ ad rẽ in senecta attenti sumus, hanc maculam decet nos
Effugere. dictum est uere, & re ipsa fieri oportet.
Suo sibi hunc gladio iugulo.

Ex Hecyra. Actu primo. Scena prima.

Iniurium est ulcisci aduersarios,
Ac qua uia captãt te illi, eadẽ ipsos capi?
*Hæc ita, uti liberali esse ingenio decet,
Pudẽs, modesta, incõmoda, atq; iiurias
Viri omnes ferre, & tegere cõtumelias.

Actu secundo. Scena prima.

Prô Deûm atq; hominum fidem, quod hoc genus est, quæ hęc coniuratio?
Vt omnes mulieres eadem æque stude-

ant,nolintq́ omnia.
Neq; declinatam quidquam ab aliarũ ingenio,ullam reperias? (nurus.
Itaq; adeo uno aĩo oẽs, socrus oderunt
Viris esse aduorsas,ęque studium est,si milis pertinacia est.
In eodem omnes mihi uidẽtur ludo doctæ ad malitiam.

Scena tertia.

Aedepol næ nos mulieres sumus æque omnes inuisæ uiris,
Propter paucas,quæ omnes faciunt,dignæ ut uideamur malo.

Actu tertio. Scena prima.

Nã matris ferre iniurias, me Parmeno, pietas iubet.
Tum uxori obnoxius sum,ita olim suo me ingenio pertulit,
Tot meas iniurias,quæ nunquam ullo patefecit loco.
*Si uis uero ueram rationem exequi,
Non maximas,quæ maxime sunt interdum iræ,iniurias
Faciunt.Nam sæpe est,quibus in rebus alius ne iratus quidem est,
Cum de eadẽ causa est iracundus fact⁹, inimicissimus.
Pueri inter sese q̃ ꝑ leuibus noxis iras

gerunt?

Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.

Itidē illę mulieres sunt fermé ut pueri, leui sententia,

Fortasse unū aliquod uerbum, inter eas iram conciuerit.

Scena secunda.

Nam qui amat, cui odio ipsus est, bis facere stulte dico.

Laborem inanē ipsus capit, et illi molestiam adfert.

Scena tertia.

Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni, atq; humiles sumus.

O fortuna, ut nunq̄ perpetuo es bona.

Scena quarta.

Nō Hercle Parmeno, uerbis dici potest,

Tantum, q̄ re ipsa nauigare, incommodum est.

O fortunate, nescis, quid mali

Pręterieris, qui nunquam es ingressus mare.

Quod potero, faciā, tn̄ ut pietatē colā.

Nā me parēti potius, q̄ amori obsequi

Oportet.

Scena quinta.

*Sane Hercle homo uolptati obsequēs

Fuit,dũ uixit·& qui sic sunt,haud multum hæredem adiuuant·

*Sibi uero hanc laudem reliquit, uixit, dum uixit,bene.

*Pamphile,ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus,

Cum te postputasse omnes res,præ Parente intelligo·

Verũ uide,ne impulsus ira, praue insistas Pamphile.

Quia paululũ uobis accessit pecuniæ,

Sublati animi adsunt.

Actu quarto. Scena secunda.

*Sine me,obsecro,hoc effugere,uulgus quod male audit mulierum.

Non tute rem incõmodã, ut quæque est, in animum inducas pati.

*Si cætera sunt ita,ut tu uis·itaque,ut esse ego illa existimo.

Scena tertia.

Istuc est sapere, qui ubicunque opus sit, animum posses flectere.

Quod faciundum fortasse sit post,idem hoc nunc si feceris.

Scena quarta.

Censen'te posse reperire ullã mulierẽ.

Quæ careat culpa?an quia non delinquunt uiri?

Vxor quid faciat, in manu non eſt mea.

Actu quinto.

Scena prima.

Videndum eſt, ne minus propter iram impetrem, ꝗ poſſiem.

Aut nequid faciam plus, quod me poſt minus feciſſe ſatius ſit.

*Nam iam ætate ea ſum, ut non ſiet peccato mihi ignoſci æquum.

Quo magis omnes res cautus, ne temere faciam, accuro.

*Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurget, parum mihi proſit.

*Verum te hoc moneo unũ, qualis ſim amicus, aut quid poſſiem.

Potius, ꝗ inimicus, periculum facias.

Scena ſecunda.

*Nihil apud me tibi defieri patiar, qn quod opus ſit,

Benigne præbeatur.

Sed cũ tu ſatura atq; ebria eris, puer ut ſatur ſit, facito.

Scena tertia.

Tua quod nihil refert, pcontari deſinas.

Multa ex quo fuerunt cõmoda eius incõmoda æquum eſt ferre.

Ex Phormione. Actu primo. Scena prima.

Quàm inique cõparatum eſt, hi qui mi

nus habent,
Vt semper aliquid addant diuitioribus.
*Qđ ille unciatim uix de demēso suo,
Suū defraudans geniū comparsit miser.
Id illa uniuersum abripiet, haud existimans
Quanto labore partum.

Scena secunda.

*Præsertim ut nunc sunt mores, adeo res rediȷt,
Siqs quid reddit, magna habēda est grā.
Cuius tu fidē ī pecunia ꝑspexeris,
Verere uerba ei credere? ubi quid mihi lucri est,
Te fallere?
Nā q̄ īscitia est, aduorsū stimulū calces
*Scisti uti foro.
Nunquā ęque, ingt, ac mō (graue.
Paupertas mihi onꝰ uisū ē, et miserū, &
Quod fors feret, feremus ęquo animo.

Scena tertia.

*Quòd habes ita, ut uoluisti, uxorem sine mala fama, palàm
Beatus ni unum hoc desit, animus qui modeste istæc ferat.
Ita pleriq; ingenio sumus omnes nostri nosmet pœnitet.

Scena quarta.

Laterem lauem.
*Ergo istæc cum ita sint Antipho,
Tanto magis te aduigilare æquum est.
Fortes fortuna adiuuat.
Egomet me noui, & peccatum meum.

Actu secundo.

Scena prima.

*Ita sum iritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere.
Quamobrem omnes, cum secundæ res sunt maxime, tum maxime.
Meditari secum oportet, quo pacto ad uorsam ęrumnam ferant.
Pericla, damna, exilia, peregre rediens semper cogites,
Aut filij peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filię.
Communia esse, hęc fieri posse, ut neq͂ animo sit nouum.
Quicq͂d præter spem eueniat, omne id deputare, esse in lucro.
*Ecce autem similia omnia, omnes congrũunt.
Vnum cognoris, omnes noris.
*Sed siquis forte malitia fretus sua,
Insidias nostræ fecit adolescentiæ,
Ac uicit. nostra'ne ea culpa est, an iudicum?

dicum?
Qui sæpe propter inuidiam, adimunt diuiti.
Aut propter misericordiam, addunt pauperi.
Seruum hominem, causam orare Leges non sinunt,
Neq; testimonij dictio est.

Scena secunda.

Vereor, ne istæc fortitudo in neruum erumpat deniq;.
Quia non rete accipitri tenditur, neque miluio,
*Qui male faciunt nobis • illi qui nihil faciunt, tenditur•
Quia enim in illis, fructus est. in his, opera luditur.
Alijs aliunde est periculum, unde aliqd abradi potest.
Cœna dubia apponitur?
Vide, quid agas•prima coitio, acerrima est
Si eam sustinueris, post illam iam, ut lubet, ludas licet.

Scena tertia.

*Pergin'Hero absenti male loqui, impurissime?
Actum, aiunt, ne agas•

*Quin quod est.
Ferūdū, feras tuis factis dignū feceris;
Vt amici inter nos simus.

Scena quarta.

*Verum ita est,
Quot hoīes, tot sentētię. Su⁹ cuiq; mos.
Mihi nō uidetur, quod sit factū legib⁹,
Rescindi posse.

Actu tertio. Scena secunda.

Cantilenā eandem canis.
*O fortunatissime Antipho. AN. Ego'ne? PHAE.
Cui quod amas, domi est.
*Mihi'ne domi est? immo quod aiunt aurib. teneo lupum.
Nā neq; quo amittā à me, inuenio: neq; uti retineam, scio.
Da locum melioribus.
*Si mihi prior tu attuleris Phædriā,
Mea lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum est.

Scena tertia.

*Ita'ne hunc patiemur Geta,
Fieri miserum, qui me dudū, ut dixti, ad iuuerit comiter?
Quin, cum opus est, beneficiū rursum ei experiamur reddere?
Ah dictum sapienti sat est.

*Ni etiam nunc me huius causa quære re in malo iubeas crucem?

Noli metuere, unà tecum bona, malaq; tolerabimus.

Solus est homo amico amicus.

Actu quarto. Scena prima.

Senectus ipsa est morbus.

Nã ego meorũ solus sum meus.

Scena secunda.

*Sed quid pertimui autem belluæ?

An quia, quos fallã, pro uno duo sunt mihi dati?

Cõmodius ẽe opinor, duplici spe utier.

Scena tertia.

Quid si animam debet?

Scena quarta.

*Opera tua (me.

Ad restim mihi quidẽ res redījt planissu

*Hem, si quid uelis,

Huic mãdes, qđ qdẽ recte curatũ uelis,

Qui te ad scopulũ è tranquillo inferat.

Quid minus utile fuerit, q̃ hoc ulcus tangere?

*In neruom potius ibit.

*Nihil est Antipho,

Quin male narrãdo possit deprauarier.

Scena quinta.

*Hoc temere nunquã amittã ego à me,

quin mihi
Testes adhibeam.
Cum dem,& quamobrem dē, commemorabo.
*Non sat,tuum te officium fecisse,si nō id fama approbat?
Mulier mulieri magis congruet.

Actu quinto. Scena prima.

Dij uostram fidem, q̄ꝑ sæpe forte temere
Eueniunt,quæ non audeas optare.

Scena secunda.

Nostrapte culpa facimus,ut malos expediat esse, (benignos.
Dū nimiū dici nos bonos studemus,&
*Ita fugias,ne præter causam, quod aiunt.Non ne id sat erat,
Accipere ab illo iniuriam?etiam argentum est ultro obiectum ei,
Vt sit ,qui uiuat,dum aliquid aliud flagitij conficiat.
His nunc præmium est,qui recta praua faciunt.
*Quid fiet?in eodem luto hæsitas,uorsuram solues
Geta.Præsens quod fuerat malum, in
Niem abijt.plagæ crescunt,
isi prospicis.

Scena tertia.

*Age dum, ut soles Nausistrata, fac, ut illa placetur nobis.
Vt sua uoluntate id, quod est faciundum, faciat.
Hem, uir uiro quid præstat?

Scena quarta.

Lætus sum, ut ut meæ res sese habent, fratri obrigisse, quod uolt.
*Quàm scitum est eiusmodi parare in animo cupiditates:
Quas, cum res aduersæ sient, paulo mederi possis.
*Hic simul argentum reperit, cura sese expediuit.
Ego nullo possim remedio me exoluere ex illis turbis,
Quin, si hoc celetur, in metu, sin patefit, in probro siem.

Scena sexta.

*Quin tu hinc pollicitationes aufer, & quod fers cedò?

Scena octaua.

Quid ad me ibatis? ridiculum. an ueremini,
Ne nō id facerē, quod recepissem semel?
Heus, heus, quanta hæc mea paupertas est. tamen
Adhuc curaui unum hoc quidem, ut

mihi eſſet fides.
Nunc uiduam extrudi, turpe eſt.
Quid nos, malũ, me ſic ludificamini?
Inepti ueſtra puerili ſententia.
Nolo, uolo· uolo, nolo rurſũ . cedo, cape,
Quod dictum, indictum eſt· quod modo erat ratum, irritum eſt.

Scena nona.

*Ego Nauſiſtrata, eſſe in hac re culpa meritam non nego.
Sed eam, quæ ſit ignoſcenda. De Verba fiunt mortuo.

FINIS.

IN ARISTOTELIS AC PHILOsophorum medicorumq; complurium Problemata Præfatio.

Omnes homines naturaliter scire desiderant, ut scribit Aristoteles Princeps Philosophorum primo Metaphysicæ. Cuius causa potest reddi talis, quia omne ens naturaliter appetit suam perfectionem, & similiter conatur se assimilare primo enti, diuino & immortali, in quantum potest. Sed scientia est de perfectione intellectus, ergo omnes homines naturaliter scire desiderant. Rursus & alia ratio est, nam quodcunque ens naturaltter appetit bonum, ut se conseruare possit in rerum natura. Sed omnis notitia scientifica, est de numero bonorum honorabilium, ut patet primo de Anima. Ergo naturaliter omnis homo desiderat scire. & ex consequenti omnis scientia, in quantum intellectui humano est possibilis, est appetenda. Quamuis igitur qualibet scientia sit perscrutada, magis tamen illa, quæ est nobilior, & communior alijs scientijs. Sed philosophica scientia confert maximas delectatiões, ut patet decimo Ethicorũ. ergo præ cæteris scientijs philosophica diligentius est inquirenda, etiam propter alias causas. Nam præsens sciẽtia, est similis scientiæ philosophicæ, quia ipsa clarificat animam, & ipsa facit delectari in hoc seculo, ut dicit Aristoteles in Libro de Pomo & Morte. Quia quæ etiam in tantum clarificat hominem, ut ipsum

primo enti diuino, immortali assimilari laboret, teste Seneca in Epistola in talia prorumpente uerba, hoc mihi philosophia promittit summopere, ut me Deo parem reddat. Libet igitur de animalibus corporalibus, præsertim de corpore humano, ex pluribus artificialibus Codicibus Problemata colligere.

PROBLEM PRIMVM EST TALE.



Væritur, quare inter omnia animalia homo habet faciem uersus cœlũ eleuatam? Respondet multipliciter, primo, ꝙ est ex uoluntate ipsius Creatoris. Et quamuis illa respõsio sit uera, non tamen uidetur ualida in proposito, quia sic facile est oĩa soluere. Secundo respondetur, quod omnis artifex opus suum primum cõmuniter facit deterius, & post hoc opus suum, secundum facit melius. Et sic Deus creauit bruta animalia primo, quibus dedit faciem depressam, ad terram inclinatam, & secundo creauit homines, ut patet ĩ Genesi, quibus dedit figurã honestam, & ad cœlum eleuatã. Sed illa responsio non uidetur iterũ ualere ad propositum, ex quo est Theologica, & primo derogat bonitati Dei, quæ sua opera, quantum est ex sua natura, semper facit bona. Tertio respondetur, ꝙ ĩter omnia animalia solus homo est ordinatus ad regnum cœlorũ. Et ideo

bet figurã eleuatam ad cœlũ, quia con temptis terrenis, cõtẽplari debet cœlestia in diuinis. Quarto rñdetur, qđ oĩs rõnalis, est similis intelligẽtię, et finaliter ĩ Deũ ordinata, ut patet ꝑ Auerroẽ Primo De Anima, ergo habet figurã eleuatam sursum. Quinto respondetur, ꝙ homo existit microcosmus, id est minor mundus, sicut uult Aristoteles Octauo physicorum, ideo oĩbus animalibus habet pręcipere, & illi obediunt. Sexto respõdetur, & ultimo, ꝙ naturaliter cuilibet rei & operi talis figura est cõputanda, q̃ suo motui fiet apta. Vt cœlo cõpetit rotunditas, igni autem competit figura pyramidis, q̃ motui sursum est apta. Ergo rei bipedali, ut est homo, figura diametrica, & figura pyramidis est aptissima. Ergo inter omnia animalia solus homo, capite est eleuatus.

Quare caput animaliũ est pilosum? Respondetur secundũ Costantinũ, quòd pili, sunt ornamenta capitis & cerebri, & cerebrum per generationes pilorũ euacuatur à crassis uaporibus, à supremo usq; ad partes inferiores, qui exeũt ꝑ poros carnis exterioris, et exsiccãt, et

in pilos cõuertunt. Patet qa in toto homine nihil siccius pilis est, qa ficciores sunt ossib⁹, ut patet p Albertũ magnũ. Quia aliqua aĩalia nutriunt ex ossib⁹, ut canes. Sed nullũ aĩal põt digerer plumas uel pilos, qa indigesti eijciunt, & oĩno sicci sunt, & inepti ad nutrimẽtũ. Secundo respondetur, q̃d cerebrũ quatuor modis purgatur, primo, ab aq̃ticis humoribus supfluis, p oculos, à melãcholia, p aures, à cholera, p nasum, à phlegmate, per pilos, & illa est intentio medicorum.

Quare homines habent lõgiores crines in capite, q̃ cętera animalia? Respondetur secundum Aristotelem Tertio De Genaratione Animalium, quòd homo inter omnia alia animalia habet cerebrum humidissimum, à quo egreditur sudor, qui in crines longos capitis conuertitur. Secundo respõdetur, quòd humores in homine sunt pingues non cito exciccabiles, ergo pili in eo prolongantur. In alijs autem animalibus humores sunt facile exiccabiles, ergo cessat in eis prolongatio pilorum,

Quæritur ad idem, quare í alĳs animali bus pili solum infigũtur cuti, sed in homine profundius radicantur in cute? Respondetur & ideo, quia plus in homine habent de nutrimento, ergo etiã magis ad interiora prolongant. Et hæc etiã est rõ, q̃re pili in alĳs animalibus uariantur ad uariationẽ cutis, et nõ in hominibus, nisi aliquãdo in cicatrice.

Quæritur, quare mulieres habent longiores crines, q̃ uiri? Respondetur, qa mulieres sunt humidiores, q̃ uiri, & magis phlegmaticæ, ergo in eis plus est de materia pilorũ, & per consequẽs sequitur longitudo pilorum, & cum hoc talis materia cerebri magis auget, á membris interioribus, et maxime tẽpore menstrui, qa tũc materia ascẽdit, quod auget humor pilorũ, ut dicit Albertus, Si pilus mulieris menstruosæ ponatur sub fimo, ex illo generatur serpẽs uenenosus. Secundo respondet, quia mulieres non sunt barbatæ, & sic materia barbæ transit in materiam pilorum, &c.

Quæritur, quare aliqui homines habẽt crines molles, & aliqui duros? Respondetur secundum Aristotelem, quód cu

tis pili,sunt termini analogi,modo q̃-dã cutis est dura,quædam spissa,quæ dam subtilis,& quædam crassa. Ergo pilus,qui egredit̃ per poros superficiales crassæ cutis,fit crassus, & qui p̃ poros subtiles,fit subtilis.Etiam q̃n pori sunt aperti,tũc exit multus humor ergo pili duri generant̃. Et ubi pori sunt angusti,ibi molles et subtiles crines generantur.Et hoc Aristoteles in hominibus declarat,huius signum habemus, primo, quia mulieres habent molliores crines,q̃p uiri,quod cõtingit ex eo, quia in eis pori sunt clausi propter frigiditatem.Secũdo,quia cholerici,sane frequenter habent duriores & crassiores pilos alijs, propter caliditatem ipsorum,& in eis pori ualde sunt aperti, ergo ẽt barbescũt p̃ alijs. Ergo philosophus in Physionomia,& animalia duros pilos habentia, sunt audaciora,q̃a tales pili ordinati sunt p̃ calorẽ, & per cholerã,& cholera semper facit pugnare.Etiã Aristoteles ponit exẽplum de urso,& apro.Ex opposito aĩalia molles crines habẽtia,sunt timida, q̃a frigida,ut lepus et ceruus.Itẽ Aristoteles dicit aliã rõnẽ mollitiei et duritiei pilorũ.

Quia ĩ regione calida crassiores pili ge nerantur, ut habent Aethiopes, ꝑ oppositum est de regione frigida, ut uersus septentrionem.

Quæritur, q̃re quidã homines habẽt crispos crines, & quidam planos? Respõdetur. quod causa crispitudinis, est superabundantia caloris, ut si in homine est multus calor, tunc generantur pili crispi, quia tunc mouetur sursum, & eius signum est quãdo aliquis ĩtrat balneũ scilicet, habet crines planissimos, poteftea tamen acquirit aliquos crispos. Ergo balneatores, sanè frequẽter habent crispos crines, similiter Aethiopes & cholerici, sed causa planitiei, est multa humiditas fumi, diametro tendens deorsum. Et huius signum est, qa mulieres sanè frequẽter habent planos capillos, quia sunt multę humiditatis, & paucæ caliditatis.

Quæritur, quare mulieres pubescũt circa aluũ, & nõ alibi, sed uiri in pectore barbescunt. Respõdetur medice, quia in uiris & mulieribus est fluẽtia humiditatis ibidẽ, et magis ĩ mulierib. Quia in uiris est os uesicę in illo loco, in quo tenetur urina, ex q̃ generãt pili ĩ pecto

re,& circa umbilicũ. Sed de mulierib⁹ sic dr̃, ꝙ humiditas uesicę et matricis ibi cõiungit̃,ergo multus fumus ibi resoluit̃,q est materia piloꝝ, qa eodẽ mõ fit sub humeris,et ĩ alijs locis hirsutis.

Quęritur,quar̃ mulieres nõ barbescũt? Respõdetur,quia in eis est defectus caliditatis,ut etiã in aliquibus uiris effœminatis,qui sunt imberbes propter eãdem causam,quia habent complexionem muliebrem.

Quæritur,quare suspẽsis crescũt crines? Respondetur,quia corpora eorũ sunt exposita soli,qui calore suo totum humidũ resoluit in fumum,ex quo generantur,& augentur crines.

Quæritur,quare pili barbę sunt crassiores alijs, & quanto plus abraduntur, tanto plus indurescunt? Respondetur per regulam medicorũ, quãto plus de aliquo liquore humor separatur,tanto plus ad talem locum humor contrahitur.Ergo,quanto plus pili abraduntur,tanto magis ibi cõfluũt humores, & ex eis crines generantur, & ibidem indurescunt,

Quæritur, quare mulieres sunt ualde planæ & formosæ, respectu uirorum?

Respondetur secundum Aristotelem, Primo De Generatione animaliũ, quia in mulierib⁹ tota humiditas, et supflui tas, quę est materia pilorũ corporis, ex pellit, cum materia mẽstruali, quæ manet in uiris, per uapores trãsiẽs ĩ pilos. Et huius signũ est, qa mulieres raro ha bẽt fluxũ ex naribus, uel apostemata, ut ulcera, qa talis materia, eijcitur cũ menstruo. Itẽ illud signũ, quia uidem⁹ aliquas uetulas barbescere ĩ senectute, scilicet põst quadraginta uel quinqua gita annos, cũ cessant menstrua, ut di cit Aristoteles Nono De Animalibus.
Quæritur, quare inter oĩa animalia soli homines canescunt, uelut Protagoras, & Aristoteles Primo De Generatione. Respondetur secundum philosophũ, Quod canicies causatur in hominib⁹, quia inter oĩa animalia habet calidissi mũ cor. Ideo natura sagax, ne per calo rẽ cordis hõ suffocaretur, cor calidissi mũ supposuit frigidissimo cerebro, ut caliditas cordis tẽperaretur frigiditate cerebri, & ẽ conuerso sic, quod tẽpera mentũ adderetur utrobiq;. Hęc etiã pa tent ex tali signo, quia inter omnia ani malia hõ habet turpissimum odoratũ.

Secũdo De Anima, etiam homo quasi mediũ uitæ suæ consumit dormiẽdo, et hoc cõtingit ex superabundãtia cerebri frigidi & humidi, & sic indiget calore naturali, illud humidũ digerẽte & cõsumẽte. Et illũ calorẽ sufficientẽ habet in iuuentute, ideo non efficit can⁹, tẽpore uero senectutis, deficit in calore naturali. Et sic uapores ascendentes à stomacho manent indigesti pp defectũ caloris naturalis, & sic cõsequẽter putrescunt, & illã putrefactionẽ humorũ sequit albedo, quę dicitur canicies. Ex illo patet, q̃d canicies nihil aliud est, quã albedo criniũ, ex putrefactione humorꝝ, circa radices pilorꝝ, ex defectu caloris naturalis, tpe senectutis causata. Et iã canicies causat ex malitia cõplexionis aliqñ, & illa bene cõtingit in iuuẽtute, aliquãdo etiã ex humido ĩdigesto aliqñ ex nimio timore uel cura, ut patet de mercatoribus, nauigantibus, et raptoribus. Vnde uersus, Cura facit canos, quamuis hõ non habet annos,

Quæritur, quare crines rufi citius albescunt, q̃ alij? Respondetur secundum Aristotelẽ, quia rubedo est infirmitas pilorum, nã generantur ex materia in-

firma & debili, ſcilicet ex materia menſtruali, ideo citius caneſcunt, ꝙ crines nigri.

Quæritur, quare lupi griſeſcunt? Pro quo nota differentiam inter caniciem, & griſitiem. Quia canicies cauſatur ex defectu caloris naturalis, ſed griſities ex uoracitate, & comeſtione. Vt patet ꝑ Ariſtotelē Septimo De Animalibus, cū lupus eſt animal multū uorax, q̄a multū comedit, & guloſe, ſine maſticatione, & ſemel in tantum, ꝙ contentus ſit per triduū, & tunc ille cibus cauſat̄ uapores craſſos in corpore ipſi⁹ lupi, et ꝑ cōſequēs griſities ex ipſis gn̄atur. Itē griſities & canicies ſecūdo differūt q̄a griſities fit per totum corpus, canicies uero ſolūmodo fit in capite.

Quæritur, quare equi griſeſcunt? Reſpōdetur ſecundū Ariſtotelem in libro de Animalibus, quia eorum corpora plurimum ſunt in ſole. Et ſecundū eundē quarto Meteororum, calor etiā quandoq; accidētaliter facit putrefacere, ergo ex tali calore, materia pilorum putreſcit, & per conſequens etiam ualde cito caluantur.

Quæritur, quare homines calueſcunt, et

arbores in hyeme defoliantur? Respondetur secundum Aristotelē, ubi supra de Animalibus, quo'd eadem de causa homines caluescūt, & arbores defoliātur. Quia defectus humiditatis, utrobiq; est causa defectus tā pilorꝶ, q̄ foliorū. Et hoc pulchre declarat̄, qa p actū Venereum homo caluescit. Quia luxuria, ē emissio naturalis humiditatis & caliditatis. Et sic per luxuriā humidū cōsumitur, quod est nutrimentū pilorū, ergo seqtur caluicies. Et hoc declarat̄ euidēter ī eunuchis, et mulierib⁹, q̄ nō caluescunt, quia tale humidum ab eis nō separatur. Vnde eunuchi habēt cōplexionē fœmineā. Sed qn̄ q̄ritur, q̄re eunuchi nō caluescunt, nec hn̄t podagrā, id est, infirmitatē pedum, ut dicit Hippocrates Sexta Particula Aphorismorꝶ: Rn̄detur secundū Galenū ī cōmēto ibidē, qđ cā caluiciei est siccitas, et siccitates nō sūt ī eunuchis, qa carēt testiculis, q supplēt calorē p oīa membra, & calor ipse poros, quibus apertis, cadunt pili.

Queritur, q̄re mulieres non caluescunt, Respondetur, quia frigidæ & humidæ sunt, & hoc utiq; operatur permanen-

tiam pilorum. Nam humiditas dat nutrimentum pilis, & frigiditas poros constringit.

Quæritur, quare calui sunt fallaces? Vt dicit metrum, Si nõ uis falli, fugias cõsortia calui? Respõdetur, quia caluitas attestatur supra, cõplexionẽ cholericã, q̃ est calida & sicca, & cholerici naturaliter sunt fallaces, iuxta illũ uersum, Hirsutus, fallax, irascens, prodigus, audax. Ergo sequitur à primo ad ultimũ, caluos esse fallaces.

Quæritur, quare cæci naturaliter caluescunt? Respõdetur secundum Aristotelem, quia oculus habet multum humiditatis, & talis humiditas, quæ transire deberet per substantiam oculorum, trãsit in nutrimentũ sufficiens pilorũ, & ergo raro caluescunt.

Quęritur, quare omnibus timẽtibus cõtingit pilorũ erectio? Respondetur, qa tẽpore timoris, calor uadit in interiora ab exterioribus mẽbris, uolẽs subueni re cordi, & sic pori, in quibus pili figũtur, clauduntur, ad quam clausionẽ sequitur erectio pilorum, & hoc maxime patet in animalibus brutis, scilicet in porcis, in apris, & pauonibus.

De Capite.

Quæritur,quare caput hominis eſt rotundum? Reſpondetur,quia hæc figura eſt aptiſſima ad capiēdū in ſe aliqd, ut patet per Ariſtotelē Secundo de cœlo,cū ipſū caput capit in ſe quinq; ſenſus,ut etiam declaratur in ſphæra materiali.

Quæritur,quare caput ſit durū.Reſpondetur per Ariſtotelē, quia cōtinet in ſe humidiſſimā partē animalis, ut cerebrū p ipſum,tanquā p clypeū tueatur.

Quæritur, quare caput non eſt directe rotundum,ſed oblongum? Reſpondetur,ut in ipſo tres cellulæ aptiꝰ poſſint diſtingui,ſcilicet phantaſia, in fronte logiſtica ſiue rationalis, in media, & memoria,in poſteriori cellula.

Quęritur,quare homo imaginando erigit caput ſurſum, ſiue uerſus cœlum. Reſpondetur, quia imaginatio eſt in interiori parte capitis ſiue cerebri,ideo erigitur ſurſum,ut cellulę imaginationis aperiant̃,& ut ſpiritus aīalis cōcurrendo facere poſſit imaginationem.

Quæritur,quare homo cogitans & recogitans de p̃teritis,caput ſuum inclinat ad terrā?Reſpondet̃,ꝙ ideo, qa cellula

poſterior eſt memoratiua, ergo illa erigitur uerſus cœlum cum caput inclinatur ad terram, & ſic aperitur illa cellula, ut ſpiritus animales, perficientes memoriam intrarent.

Quęritur, quare caput nõ eſt carnoſum ſicut alia mebra? Reſpondetur ſecundum Ariſtotelem in Libro de Animalibus, qa caput nimium aggrauaretur. & morari non poſſet, ergo eſt ſine carne. Etiã caput carnoſum, deſſignat cõplexionem malam.

Quæritur, quare caput ſępe patitur dolores? Reſpõdetur ſecundum Conſtãtinum in Libro de Tomachis, qđ quandoq; patitur dolores, ex aſcẽſione malorum uaporũ prouenientes, qui de ſtomacho, ad caput extolluntur, et ipſum cerebrũ pturbãt, & ſic cauſatur dolor. Etiã dolor capitis, maxime puenit à ſtomacho. pp nimiã repletionẽ ipſius ſtomachi. Quia ſecundũ Galenũ, duo magni nerui trãſeũt de cerebro, ad orificiũ ſtomachi, & ſic iſta mẽbra ſemp ſimul patiuntur. Etiã dolor capitis quãdoq; prouenit propter uinũ forte, uel proprer cibaria fumoſa & acuta, ſicut alliũ & cepe. Etiam quandoq; cõtingit

ex phlegmate, in stomocho contento, de quo possunt uenire febres quotidianæ.

Quæritur, quare mulieres sæpius habẽt dolorẽ capitis, q̃ uiri? Respondetur secundũ Albertũ, quia mulieres patiunt̃ menstrua, et nõ uiri. Et sic fumus ĩmũdissimus, & uenenosissimus resoluit̃, q sursum petens exitum, ipsum caput dolere facit.

Quæritur, quare cerebrũ sit albũ? Respõdetur dupliciter, primo, quia frigidũ ẽ. Et frigiditas, est mater albedinis, ut patet p philosophũ. Secundo respondetur, quod ideo, ut posset in se recipere similitudinẽ omniũ colorũ. Modo color albus, est maxime simplex.

Quęritur, quare oẽs sensus sunt in capite. Respondetur secundũ Albertũ, quia ibi est cerebrũ, in quo omnes sensus dependent, & diriguntur, & p cõsequẽs, omnes spiritus sentire facit, & ab ipso, oĩa membra reguntur.

Quæritur, quare cerebro lęso, uel corde, homo nõ potest euadere mortem? Respondetur, quia cor, & cerebrum, sunt duo mẽbra uitalia, & prĩcipalia in aĩalibus, ergo ipsis lęsis nullũ remedium

est,quo curari possint.

Quęritur,quare cerebrum est humidũ? Respondetur,quo'd ideo,ut eo facilius recipiat impressionem. Quia humidũ, facile est receptiuũ impressionũ,ut patet de cera,quæ facile recipit in se figuram sigilli.

Quęritur, quare cerebrum est frigidũ? Respondetur dupliciter, primo, ut ex sua frigiditate clarificet, & subtilẽ red dat intellectũ hominis. Secundo, ut eius frigiditate tẽperetur calor cordis, & hoc est de intentione Aristotelis in Libro De animalibus.

De Oculis.

Quęritur,quare habemus unũ nasum, & duos oculos?Respondetur, ꝙ ideo quia uisus est magis necessarius homini,ꝗ̃ olfact⁹. Et ergo prouenit ex benignitate naturę scilicet,ut si in uno oculo offensio fiat,siue destructio, qđ tũc alter maneat, & sic certe uidemus, ꝙ spiritus uisiuus ad unum oculũ dirigitur,ut patet in dispectiua cõmuni.

Quęritur,quare pueri in iuuentute habent magnos oculos,& in ętate graciles redduntur? Respõdetur secundum Aristotelem Scundo De Generatione, quod

quod est propter maximã cerebri humiditatem, & propter hanc causam, pueri sunt multum somnolenti.

Quæritur, q̃re oculi nigri in die bene uidẽt, noctu uero male? Rñdetur secũdũ Aristotelem, quod propter indigentiã ignis, & propter luminis & humoris ĩ oculis congregationem, qui illuminat humorem glacialem.

Quęrit̃, q̃re oculi glauci ĩ die male uidẽt, noctu uero bene? Rñdetur p Aristotelẽ, ꝙ glaucedo, per se est lucida. Et spiritus uisibiles, in die debilitantur, & nocte confortantur.

Quæritur, quare homines habent oculos diuersos? Respondetur per Aristotelem, quod hoc est propter diuersitatẽ humorum. Vnde oculi, habẽt quatuor tunicas, & tres humores. Prima, dicitur consolidatiua. quæ est exterior, fortis, & pinguis. Secũda, dicitur cornea, ad similitudinem cornu. & illa est perspicua. Tertia dicitur uuea, ad similitudinem uuæ magnę. Quarta, dicitur tela araneæ. Sed secundum alios, oculus constat ex septem tunicis, & tribus humoribus. Primus humor, dicitur albugineus, ad similitudinem albuginis

BB

in ouo. Secũdus, eſt glacialis, ideſt glaciei ſimilis. Tertius, eſt uitreus, ideſt ad modum uitri clarus. Et illa diuerſitas humorum, facit diuerſitatem oculorum.

Quæritur, quare homines luſci, & unoculi, ſunt boni ſagitarij? Et quare ſagittarij boni, communiter claudunt unũ oculum? Et quare ſpeculantes aſtra, uident uno oculo per cannos? Ad hoc dicendum eſt quod hæc materia habetur in perſpectiua. & ratio eſt, ſecundũ quod patet in Libro De Cauſis. Quia omnis uirtus unita, fortior eſt ſe ipſa diſperſa. Ergo tota uirtus uiſiua, diſperſa in duobus, uno oculo clauſo cõgregatur ad alium, & ſic uiſus in ipſo fortificatur. & per conſequens certius uidet uno oculo clauſo, quàm ambobus apertis.

Quæritur, quare fortiter bibentes, & ridentes lachrymantur? Reſpondetur, quia dum bibunt, aer inſpiratus non exit per uocalem arteriam, & ſic cũ impetu ad oculos dirigitur, per poros exeundo. et ſic humores oculorum expellit, & iſti humores ſic expulſi adducũt lachrymas.

Quęritur, quare multum flentes parum mingunt? Reſpõdetur, per Ariſtotelẽ, quia

humidum radicale lachrymę,& urinæ sunt unius & eiusdẽ naturę. Ergo ubi fletus multiplicať,ibi urina diminuiť, & quod sunt eiusdẽ naturę & materię, patet in sapore,quę ambo salsa sunt.

Quęritur,quare aliqui habentes claros oculos nihil uident? Respondetur, ꝙ hoc est propter oppilationem et destructionem neruorum uisiuorũ.Nã tẽporibus destructis,uirtus uisiua ad oculum à cerebro deferri non potest,ut patet per philosophum ĩ Libro De Sensu & sensato.

Quęritur,quare oculus sit clarus,& politus,instar speculi?Respondetur, quia res uisibiles reuerberantur melius super rẽ tersam & politam.Ergo oculus; est politus,ut ex hoc uisus cõfortetur. Secundo respondetur , quia oculus est maxime humidus inter omnes partes corporis,& aquaticę naturę.Mõ sicut aq̃ ẽ clara et bene polita,ita et oculus.

Quæritur,quare homines habentes pro fundos oculos acute & longinque uident; & similiter alia animalia?Respõdetur secundum Aristotelem,Secundo De Generatione Animalium, quia uirtus uisiua in eis nõ dispergitur,sed ꝑce

dit diametro ad rem uisam. Et hoc declaratur in simili. Quia quãdo aliquis stat in profunda fouea, aut in fonte profundo, stellas cœli & firmamenti in clara die speculatur, ut dicit Aristoteles ĩ Tractatu De Forma speculi, quia tunc uirtus uisiua, & radij non disperguntur.

Quærirur, quare homines habentes altos oculos, & non profundos, indeterminate uident & male? Respondetur per Aristotelẽ, quia radij, qui transeũt ad uisum, disperguntur ad latus, et nõ directe procedunt ad rem uisam, ergo uisum debilitant.

Quæritur, quare multa aimalia nascuntur cæca, sicut catuli leonum, & canes? Respondetur, quia talia animalia, non sunt adhuc perfectæ maturitatis, & in eis nõ operatur fluxus nutrimenti. Et hoc declaratur in simili, de hirundinibus, ut si illis in nido auferãtur oculi, alij recrescunt eis. & hoc patet in multis alijs animalibus, quæ ẽt immature generãtur, quasi mortua, ut catuli, ursi. & ista ratio est magis ꝑspectiua, q̃ naturalis materia.

Quæritur, quare oculi mulieris mẽstruosæ inficiunt speculum nouum? ut dicit

Aristoteles in Libro De Somno & uigilia. Et consimile Próblema est illud. Quare basiliscus interficit homines uisu? Ad primum respondetur, quod per talem modum, quia quando menstrua fluunt de muliere, tunc aer uenenosissimus resoluitur ab ea, qui ascendit caput mulieris, & ipsa multũ dolens cooperit ipsũ cũ uelis multis & retijs. & quia oculi sunt poris pleni, ergo petit ibi exitum, & sic inficit oculos, qui pleni sunt sanguine. & apparent in eis oculi guttosi, & lachrymosi, ꝑpter malum uaporem in eis existentem. & illi euaporantur, & multiplicantur usq; ad obiectum speculi. Et quia tale speculum, est multum solidum, mũdum, & politum, & ergo facile immundum accipit. Ad secundum respondetur, quod basiliscus, est animal multũ uenenosum, & per oculos illius uapores uenenosi exeũt, & multiplicãt usq; ad rẽ uisam, et usq; ad oculũ hoĩs. q uapores uenenosi seu humores, intrãtes corpora inficiunt, & tandẽ homo interficitur. Et hæc ratio est, quare basiliscus recipiens clypeum cum bitumine perfecte factum, aut aliam rem firmam, &

politam,interficit ſeipſum. quia ab iſta re polita, & ſolida,iſti humores reflectuntur,& percutiuntur uſq; ad baſiliſcum,ex qua percuſſione interficitur. Et ſimiliter eſt dicendũ de muliere mẽſtruoſa. Correlatiuum eſt, quod quædam uetulę,quando tempore mẽſtrui inſpiciũt ſpecula, aut alias res ſolidas uel firmas,ſeipſas lędunt,& offendũt.

Quare ſcintillatio oculorum in catis,& lupis,non apparet in luce, ſed in tenebris? Reſpondetur,ꝙ in luce maius lumen obfuſcat, & extinguit minus lumen ſic,quod tunc extraneus color apparet ſcintillare,quãuis habent aliquã materiam lucis,per quam tempore tenebroſitatis apparent ſplendidi,ex quo eſt corpus politũ,& ſic illa materia lucis quodãmodo obfuſcatur in die ita, ꝙ non apparet ſplẽdida,ſed magis colorata,propter lucis obfuſcationẽ. Vnde quanto magis ſunt tenebræ, tanto plus talis natura lucis,quæ eſt in obiecto uiſibili,fortificatur,quia tanto minus impeditur per maius lumẽ extrinſecum,quo poſſet obfuſcari.

Quare homo ſe uidens in ſpeculo, mox obliuiſcit ſuę diſpoſitionis, & nõ ſcit,

qualiter sit dispositus? Respondetur in Libro De Fortuna speculi, ꝙ idolum uisum per speculum debiliter & reflexe, repręsentat se potentiæ uisiuæ, et ex quo debiliter se repręsentat, tūc debiliter apprehenditur, & per consequens non diu retinetur.

Quare uisus recreatur per uiridem colorem? Vt patet per uersum istum, Fons, speculū, gramē, oculis dāt alleuiamen? Rñdet, ꝙ uiridis color mediocriter mouet organū uisus, & iō confortat uisū, hoc aūt nō facit color albus, uel niger, qa isti fortiter mouēt, & mutāt organū uisus, ideo plus faciunt uiolentiam, cuius ratio est, quia magis tendunt ad excellentiā, seu uiolentiā. Sed quāto sensibile est magis excellēs, tāto magis destruit, et debilitat sensū. Vt patet p Aristotelē ī Scdo De Anima, q dicit, ꝙ sensibile excellens corrumpit sensum.

De Naso.

Quæritur, quare nasus excedat ultra alias partes capitis? Respondetur dupliciter, primo, quia nasus est quasi cloaca cerebri, per quam phlegma cerebri expurgatur. ergo excedit alia membra, ne immunditia maculentur.

Aliter respondetur secundum Constã tinum, quia nasus, est maxime decor faciei eminens seu splendens, cum naturaliter odorat, & faciem decorat, ut testatur Boetius, in Libro De Disciplina Scholastica.

Quare homo inter cæteta animalia habet malum & turpissimum olfactum, seu odoratum? ut patet Secũdo De Anima. Respõdetur per Cõmentatorem ibidem, ꝙ homo inter cætera animalia, quo ad sui quantitatẽ, habet cerebrum humidum, & frigidissimũ. Et ergo ex tali excellenti humido, & frigido, cerebrum non disponitur. & ꝑ consequẽs olfactus, organo non disposito, impeditur sensatio, ut patet per Aristotelem, & Themistiũ Lbro De Anima. Ergo quidam homines omnino nõ odorãt, & hoc est signũ malæ sensationis, &c.

Quare uultures, ut uult Commentator Secundo De anima, optime odorant? Respondetur, quod habent cerebrum ualde siccum. & ergo aer deferens odorem, non impeditur ab humiditate cerebri, sed subito tangit suum organũ. Et ergo dicit Commentator super Tertium De Anima, quod uultures, &

tigrides,& alia animalia, prælio facto in Græcia, uenerunt à quingentis miliaribus ad cadauera mortuorum.
Quare natura fecit nares? Respondetur, propter triplicem utilitatem. primo, quia clauso ore inspiramus per nares, in refrigerium cordis. Secunda utilitas est, quia aer procedens ex ore fœtet, qa fumi stomachi, sunt ei adiuncti. sed aer respirãs ad nares, minus fœtet. Tertia est, qa phlegma procedens de cerebro, per nares purgatur.
Quare homines sternutant? Respondetur, ut uirtus expulsiua et uisiua p hoc purgetur, & cerebrum à sua superfluitate purgetur. Quia sicut pulmo purgatur per tussim, sic uirtus uisiua, & cerebrum, per sternutationem. etiã qui sternutat, frequenter dicitur habere forte cerebrum. Et ergo medici sternutatorium dant, ut purget cerebrum. Et qui dolent non potẽtes sternutare, cito moriuntur, quia signũ est, quòd cerebrũ est totum impletum malis humorib⁹, qui non possunt expurgari.
Quare apoplectici, id est, in quibus sanguis cito effunditur, non possunt sternutare? Respõdetur, quòd meatus seu

uentriculi cerebri, sunt eis oppilati & obturati, & si possent sternutare, forte apoplexia solueretur,

Quare calor Solis prouocat sternutationem, & non calor ignis? Respondetur, quod calor Solis tantum resoluit, & nõ cõsumit. Ergo uapor resolutus expellitur per sternutationẽ. Sed calor ignis resoluit, & consumit, & ergo magis cõsumit sternutationem, quam prouocat.

De Auribus.

Quæritur, quare omne animal mouet aures, præter hominem? Respondetur, per Aristotelem, quod quidã musculus est circa mandibulam in homine, qui prohibet motũ in auribus, & ergo eo extenso, homines mouent aures, ut uisum est in plurib⁹ hoĩb⁹, sed alia aĩalia illo carent, ergo aures eorum mouent.

Quare ex erectione auricularum asini, pluuia prænoscitur? Respondetur, quia asinus, est animal ualde malẽcholicũ, & ex malencholia est sentiens pluuiã futuram. Modo tempore pluuioso aures oĩum aĩaliũ eriguntur, ergo asin⁹ sentiens pluuiã futuram aures erigit.

Quare auiculæ non habent aures? Respondetur per Aristotelem, quòd ideo

est,quia natura dat unicuiq;,quod sibi congruum est,sed si dedisset auibus aures,impedirent eas in uolatu.Similiter pisces carent auribus, propter natationem,& solum habent paruas foueas, & poros,per quos audiunt, ut declarat Aristoteles de boue marino.

Quare uespertiliones aures habent, cũ tamen uidentur esse aues?Respõdetur, ꝙ partim habent naturam auicularũ in uolando,ratione cuius habẽt alas.et partim habent naturam quadrupedũ eo,quod sunt pilosæ,quia mures sunt, ideo natura sagax, disposuit eis auriculas.

Quare homo inter cætera animalia habet aures rotundas? Respodetur,quia figura totius, & figura partium in toto proportionantur, & maxime inter homogenea. Quia sicut una gutta aquæ rotun da est, ita & tota aqua, ut probat Ioannes De Sacro busto in sphæra materiali.Sed quia caput hoĩs, est maxime rotundum, ergo & aures declinant se ad eandem formam siue figuram. Sed capita aliorum animalium,ualde sunt oblõga,ergo & aures exinde prolongantur.

Quare natura formauit aures ipsis animalibus? Respondetur, quod fecit propter duo. primo, ut aīalia p̄ aures audirent, & ut res audibiles pertingerēt ad pelliculam auris. Secundo, quia per aures caput purgatur cholerica superfluitate. Sicut enim caput purgatur p̄ nasum, à phlegmatica superfluitate, sic per aures, à sup̄fluitate cholerica.

De Ore.

Quare os habet labia ipsū circūstantia? Respondetur secundum Constantinū, quia labia regunt, & minuunt dentes, quia non esset pulchrum, semper dentes apparere. Aliter respondetur, ꝙ dētes sunt frigidæ naturę, & ergo citius læderentur ab exteriori, si per labia nō tegerentur. Sed tamen alia potest esse ratio euidentior, quę est moralis, scilicet quod homo debet se moderari in loquendo, &c.

Quare homo habet duas aures, & unū os, & similiter duos oculos? Respondetur, quod hoc est ex ista causa scilicet, ꝙ homo debet esse prouisor tam in uiuendo, ꝙ̄ in loquendo, & copiosior in audiendo, ut sapientior sit. Quia ut dicit Aristoteles, sensus auditus, est sen-

ſus diſciplinę. Et de uiſu dicit, ꝙ ſenſus uiſus multarum rerum nobis differentias oſtendit. Et cum illo concordat Seneca dicens, duas aures à natura recipimus, & tantum unum os, & ideo natura ſagax aures fecit patentes, linguam uero duplici clauſula circundedit, ſcilicet labijs & dentibus.

Quare homo habet os? Reſpondetur, ꝓpter multas utilitates, prima, quia os, eſt oſtium ſtomachi. Secunda, quia cibus in ore maſticatur, & præparatur ad primam digeſtionem. Quãuis Auicenna uoluit, ꝙ ſecunda digeſtio fieret in ore. Tertia, quia in cõcauo oris aer inſpiratus pro cordis refrigerio, ſubtilius redditur, & propter alias multas cauſas, quæ poſtea patebunt.

Quare labia ſunt mobilia? Reſpõdetur, quòd hoc fit propter formationem uocis, quia ſine ipſis uox perfecte formari non poteſt. Nam ſicut ſine iſtis literis, a, b, f, p, uoces literales non poſſunt fomari, ita nec ipſæ ſine labijs.

Quare homo oſcitat? Reſpondetur ſecũdum Gloſſam ultimę particulæ Aphoriſmorum Hippocratis, quòd hoc fit aliquando à tædio, ut cum homo ſedit

cum ignotis, quibus libenter careret. Secũdo, fit oscitatio ex fumis crassis replentibus maxillas, ex quorum expulsione fit maxillarum extensio, & oris apertio, & tunc fit oscitatio.

Quare homo uidens alium oscitare, etiam oscitat? Respondetur, ꝙ hoc fit ex imaginatione. Et hoc declaratur ex simili, cum asinus est animal ualde sensibile, ratione melancholiæ, quia superfluitates diu retinet, & nunqum urinaret, uel comaderet, nisi audiret alium urinare. Et sic etiam homo ex imaginatione oscitat, alio homine oscitante.

De Dentibus.

Quare soli dentes inter omnia animalia ossa sentiunt sensu tactus? Respondetur secundum Auicennam & Galenũ, ut possit discernere iter calidum, et frigidum, ipsis nociua, quibus non indigent alia ossa, quia utuntur illis cibis solum ad saporem.

Quare uiri habẽt plures dẽtes, ꝗ̃ mulieres? Rñdeť, ꝙ est propter multitudinẽ caloris & sanguinis, qui abundat in uiris, plusꝗ̃ in mulieribus.

Quar̃ iter oĩa ossa, dẽtes crescũt usq; ad finẽ uitę? Rñdetur ex Secundo De Ge-

neratione,quòd ab consumerētur ma sticando,& molendo.

Quare inter omnia ossa soli dētes recrescunt,eis ablatis,alia ossa ablata non recrescunt?Per Aristotelem respondet, ꝙ omnia alia ossa generantur ex humido radicali, & sic generantur in utero matris,sed dentes generantur ex humido nutrimentali, quod de die in diem renouatur,& augetur.

Quare dentes anteriores in Iuuenibus cadunt,& recrescunt,& non molares? Respondetur, ꝙ hoc est propter defectum materiæ & figuræ. Quia dentes anteriores,sunt acuti,& alij lati,scilicet posteriores. Aliter respondetur secūdum Aristotelem in Secūdo De Generatione Animalium,quòd dentium anteriorum est,præscindere cibum, ergo sunt acuti.Sed posteriorum est,comedere & masticare cibum,ergo habent figuram latam,quæ est ad hoc apta.

Quare dentes anteriores citius crescūt? Respondetur ex eo,ꝙ ipsis citius indigemus scindendo,q̃ posterioribus masticando:

Quare in animalibus dentes in senectute nigrescunt? Respondetur, quòd

hoc est ex putredine cibi,& corruptio-
ne phlegmatis,cū paruo humore cho-
lerico,&c.

Quare dentes equi,in iuuentute sunt cro
cei coloris,& i senectute albescūt? Re-
spondetur per Aristotelem, ꝙ equus
abundant in humore aqueo,qui in iu-
uentute dirigitur,& cōuertitur in gros
sitatem,sed in senectute calor diminui-
tur,& remanet ibi aqueus humor cu-
ius proprius color est albedo,

Quare natura dedit animalibꝰ dentes?
Respondetur per Aristotelem Secūdo
De Generatione Animaliū,quod qui-
busdam dedit propter pugnare,seu de-
fendere uitam ipsorum,ut lupis,apris,
quibusdam uero propter uoracitatē,
ut leporibus,quibusdam uero propter
formationem uocis ut hominibus, ut
patet per Cōmentatorem ī Libris De
Anima.

Quare animalia cornuta carent denti-
bus in superiori mandibula? Respon-
detur secundum Aristotelem in Libro
De Animalibus, quod eadem est ma-
teria cornuū & dentium, scilicet hu-
midum nutrimentale.Ergo materia,q̄
transit in cornua,non transit in dentes

& sic deficiunt dentes in superiori mādibula. Et talia animalia, secundū Aristotelem non possunt bene masticare cibum, unde propter defectum dentiū, ex consequēti habēt duos stomachos. Igitur sequitur correlatiue, quod bis masticant cibum, unde primo mittūt cibū in primum uētrem, noctu autem reciprocant ruminando.

Quare quædam animalia nascuntur cū dentibus, ut hœdi, & agnelli, & quędā sine dentibus, ut homines? Respondetur, ꝙ natura non deficit in necessarijs, nec abūdat in superfluis, ut patet Tertio De Anima. Ergo ex quo ista animalia statim post exitum uentris indigēt dentibus, ideo nascuntur cum dentibus. Sed hoīes mamillis matris nutriunt ad tēpꝰ, iō dētibus ad tēpus carēt.

Quare auiculæ non habent dentes? Respondetur, quod materia dentium trāsit in rostrum, ergo digestio est in eis. Vel aliter respondetur, quamuis dentibus non masticant, tamen per instrumenta ipsorum masticant.

De Lingua.

Quare lingua est poris plena? Respondetur per Aristotelem Secundo De A-

pter linguæ & cerebri humectationẽ, ut in pueris, qui defectuosi sunt in lingua, ut patet in pferẽdis multis literis. Secũdo, hoc est pp extractionẽ neruorum ex phlegmate, qa tales sũt nerui eũtes ad linguas, qui nerui corrupti sunt.

Quare linguæ serpentum, & canum rabidorum sunt uenenosę? Respondetur, propter malitiam, & fumositatem humoris uenenosi, in eis prædominãtis.

Quare lingua canis, est medicinæ apta, & è conuerso equi, est pestilens? Respõdetur, φ hoc est ex aliqa pprietate occulta. Potest dici, quòd ideo, qa lingua canis est multum poris plena, & sic in se attrahit, & tollit uiscositates uulneris. Alij dicunt, quòd canis ex natura habet quosdam humores in lingua, qbus sanat lingẽdo. oppositũ est de equo.

Quare saliua est alba? Respondetur, φ hoc est ex continuo motu linguę, qa in continuo motu generatur calor, qui dealbat istam superfluitatem, quæ est saliua, ut patet in spuma aquarum.

Quare saliua sit insipida? Rñdetur, si haberet determinatum saporem, tunc lingua non saperet, quia solum modo haberet saporẽ saliuę, & sic alios sapores apprehendere non posset.

Quare saliua ieiuni, sanat apostema? Respondetur secundum Auicennam, quia est bene digesta, & subtilis reddita.

Quare aliqui homines abundant multum saliua præ alijs? Respondetur secundum medicos, quod hoc propter phlegmaticam complexionem fit, quæ in illis prædominatur. Et ideo medici dicunt, quod abundans saliua debet sibi cauere à quotidiana febre, surgente ex dominatione phlegmatis. Per oppositum est de illis, qui deficiunt saliua, quia calor in eis superabundat, qui consumit humidũ saliuæ. Et ergo defectus saliuæ, est signum febris.

Quare saliua hominis ieiuni est subtilior, & albior, quàm saliua hominis saturati? Respondetur, quod illa saliua est sine uicositate cibi, quæ solet ingrossarẽ ipsam saliuam hominis pleni.

Quæritur, unde prouenit saliua hominis? Respondetur, quod prouenit à spumis ipsius pulmonis, ubi secundum medicos est sedes phlegmatis.

Quare aïlia multũ coeũtia, ut apri, sunt multũ sputosa? Rñdet̃, quia tũc pulmo, et cor sũt in maximo motu libidinis, ergo gñaratur in eis multum de materia sputosa.

Quare auiculæ non habent saliuam? Respondetur secundum Aristotelē in Libris De Animalibus, quia habent pulmonem ualde siccum, ergo non habēt sputum.
Quare epileptici, id est, qui submerguntur proprio sanguine, & caduci putrescunt? Respondetur secundū medicos, quia materia peccās est in cerebro, sed si uomit, tunc materia peccās est in stomacho. Sed si multum mingunt, tunc materia peccans est in uījs urinę, sed si sperma habere incipiant, tunc est in uasis seminalibus, & ergo medici, secundum hunc faciunt euacuare materiā.
Quare lingua aliquando perdit usum loquendi? Respondetur ex Vltima Particula Aphorismorum Hippocratis, quod ex paralysi, uel apoplexia, id est ex subita sanguinis effusione, hoc euenit, scilicet de humore crasso. Et etiam aliquando ex infectione spiritus animalis, in media cella cerebri, qui non mittitur ad linguam, & per uocis expressionē uariæ passionis actus declarant, ut patet ī Glossa ibidē, & hoc intēdit Galenus.
De Palato.
Quare fructus ante maturationem sunt

insipiēdi uel amari,& post maturatio nem sunt dulces?Respōdetur,ꝙ sapor insipidus causatur ex frigiditate,& defectu caloris in humido & crasso. Sed sapor dulcis,causatur ex sufficienti calore. Vnde in fructibus maturis humidum,est subtile,& per calorē Solis subtile redditum,ideo sanè frequenter fructus tunc sunt dulces. Sed ante maturationem humidū, est adhuc crassum, & nō subtile redditum à calore Solis, ergo tunc fructus sunt amari.

Quæritur,quare magis delectamur dulci sapore,ꝙ̃ amaro,uel alio?Respondetur,quia natura iocunda,delectatˀ dulcedine. Ratio,quia dulce est, calidum & humidum, & per caliditatem humiditates superfluas dissoluit,& per humiditatem abluitur immunditia.Sed sapor acetosus, siue stypticus,uel ponticus,propter frigus in ipso prædominans,nimium constringit,& pungit,& mēbra offendit ĩ purgatione.Ergo non delectamur illo sapore,quia medici uolunt, ꝙ homines in æstate,& in uehementi calore non dicunt comedere aliquid amarꝝ.Ratio ē, qa amaritudo generat calorē. Sed solū

modo in hyeme debemus comedere amara. Ergo dicit Aristoteles i Libro de Nutrimẽto et nutribili, quod dulce, est amicũ naturę, & maxime nutrit.

Quæritur, quare sapor acetosus plus incitat ad appetitũ q̃ alius? Respondet, ꝙ sapor acetosus est frigidus, & frigefacit. Nõ frigidi est appetere & attrahere, & ideo cã est appetitus. Nota, ꝙ nouem sunt species saporum, quorũ tres sunt à calore, & tres à frigore, & tres à temperato medio.

Quæritur, quare de spiritu aereo plus attrahitur, q̃ emittitur? Respondetur per Aristotelem ad Alexandrum magnũ, in Libro De Motu Cordis, ꝙ multæ partes aeris inspirantur, & ptranseũt nutrimentum, cum spiritibus uitalibus inter pulmonem continentur. Et ergo tandiu animal non suffocatur, quandiu aerem in pulmone percipit, est sic aliqua pars in ea continetur.

Quæritur, quare aer expiratus & expulsus uideatur, cum tamen aer per se sit inuisibilis, propter sui raritatem? Rñdetur, quia aer inspiratus admiscetur fumositatibus ipsius cordis, ratione quarũ efficitur crassus, & sic uidetur.

Cuius experientia eſt,quia tēpore hyemali maxime uidemus anhelitū. Quia frigus aeris conſtringit anhelitum miſtum fumoſitatibus,et ſic ingroſſatur, & condenſatur, & per conſequens uidetur.

Quæritur,quare aliqui homines habēt fœtidum anhelitum? Reſpondetur ſecundum medicos,quod aliquando fit propter malas fumoſitates ſtomachi, aliquando,propter corruptionem ſpiritualium membrorum, ut pulmonis. Ergo anhelitus leproſorum eſt infectus, quòd inficit auiculas propinquas, quia interiora ipſorum ſunt maxime corrupta,ut patet ex diffinitione à Conſtantino data. Quia lepra, eſt nutrimentū omnium membrorum cum putrefactione eorundem,& incipit in ſanguine,& terminatur in membris.

Quæritur,quare leproſi ſunt rauci? Reſpōdetur, quod ideo, quia in eis inſtrumēta uocalia,ſunt corrupta, ſcilicet pulmo,& cætera.

Quęritur, quare homines rauceſcunt? Reſpondetur, quòd propter rheuma deſcendens de cerebro,replens canalia pulmonis,uel aliquando ex apoſtematibus

tibus in gutture, uel ex rheumate in collo congregato.

Quæritur,quare omnes fœmellæ inter omnia animalia, graciliores & subtiliores habent uoces,ꝙ uiri, dempta sola uacca? Respondetur secundum Aristotelem in Quinto De Generatiōe Animalium, quod propter constrictionē uiarū,& arteriarum uocaliū, id est ubi aer intrat,per quas uox formatur. Vt patet ī Simili,quia fistula,parua acutiꝰ sonat,ꝙ maior. Sic etiā est in mulieribus,quod uia uocalis propter frigiditatē constringitur.& arctat. Quia frigidi est,constringere,sed in uiris illa uia,ex calore uiri aperitur, & ampliatur,& ergo in uiris grauiꝰ sonat. Quia caloris est,aperire,seu dissoluere. Etiā dicitur, quod mulieres habent uoces molliores, propter humiditatē pulmonis,& propter debilitatē caloris. Etiā Iuuenes,& infirmi, eadē de causa habent acutas uoces. Et est causa naturalis,quare masculus in principio suę natiuitatis profert a,i,uocē crassiorē, sed fœmella profert e,i, uocē leuiorem, ut uult Laberintus,cum dicit, masculus a profert,& cætera.

Quæritur, quare in uiris & mulieribꝰ uox mutatur tempore pubertatis, & ista mutatio maxime contingit tempore, spermatis in uiris, & tempore crescẽdi mamillarum, in mulieribus? ut dicit Aristoteles in Libro De Animalibus. Respõdetur per eundẽ, quia tũc remittitur principium uocis, seu relaxatur. Et hoc declarat in simili de chorda remissa, quæ grauiter sonat. Etiam declarat ex alio, quia animalia castrata, ut capones, spadones & eunuchi, habent uoces molliores, propter priuationes testiculorum.

Querītur, quare homines raucescunt in spectione luporum? Respondetur secũcundum Aristotelem, quia lupus, est animal ualde & maxime frigidum in cerebro, unde habet caput graue. Si ergo uidentium hominũ spiritus uisibilis dirigitur ad eum, tunc attrahit aliquid de frigiditate ad pectus, modo ex illa frigiditate pectus cõstringitur, ubi sunt instrumenta uocalia. Quia lupus non potest dirigere alias fumositates, sed expirantur ab eo in aerem, & sic ille aer circunstans inficitur, & alius aer iterum inficitur ab illo, & sic usq; ad

hominem peruenit,& tunc ille aer sic ĩ fectus,ab homine attrahit, & facit eũ raucum.Etiam dicitur,ꝙ lupus est ani mal multum uorax,ut patet in Libris De Animalibus, qa auide sumit cibũ, & comedit una uice tantum, quantũ sufficiat per tres dies. Et sic lupus ape riẽs os suum,emittit humores crudos & crassos,& indigestos, à quibus aer inficitur propinquus,qui aerem alium iterum inficit,& sic deinceps, donec ꝑ ueniat ad hominem,quo inspirato homo inficitur. Eodem modo sicut basiliscus, q emittit humores uenenosos oculis homines inficientes.

Quæritur quare homine lupum inspiciente,lupus non raucescit?Respondetur,quia homo non est ita malitiosus, & frigidus,ut lupus.Et propter similẽ rationem,mouetur hic tale Problema.

Quare interfectus, interfectore pręsente sanguinescit?Respondetur,ꝙ hoc est opus diuinum, & naturale, quia sanguis clamat uindictam contra interfectorem.Sed tamen si esset aliqua naturalis causa,maxime esset ista,quòd perpetrator huius sceleris recolens,maxime dolet ꝑsentia duct⁹,& sic maxime

æstuat, propter fortem imaginationẽ, quam de eo habet sic, quòd omnes spiritus eius ebulliunt, & sic ad instrumẽta uisus accedunt, & ibi exeunt per radios uisuales oculorum, usq; ad facta scilicet uulnera, quę si recentia fuerint? statim sanguinem emittunt. Secundo, hoc fit cum iuuamine aeris ĩspirati sic, quòd talis aer expiratur per uulnus, educens sanguinem. Et simile est de oculo menstruoso, ubi postea macula apparet, dũmodo per eum speculum est infectum. Sed alij dicunt, quòd hoc fit à natura communi, ad manifestandũ homicidium.

Quæritur, quare paruæ auiculæ plus uociferant, & cantant, q̃ magnę? Vt patet sẽsibiliter de alauda, & philomela? Respondetur per Aristotelem, quòd spirit⁹ paruarũ auiũ est leuior et mollior, q̃ magnarum. Ergo paruæ auiculæ, faciliter procedunt in quodcunq; desiderium, & sic frequenter cantant.

Quæritur, quare masculi plus cantant, q̃ fœmellæ? ut patet in omnibus animalibus? Respondetur, hoc est propter desiderium coitus. Ergo secundũ Constantinum, in Libro De Coitu dicitur,

quod tunc spiritus maxime mouetur in corpore,& fit appetitus coitus. Etiam respõdetur,ꝙ generaliter loquẽdo de quolibet animali, fœmellæ sunt frigidiores,ꝗ̃ masculi.

Quærit̃,quare apes,uespę,muscæ,& locustæ,& multa talia animalia uociferãtur,cum nõ habeãt pulmonẽ,nec ĩstrumẽta uocis?Rñdet̃ secundũ Aristotelẽ Libro De Inspiratione & Respiratiõe, qd̃ in eis est quædã pellicula, ad quam spiritus pulsans facit talem sonum,& ergo mirabiliter sonat talis sonus.

Quæritur,quare pisces non uociferant? Respondetur secundum Aristotelẽ Secundo De anima,quia pisces non habent pulmonẽ,sed solum brancas, nec etiam cor,ergo non indigẽt inspiratione aeris,& per consequens non uociferant.Quia secundum Aristotelem Secundo De Anima,uox est percussio aeris inspirati.

De Collo.

Quæritur,quare animal habet collum? Respondetur secundum Aristotelem ĩ Libris De Animalibus,quod collum, est sustentamentum capitis.Vnde secũdum ipsum,collum, est medium inter

caput,& corpus,ut patet per ipſum,et eius ceruices & neruos, tanquam per uias medias,motus et ſenſus corporis translegantur,& per ipſum, tanquam per quandam diſtantiam,cor maxime calidum à cerebro elongatur.
Quæritur,quare aliqua animalia carent collo,ut piſces,ſerpentes,& alia reptilia?Reſpõdetur,quia talia animalia carent corde,ergo non indigent tali diſtãtia,de qua dictum eſt. Aliter reſpondetur,ꝙ in imo habent collum,ſed nõ eſt diſtinctum à corde & capite.
Quæritur,quare collum ſit oſſeum?Reſpondetur ſecundum Ariſtotelē, ut eo fortius poſſet caput ſuſtentare. Etiam ideo,quia ſpina dorſi,in collo coniungitur cerebro,& inde recipit medullã, quę eſt eiuſdem ſubſtantię cũ cerebro.
Quæritur,quare quædam animalia habent longa colla,ut grues,& ciconię?et ſic de alijs?Reſpondetur ſecundum Ariſtotelē,quia talia animalia requirunt ſua nutrimenta in profundo aquarũ, ergo indigent longis collis. Sic etiam quædam animalia habent breuia colla,ut niſus,& accipiter,quia talia animalia ſunt rapacia,ergo propter forti-

tudinem breui collo indigent. Vt etiã patet de boue, qui est breuis colli, et ergo fortis.

Quæritur, quare collum sit concauum, & maxime in anteriori parte circa linguam? Respondetur, quia ibi sunt duo meatus, unus, deferens cibum ad membra nutritiua, ut ad stomachum, & ad hepar. Et talis, secundum medicos dicitur Isophagus, à φαγεῖν Grçce, qđ est comedere Latine.

Quarẽ arteria uocalis sit anulosa? Respondetur, ꝙ est propter flexibilitatem, quę producit bonam resonantiam.

Quarẽ pullus decollat⁹ diu mouetᷣ, et hõ decollatus statim imobilis est? Respondetur, ꝙ pullus & similia animalia habent neruos strictos, & sic in eis spiritus motiuus moratur diutius post decollationem. Sed homines, & similia animalia habent neruos longos & amplos, et ergo spũs ab ipsis cito recedit, & ꝑ cõsequẽs nõ pñt mouere corpus.

De Humeris & Brachijs.

Quarẽ homo habet humeros et brachia? Respondetur secundũ Aristotelem in Libro De Animalibus, quòd propter delationem, & portationem oneris.

Quare brachia ſunt rotunda? Reſpondetur, ꝙ hoc eſt propter maiorem uelocitatem motus & operationis. Quia talis figura motui eſt apta, ut patet per Ariſtotelem Primo De Cœlo.

Quare brachia ſunt ualde craſſa? Reſpondetur per Ariſtotelem, ꝙ hoc eſt ꝓpter fortitudinem ad leuandum & ad portandum onera, etiã ad contingendum, ſeu pugillandum. Sic etiam oſſa eorum ſunt ualde craſſa, qa ibi eſt multum de medulla, ſeu materia medullosa, ne cito corrumpantur brachia. Sed medulla in paruis oſſibus non poteſt contineri ita bene, ſicut in magnis.

Quare dolentes uel infirmi denudant, uel tegunt brachia, & etiam laborantes in agone? Reſpondetur ſecundum Hippocratem in Libro Prognoſticorum, quòd in talibus mors eſt propinqua, & eſt ſignum mortis, quia ibi eſt dolor maximus, qui facit brachiorum denudationem.

Quare in aliquibus infirmantibus brachia gracilia fiunt, ideſt, ſubtilia reddũtur, ut in hydropicis, & phreneticis? Reſpondetur ſecundum medicos, qa mẽbra ſibi compatiuntur, & ergo uno do

lente, oẽs humores ibi cõcurrunt in doloribꝰ prædictis. Nam capite dolente, humores brachiorũ currunt ad caput, & brachia gracilia fiunt.

Quare animalia bruta, non habent brachia? Respondetur, ꝙ habent anteriores pedes loco brachiorum, uel pro brachijs. Aliter respondetur, & melius, quia omnia animalia habent organa aliqua ad pugnandum, & ad se defendẽdum. Vt lupus habet dẽtes, uacca, cornua, equi, pedes posteriores, uolatilia, rostra, & alas, sed solus homo habet brachia ad pugnandum.

De Manibus.

Quare solus hõ habet manus, & aĩal ei simile, ut simia? Respondetur, ꝙ manꝰ est organum organorum, ut dicit Aristoteles De Anima, quibus maxime homo indiget. Quia multæ sunt operationes, quæ per manus fiunt, & non per alia organa.

Quare aliqui sunt ambidextri, id est utẽtes utraqꝫ manu pro dextra? Respondetur, ꝙ est propter multitudinem caloris cordis, et propter sufflationem eius calidam, qui facit sinistram ita habilẽ, sicut dextram, & ergo tales homines,

sunt proculdubio bonæ complexionis.

Quare mulieres nō sunt ambidextræ, sicut uiri, ut dicit Hippocrates circa ultimam particulam Aphorismorū, circa finē? Respondetur secundum Galenū, quòd hoc est ideo, quia calidissima mulier sana, frigidior est frigidissimo uiro sano. Et dicitur insignite sana, qa si febricitaret, tunc dictū esset uerum, qa in tali casu mulier calidior esset uiro caliditate accidentali.

Quare digiti sunt articulosi? Responde tur secundum Aristotelē in Libris De Animalibus, quòd propter aptitudinem, ad recipiendum, & ad tenendum receptum.

Quare quilibet digitus, tres habet iuncturas seu articulos, & pollex tantum duas? Respondetur, ꝙ pollex etiam habet tres articulos seu iūcturas, sed tertius iungitur brachio. Et ergo fortior est, ꝙ alij digiti, ut patet ex nomine, qa dicitur pollex, à polleo. Quia secundū Aristotelem, maioris est uirtutis, cum etiam maior sit in quantitate,

Quare digiti dextræ manus, sunt subtiliores, ꝙ sinistræ, ut uult Aegidius? Re

ſpondetur, ꝙ propter calorem in tali parte dominantem, qui facit maiorem ſubtilitatem,

Quare digiti ſunt craſſiores ante cibū, quàm poſt, ut dicit Albertus? Reſpondetur ſecūdum omnes medicos, quòd homo ieiunus, repletus eſt malis humoribus, & fumoſitatibus diuerſis, quæ ingroſſant omnia membra, etiam digitos, ſed cum illi humores ſunt per cibum expulſi, ſic digiti magis graciles fiunt. Et eadem de cauſa homo ieiunus eſt grauior, quàm homo cibatus, ut patet expreſſe de ieiunātibus. Et poteſt reddi melior ratio, quia poſt cibū calor à membris exterioribus delegatur ad interiora, propter digeſtionem cibi, & ergo membra exteriora gracilia redduntur, ſed poſt digeſtionem cibi è conuerſo dirigitur ad membra exterioꝛa, & ergo tunc ingroſſantur.

Quare aliqui homines, ſunt magis habiles in ſiniſtra manu, ꝗ̃ in dextra ad aliquod opus faciendum? Reſpondetur, quia in illis cor non influere facit dextro lateri calorem, ſed plus ſiniſtro, et etiam operatur in ſiniſtra manu ſubtilitatem & gracilitatem.

De Vnguibus.

Quæritur, unde generantur ungues? Respondetur secundum Galenum in Cōmēto Prognosticorum, quòd ex fumositatibus resolutis, ingredientibus extremitates digitorum, quæ aere exteriori exsiccantur, & in cornu reducunt.

Quare ungues senum nigrescunt, & pallescunt? Respondetur, quia tandem calor cordis deficit, quo deficiente, ipsorum pulchritudo deficit.

Quare homines iudicantur bonæ complexionis uel malæ secundum dispositionem unguium? Respondetur, quia ungues testantur de bonitate uel malitia cordis, ergo etiam complexionis. Quia si sunt rubei, testantur per cholericam bene temperatam, sed si aliquo modo sunt inclinati cum rubeo colore ad nigredinem, testantur sanguineā complexionem, sed si sunt crocei coloris uel nigri, testantur melancholiam.

Quare aliquando maculę albę apparēt, siue generantur in unguibus? Respondetur, ꝙ nutrimenta unguium sunt diuersa reddita, qa aliqua pars phlegmatis est admista, ergo ex tali phlegmate macula ista causatur.

Quare omne animal gradiens pedibus habet ungues,uel ungulas,uel aliquid proportionabile eis,ut patet in auiculis , solũ curuos ungues habentibus, & in equis,quorum pedes subferãtur, & in alia regula secundum Aristotelẽ, quæ est uera,exceptis natãtibus, ut patet in ansere, uel in anate , quæ carent huiusmodi unguibus . Quia naturaliter ungues sunt graues, & sic impedirent natationem. Et responsio sic potest elici ex dictis.

De Pectore.

Quare pectus est concauum?Respondetur secundum Aristotelem,quia ibi est sedes spũaliũ mẽbrorũ , q̃ mẽbra sunt nobilissima,ut cor,& pulmo , ut ergo ista custodiantur à læsione , necessariũ est,ut pectus sit concauum.

Quare homo inter omnia animalia habet latissimum pectus,ut dicit Aristoteles?Respondetur,ꝙ spiritus in homine sunt debiliores & subtiliores , ergo requirunt regionem ampliorẽ , in qua possint contineri ,ut est pectus.

Quare pectora auicularum sunt rotunda & acuta?Respondetur,sunt in continuo motu.Modo figura acuta & or-

bicularis, motui ẽ apta, ut patet quarto physicorum.

Quare quæ diligimus, trahimus ad pectus? Respondetur, ꝙ prior locus cordis, est sub pectore. Ergo illa, quæ cor amat, ad pectus trahit, propter uicinitatem cordis applicando amatum amanti.

Quare mulieres sũt breuioris pectoris, ꝙ̃ uiri? Respõdetur, quia in uiris est caliditas, quæ naturaliter sursum mouetur, superiora uiri icrassando, & ea ampliando. Ergo magnũ pectus, est signũ animositatis, ut patet per Aristotelem in Physiognomia, ubi declarat hoc de leone, & tauro. Sed in mulieribus frigiditas dominatur, quæ naturaliter mouetur deorsum. Et ergo dicit Aristoteles, quod mulieres frequenter cadunt supra culum quia posteriora earum ingrossantur ex frigiditate descẽdẽte. Sed uir frequenter cadit supra pectus, propter eius crassiciem.

De *Mamillis*.

Quare mamillæ sunt positæ supra pectus? Respondetur, ꝙ pectus, est sedes cordis calidissimi. Ergo ibi mamillę generantur, ut menstruũ ad eas missum,

calori cordis uicium citius decoquere
tur,& ĩ materiā lactis cõuerteretur.
Quare in aliĳs aĩalibus mamillę,sunt in
fra pect⁹,sed in muliere,sunt supra pe-
ctus?Rñdetur,qa mulier est bipes, er-
go mamillę exiſtẽtes ĩfra pect⁹,ĩpedirẽt
eius transitũ , sed alia aĩalia , quatuor
habẽt pedes,ergo ipsa nõ impediũt in
eorum transitu,uel motu pregressiuo.
Quare uiri non habent tam magnas ma
millas,sicut mulieres?Respondetur,qa
uiris nõ gerantur menstrua,nec ibi est
uas menstruo deputatũ. Tamen dicit
Aristoteles,uiri habent paruas mamil
las,& mulieres paruos testiculos,
Quæritur,quæ mamillæ sunt magis ua
lentes pueris lactentibus,an paruę,uel
magnæ,seu mediocres? Respondetur,
ꝙ ĩ magnis calor est diffusus & dispersus,ergo ibi nõ est bona digestio lactis.
sed in paruis est unitus & fortis , cum
omnis uirt⁹ unita,est fortior seipsa di-
spersa,ꝙ per consequens , ibi est bona
digestio lactis,ergo paruæ sunt melio-
res,quã magnę,mediocres autem,sunt
optimæ.Ex quo oẽ mediũ,est optimũ.
Quare tredecimo,& decimoquarto an-
no mamillæ Iuuencularũ incipiũt cre.

ſcere,& ingroſſari,aut dicit Albertus? Reſpondetur per Ariſtotelem De Generatione Animaliū,quòd ideo, quia tūc Puella efficitur pubes,& menſtrua incipiunt augeri in ea, & fluere, ut dicit Ariſtoteles. Quia in eadē ætate,Puellarum creſcunt mamillæ, & uirorum ſperma.

Quare mamillæ mulierum generantiū abortum,id eſt puerum,qui egreditur mortuus ex utero matris,ut dicit Hippocrates in Secunda Particula Aphoriſmorum,molleſcunt? Reſpondetur ſecundum Gloſſam ibidē,quia tunc mēſtruum non fluit ad mamillas,à quo fœtus deberet nutriri, ergo tunc molleſcunt.

Quare mulier impręgnata, concipiens maſculum in utero,dextram mamillā habet duriorem,quàm ſiniſtram? Reſpondetur ſecundum Hippocratem, quia maſculi concipiuntur in dextro latere matris,ergo tunc menſtruum fluit ad dextram mamillam,ipſam indurādo.

Quare mulieris īpręgnantis lac fluens de mamillis,ſignificat debilitatem fœtus? Reſpondetur ſecundum Ariſtotelem,quia lac,eſt proprium nutrimen-

tum fœtus in utero. Et ergo quãdo lac fluit, signũ est, quod fœtus non nutritur, & ex hoc utiq; debilitatur.

Quare dura mamilla indicat sanitatem in puero existente in utero? Respondetur, quia menstruum, cõuertitur in lac & tale lac sufficienter nutrit fœtum, & ex hoc arguitur eius fortitudo.

Quare mulier habet tantum duas mamillas, & aliqua bruta, ut porca, & canicula, habent decem, uel plures? Respondetur, quia frequenter mulier concipit masculum unum, uel fœmellam, & huic sufficit una mamilla, uel duæ. Sed alia bruta habẽt multas scissuras, procreantes multos fœtus, ergo habẽt mamillas, primo scilicet fœtui, primã, secundo, secundam. & sic de alijs, per ordinem.

Quare tempore imprægnationis mamillæ sunt duræ, & alio tempore sunt molles? Respondetur, quia tunc inflantur, & tumescunt sicut uterus, quia multa humiditas menstrualis fluit ad eas, q̃ alio tempore manet in matrice, & expellitur per locum deputatum.

Quęritur, per quem modum lac mamillarum uenit ad matricem? Respondet

ſecundum Hippocratem, ubi ſupra, quod mamilla habet colligantiam cũ matrice, & quaſdã uenas, quas abſcindunt obſtetrices, tempore partus, & per illas lac fluit ad umbilicum pueroꝝ, & capiunt nutrimentum per umbilicum. Vnde aliqui dicunt, quod puer exiſtens in utero nutritur per os, ſed hoc falſum, quia ſi ſic, tunc ſtercora emitteret etiam, ſed hoc eſt falſum, quia non uꝭ, ubi dimittuntur illa ſtercora.

Quare lac egrediens de mamillis ſpiſſũ & craſſum, & non multum, & fluidũ, eſt ſignum maſculi in utero, ſed lac tenue, eſt fœmellæ? Reſpondetur, qa mulier geſtans maſculum, eſt fortioris caloris, qui digerit ipſum lac inſpiſſando. Sed ĩ mulieribus habẽtibus fœmellam, non eſt tantus calor, ergo manet indigeſtũ & aquoſum, & fluidũ ſupernatans, ſi ponatur in aqua.

Quare lac ſit album, cũ tamen mẽſtruũ ſit rubeũ, ex quo generaꝭ? Rñdetur, qa ſanguis non bene decoctus, recipit formã albam, ut patet de carne, cuius proprius color eſt albus. Aliter reſpondeꝭ, qa quilibet humor, qui in tali mẽbro generatur, alicui membro aſſimila

tur in colore,in quantũ poteſt.Sed caro mamillarũ eſt alba, ergo & humor lactis eſt albus.

Quare uacca,dat copioſe lac,præ aliјs animalibus?Reſpondetur, quia uacca, eſt animal multum uorax. Et ubi multum recipitur de nutrimento, ibi multum generatur de menſtruo. Quia nõ eſt aliud,niſi mẽſtruum decoctum & dealbatum, ergo etiam in ea multum generatur de lacte.

Quare lac non ſit ſanum,ut dicit Hippocrates Secũda Particula Aphoriſmorum?Reſpõdetur ſecundum Gloſſam ibidẽ,quòd propter multas cauſas nõ eſt ſanum,prima,quia quãdoq; coagulatur in ſtomacho,ex quo ulterius malus anhelitus generatur.Sed Hippocrates ponit remedium ĩ loco allegato dicens.Si tertia pars aquæ admiſceatur lacti tunc nõ eſt nociuũ,& hoc intelligitur de aqua fluuiali.Alia cauſa,quia lac aliquãdo in hoc ſtomacho aceſcit, & excoquitur, & iterum ex eo generant̃ mali humores, ĩficiẽtes anhelitũ.

Quare lac,p̃ſertim dolẽtibus caput nõ ualet?Rñdetur ſecundũ Hippocratem, ubi ſupra, & ſecundũ Gloſſam ibidẽ,

Quia lac cito transit in multam fumositatem, & multũ habet de materia terrestri, quæ fumositas ascendens, ipsum facit dolere.

Quare lac est conueniens nutrimentum infantibus & pueris? Respondetur, q̃a est naturalis eorum cibus, et consuet⁹, quia etiam utero nutriebantur tali cibo, ergo est eis conueniens.

Quare lacticinium tempore partus uaccarum, sit bonum? Respondetur, quia tunc lac est multum spongiosum, ergo tẽpore illo multas fumositates expellit, & quodammodo est purgatio illo tempore.

Quare lac in mulieribus coeuntibus, destruit puerum lactentem? Respondet secundum Aristotelem in Libris De Animalibus, quia tempore coitus, subtilior & melior pars lactis uadit ad uasa fœminalia, et ad matricẽ, et peior p̃s manet in mamillis, q̃ destruũt puerũ.

Quare lac mulierum fuscarum sit melius, q̃ albarum? Respondetur, quia fuscæ mulieres, sũt calidiores alijs, et q̃a calor digerit nutrimentum sufficiẽter, & sic lac melius fit.

Quare in eadem mensa simul comedere

lac,et pisces,sit prohibitum à medicis? Respondetur,quia maxime disponunt ad lepram.Quia ambo sunt phlegmaticæ naturæ,tam lac,q̃ pisces.

Quare auiculæ non habent lac atq; mamillas?Respondetur,quia mamillę impedirent eis uolatum.Etiam pisces nō habēt mamillas,uel lac,quia ipsi emittunt lactes, ut dicit Aristoteles in Libro De Generatione Animalium.Quia fœmella emittit polygranū, & masculus superaddit lactes, sic eorū species æternæ fiunt per successionem indiuiduorum.

De Dorsis.

Quare animalia habent dorsa?Respondetur per Aristotelem,propter tres causas.Prima,ut deorsum esset uia neruorum à spina dorsi extensorum per totum corpus,ut patet sufficienter in suspensis,quia quando sunt lacerati,tūc adhuc nerui dependent in spina dorsi. Secunda causa est,ut esset custodia mēbrorum mollium, in corpore existentium,ut stomachi,hepatis, pulmonis, & sic de alijs.Tertia causa est, ut esset fundamentum omnium ossiū, quia uidemus,quòd alia ossa,ut costæ, figurā

tur in ſpina dorſi.

Quare homo inter omnia animalia, habet dorſum latum ita, quòd nullũ animal, præter hominem, poteſt conueniẽter iacere in dorſo? Reſpondetur, quia pectori lato correſpõdet dorſum latũ. Si ergo homo haberet dorſum acutũ, ſicut alia animalia, illa eſſet indecens & inepta diſpoſitio. ergo requiritur, quod habeat dorſum latum.

Quare homo iacẽs in dorſo, habet horribiles uiſiones? Reſpondetur, quia tũc meatus, ſeu neruus phantaſiæ eſt apertus, qui eſt in anteriori parte cerebri, et ergo tunc phantaſia corripitur. Vel alia ratio eſt, quia homo iacens in dorſo habet ſe ita, quòd humores perturbantur, & mouentur ſurſum, ubi & phantaſia, & ergo phantaſia perturbatur.

Quare malum eſt iacere ĩ dorſo? Reſpõdetur ſecundum medicos, quia hoc diſponit ad lepram, epilepſiam, maniam & ad incubum. Vbi nota quòd mania eſt infectio anterioris partis cerebri, cũ priuatione imaginationis. Sed incub9 in propoſito, eſt paſſio cordis, cum aliquis ſe ĩ ſomno ſuffocari putet, & putet aliquid iacere per ſeipſum, quod li-

benter remoueret.

Quare spina dorsi, habet multos articulos, & multa mēbra, q̄ apud medicos spondylia dicuntur? Rñdetur, ꝙ ꝓpter flexibilitatē ipsius dorsi, qa sine illis articulis flexiones fieri non possent, neq; mot⁹, ut patet ꝑ Aristotelē in Libris de Motibus Animaliū. Et ergo dicentes, quod elephas non habet mēbra, dicūt male, quia tunc nō possent se mouere.

Quare spina dorsi ī piscib⁹ fracta, pisces cito moriunt? Rñdetur, qa spina dorsi ī piscib⁹, est loco cordis. Nō cor est primū uiuēs, & ultimū moriēs, ut patet ī Libro De Lōgitudine & Breuitate uitæ. Ergo læsa spina dorsi, pisces diuti⁹ uiuere non possunt.

De Medulla.

Quare lęsa medulla, homo facile morit? Resdōdetur, quia medulla uenit à cerebro, qđ est unū membrū principale, ut patet in duob⁹. Primo, qa medulla, seu nucha est alba, sicut cerebrū. Secundo, qa aliæ medullę non habent cutē, neq; pelliculā. Sed nucha habet duplicē pelliculā, sicut cerebrū, scilicet piā matrē, et duram matrem. Et etiā circa spinam dorsi sunt quinq; uenę, q̄ secundū me-

dicos dicuntur hæmorrhoides,ab hæmatos Græce,quod est Sanguis Latine. Ideo modicum uidendum est de uenis hæmorrhoidum.

De Fluxu Hæmorrhoidum.

Quare aliqui uiri patiuntur fluxum hęmorrhoidum? Respōdetur, ꝙ sunt melancholici,ergo multum generatur in eis melancholia,quia frigidi sunt,quæ primo mittitur ad splenem, scilicet ad propriam sedem melancholiæ,& ibi ꝓpter sanguinis multitudinem retineri non potest,ergo mittitur ad spinā dorsi,ubi sunt aliquę uenæ, quæ terminantur in dorso,& in collo. Et quando illę uenæ ualde replentur sanguine melancholico,tunc aperiuntur uię naturę,& exit ille sanguis semel in mense, ut mēstruæ mulieris. Et tales uiri per talem fluxum præseruantur magis ab infirmitatibus,scilicet ab hydropisi, peste, & cæteris.

Quęrit̄,quare Iudei īdifferenter patiunt̄ talem fluxum? Respondetur Theologice,quia ipsi tempore passionis Christi clamauerunt,Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Ergo dicitur in Psalmo, Percussit eos Deus in posteriora

riora

riora dorsi. Aliter respondetur, magis naturaliter, quia Iudæi uescuntur cibarijs phlegmaticis & frigidis, ex quibus cibarijs generatur sanguis melancholicus, qui per fluxum hæmorrhoidum expurgatur. Alia ratio naturalis est, quia dicit Aristoteles in Libro De Cœlo & mundo, quòd motus facit calorē, & calor digestionē, ut patet Quarto Meteororum. Sed Iudæi non sunt in continuo motu & labore nec in conuersatione hominum. Etiam ideo, q̄a sunt in magno timore, quia timēt hos ulcisci passionem nostri Saluatoris. Et hæc in eis frigiditatem faciunt, & impediunt digestionem, & ergo iterum ī eis generatur multus sanguis melācholicus, qui in ipsis tunc tēpore menstrui expurgatur.

De Corde.

Quærit, quare cor & pulmo dicūtur mēbra spiritualia? Respondetur uno modo, ꝙ à spiritu, q̄a spūs, uitalis in corde generatur. Sed illa responsio non uidetur ualere, quia sic hepar & cerebrum, erunt membra spiritualia, quod est falsum. Quia hepar, est mēbrū nutritiuū, sed cerebrum, animatiuum. Sed tamen

consequẽtia patet, quia spiritus uitalis generatur in hepate, & spiritus animalis in cerebro. Et ergo respondetur, qđ cor, & pulmo, ideo dicuntur membra spiritualia, quia ĩ eis recipitur spiritus & aer. Vel dicuntur spiritualia, ꝑpter eorum in possibilitatem, respectu aliorum membrorum, ergo ipsa per quam pelliculam diuersa sunt ab alijs membris nutritiuis, ut à stomacho.

Quæritur, quare pulmo sit ita rarus, & spongiosus? Respõdetur, ut ibi aer melius possit recipi, ꝓ cordis refrigerio, & expulsione superfluarum fumositatum. Quia secundũ Aristotelem in Libro De Inspiratione & Respiratione, Pulmo est flabellum cordis, seu uentilabrum. Et sicut follis inspirando inflatur, & expirando comprimitur, & cõtrahitur, sic simili modo pulmo inspirat aerem, dando refrigerium cordi, & inspirat, ne cor suffocetur per nimiam caliditatem aeris inspirati.

Quæritur, quare caro pulmonis sit alba? Respondetur, quòd propter eandẽ causam, quia est in continuo motu. Etiam solet quæri, quare sola animalia habentia cor, habent pulmonẽ, & non

alia? Respondetur, quia pulmo non est membrũ propter se, sed propter aliud, scilicet propter cor. Ergo si animal carens corde haberet pulmonẽ, tunc superflue & frustra esset, modo natura nõ ꝑmittit hoc. Quia Natura nõ deficit in necessarijs, nec abundat superfluis.

Quare animalia non habentia pulmonẽ carẽt uesica, ut dicit Aristoteles? Respõdetur, quia talia nõ recipiunt aquã potabilem, ut potum suũ & cibũ faciant feruere, sed ꝓpter temperamentũ cibi, ergo carent uesica, & etiã urina. Vt patet in auiculis, quarũ quædã simpliciter nõ bibunt, ut falco, nisus, accipiter.

Quare cor sit in medio animalis? Respõdetur, qd' ideo, ut aliquo modo omnibus membris influere faciat uitam, & ergo comparatur Soli, qui est situs in medio Planetarũ, ut alijs Planetis influere faciat lumen. Et ergo Pythagorici, dicentes Cœlum esse magnũ aĩal, dixerunt Solẽ esse cor illius animalis.

Quare in solo hoĩe cor collocatũ in sinistro latere? Respõdetur, ut calor cordis temperet frigiditatẽ splenis. Nã splen est sedes melancholiæ, quæ etiam in sinistro latere collocatur.

Quare īter omnia mēbra cor primo generatur?ut dicit Aristoteles, quod cor est primum uiuens, & ultimū moriēs. Rñdetur scđm Aristotelē, in Libro De Iuuentute & Senectute, Quia cor est principium & origo uitæ, & omnium membrorum, & sine illo nullum mem brū uiuere potest. Nota secundū Physicos, de semine in matrice retento, primo generatur quædā pellicula, circundans ipsum semen, post hoc generatur typus formatiuus, q ex subtiliori sanguine primo facit cor, & de sanguine minus subtili successiue facit hepar, & de sanguine crasso & frigido facit medullam & cerebrum.

Quare animalia parui cordis sunt audaciora, ut leo, qđ est animal ualde ferox & audax? Respondetur quod in paruo corde animalis, calor est bene adunatus & uehemens, & sanguis adueniēs in tangendo ipsum, citius calefit, & ad alia mēbra mouetur, spiritu calefactiuo mediante, quo audaciā eis tribuit.

Quare animalia magni cordis sunt ualde timida, ut lepus? Respondetur, quia calor ibi est diffusus & dispersus, & nō potest calefacere sanguinem ad ip-

ſum concurrentem,& ſic timor ibi generatur.

Quare i corde magnorum animalium, ut ceruorum & hominum, ſecundum Albertum,eſt quoddam os? Reſpondetur per Ariſtotelem, quod ideo, ut ſit fundamentum motus continui ipſius cordis, quia ſecundum eundem in Libris De Motibus Animalium, In quo libet motu eſt quidã fluxus & quies.

Quare cor continue moueatur? Reſpondetur ſecundum Ariſtotelem, in Libro De Motu Cordis, & per Galenum & Aegidium,quia ibi ſpiritus generatur, qui eſt ſubtilior aere, qui propter maiorem rarefactionẽ quærit locum ampliorẽ,replendo concauum ipſius cordis, ex quo ſequiť dilatatio cordis. Et qa cor eſt terreſtre,ergo ceſſante impulſione,partes eius ceſſant, & tendũt ad centrum. Et Magiſter Galenus ponit experientiam de glande ſi glans ponatur ad ignem,calor ignis eius humiditatem reſoluit in fumũ, qui eſt maior & rarior humiditate,& ergo maiorem locũ occupat, & ſic nõ poteſt manere infeſta, ergo ipſam eleuat,& facit eam ex igne ſaltare, & ſic cõformiter eſt de

corde. Vnde nota, quod cor animalis est triãgularis figuræ aliquo modo, & partem minorẽ habet uersus sinistrã, partem uero maiorem uersus dexterã, & in parte minori se cõtinue aperit, & claudit, & sic est in continuo motu. Primus motus, apud Medicos uocatur Diastole. Sed motus contritionis siue clausionis, uocatẽ diastole. Ex quibus duob9 motib9 fit pulsus ĩ toto corpore, quẽ Medici ĩ uenis arterijs sentiũt.

Quare animãtia magni cordis sunt macra? Respondetur, quia calor naturalis egrediens de corde, consumit humiditatem aquosam, quã humiditatẽ oportet conuerti in pinguedinẽ. Et sanè frequenter mulieres sunt pinguiores, quàm uiri, quia habẽt multum de humido, & sunt humidioris cordis, quàm uiri.

Quare caro à corde est compacta, & spissa? Respondetur, quia in re densa, & bene compacta calor fortiter recipitur, ut etiam patet in alijs. Aliter respõdetur, ut cor sua caliditate temperet frigiditatem cerebri, ideo est cõpactum.

Quæritur, quare est cor calidissimum in toto animali? Respondetur, quia ibi est materia spissa & densa, & bene

compacta,& calor fortiter recipitur in eo,ut patet in silicibus. Etiã alia ratio est, quia cor sua caliditate temperat frigiditatem cerebri.

Quæritur, quare cor est principium uitæ? Respondetur,quia in eo generatur spiritus uitalis,qui est sedes uitæ. Vnde secundum Augustinũ in Libro De Differẽtia Spiritus & Animæ,Cor habet duos uẽtres,scilicet dextrũ & sinistrũ.Dexter enim uenter plus habet de sanguine,quàm de spiritu,qui spiritus generatur ad uiuificandũ totũ animal.

Quæritur,quare cor sit rotundũ, & habet figuram pyramidis instar? Respondetur secundum Aristotelẽ,Quòd figura rotunda nõ habet angulos. Et ideo cor est rotundum , ne materia corpori nociua ibidem possit retinere. Aliter respondetur secundũ Aristotelẽ, Quia figura rotunda est motui apta.Et ideo figura rotunda,secundũ Aristotelẽ,metaphorice Agonia dicitᷣ,ab α, qđ est sine,& γωνία,angulus, q̃si sine angulo.

Quæritur, quare in solo corde per excellentiam sit sanguis?Respondetᷣ,qa sanguis est in eo, tanquam in ꝓprio loco, uel tanquam efficiente, quod alij dicũt

de hepate. Vnde cor à nullo mēbro recipit sanguinem, sed alia mēbra ab eo.
Quæritur, quare aliqua animalia nō habent cor? Respondetur, licet non habeant cor, tamen habent aliquid proportionabile cordi. Vt patet de piscibus & anguillis, qui spinas dorsi habent pro corde.
Quæritur, quare, ut uidemus sensu, in brutis animalibus, ut in auibus, & pullis, capite ipsis amputato, cor adhuc pulsat, & uiuit? Respondetur, quia spiritus uitalis diutius manet in eo, quàm in alijs membris eo, qđ cor, est primum uiuens, & ultimum moriens, ut dicit Aristoteles De Senectute & Iuuentute, Ergo cor pulsat, & plus mouetur, quàm alia membra.
Quæritur, quare omne animal carens corde, uel proportionali ipsi cordi, caret sanguine, ut patet in muscis? Respōdetur, qa cor, est principiū sanguinis. Modo deficiēte causa, deficit effectus.
Quęrit̄, quare pulsus cordis, certius iudicat̄ in dextro latere, ꝙ̄ sinistro? Respondetur, quia calor cordis ibi facit maiorem habilitatem, & calorem, et ergó ibi plus sentitur, ꝙ̄ i sinistro latere,

Quare calor aliquando è medio deficit? ut patet in caducis,& epilepticis? Respondetur secundum Constantinum, in Libro De Stomacho, quòd hoc fit ex defectu sui ipsius,& pellicularũ,q- bus cooperitur, quibus tunc infectis, cor è medio deficit,& aliquando fit ex infectione membrorũ uicinorum. Vnde quando ex orificio stomachi exit humor uenenosus,lædit ille cor,& membra sibi uicina,& tunc illa inducunt è medio defectionem cordis. Notandũ, quòd secundum Aristotelem, dispositio cordis maxime cognoscitur p pulsum cordis. Quia pulsus uelox,magn9 & frequens cognoscitur, siue testatur de caliditate cordis, & de bona complexione? Et pulsus tardus & debilis testatur de frigiditate cordis & malitia complexionis. Vnde mulieres inquantum sunt sanæ,habent tardiorem et debiliorem pulsum,q̃ȝ uiri,& hoc etiam patet per alias causas,ut infra patebit.

De stomacho.

Quare stomachus est amplus? Respondetur secũdum Aristotelem, in Libris De Animalibus,quia in eo cibus,ut in olla primo decoquitur,& digeritur,ut

purum ab impuro feparetur. Et ergo per multitudinē cibi, Natura ampliat ſtomachum.

Quare ſtomachus eſt rotūdus? Reſpondetur ſecundū Conſtantinū, in Libro De Stomacho, quia ſi haberet angulos, tunc ī illis cibus potius maneret, & ſic homo nunq̃ febrib⁹ careret, qui tamē humores eleuant̄, & conſumunt̄, & nō abſcondunt̄, propter eius rotunditatē.

Quare caro ſtomachi ſit multū neruoſa & ſenſibilis? Reſpondetur ſecundum Ariſtotelem, & Conſtantinum, Quia nerui ſunt dilatabiles & extēſibiles. Et ergo ſtomachus tp̄e repletionis dilatatur, & tp̄e famis reſtringit̄. Ergo Natura ſagax diſponit neruoſū ſtomachū.

Quare ſtomachus digerit? Reſpōde, propter calorē in eo exiſtentē, quia calor prouenit à membris uicinis, ſcilicet ab hepate, & corde. Quia uidemus in fabrica arte, qđ calor ignis ſeparat æruginea, ut ſcoriam à ferro, aurum a cupro, argentum à ſtanno. Sic digeſtione, per calorem fit ſeparatio puri ab impuro, & talis digeſtio eſt quadruplex ſecundum Medicos.

Quare ſtomachus adiungitur hepati? ut

patet sensu? Respondet scd̄m Constantinū, ut supra, quia hepar est ualde calidū, ut ergo sua caliditate possit iuuare ad digestionē, igitur circundat ipsum.

Quare cōmuniter patiamur plus frigus post prandium, q̄ ante? Respondetur, quia tunc totus calor uadit ad stomachū ꝓ digestione facienda, & sic partes exteriores frigefiunt calore priuato.

Quare post prandiū īmediate sit malū studere? Respondetur, quia cum calor debet laborare ꝓ imaginatione studij, tunc non laboraret pro cibo digerēdo, & sic cibus ꝑmaneret crudus. Ideo secundum Medicos, Homo prius debet spatiari post prandiū, ad centū passus, uel secundum aliquos, ad mille.

Quare mulieres, & maxime imprægnatæ, primo & tertio mense habent appetitum inordinatū, ad comedendū carbones, cineres, & cætera? Respondetur scd̄m Cōstantinū, ut supra, Quia quales sunt humores in isto stomacho illarū mulierū, talia nutrimēta appetunt. Et quia in mulierib⁹ imprægnatis sunt putridi & corrupti humores, replētes stomachum, ideo appetunt similia, cū omne simile applaudat sibi simili.

Quare ſtomach9 carnes ualde pingues tarde digerit?Reſpondetur,qa tales carnes natant in ſtomacho. Modo optima digeſtio fit in profundo ſtomachi, ubi carnes pingues non poſſunt uenire. Et ergo tales ſunt multũ ſomnolẽti, poſt eſum pinguium carnium, quia in eis digeſtio retardatur.
Quare ſtomacho infirmo,oĩa alia membra habent in ſe male, eo ſano, melius ſunt ſingula membra diſpoſita?Reſpõdetur ſecundum Conſtantinum,in prĩcipio ſui libri, quia ſtomachus colligãtiam habet cum cerebro,corde & hepate,quæ ſunt membra principalia,ergo ipſo dolente,omnia dolent. Aliter reſpondetur,quia impedita prima digeſtione,alię digeſtiones impediuntur. Nam in prima digeſtione,principiũ eſt infirmitatis,ſcilicet in ſtomacho.
Quare Iuuenes citius eſuriũt, quàm Senes?Reſpondetur ſecũdum Hippocratem,in Prima Particula Aphoriſmorũ & Galenum ibidem in Commento,ꝙ Iuuenes propter tria cibo indigent,primo,propter incrementum,ſecundo ꝓpter reſtauratione uitæ,tertio, propter conſeruationem uitæ. Aliter reſpon-

detur,ꝙ Iuuenes sunt calidiores Senibus eo, quod Iuuenes sunt frigidi, & sicci,ut patet secundum Aristotelem, in Libro de Generatione Animalium. Ergo calor in Iuuenibus plus digerit, & per consequens plus appetunt.

Quare medici præcipiunt,quod existēte appetitu comedendi,debet quis comedere? Respondetur secundum Auicennam,quod tolerare famem, est stomachum malis humoribus & putridis adimplere,quos attrahit ad se loco cibi. Vt patet per experientiam,cum ie iunamus,noctu habemus appetitum comedendi,sed sequenti die minime,ergo est signum, quod stomachus tunc est repletus malis humoribus, & maxime orificium eius, quæ repletio non est uera,sed mendax est pp hoc. Sumpto modico cibo, regreditur statim appetitus. Et ergo dicunt uulgares communi prouerbio,quod os est trufator, quia licet fuerit corruptum malis humoribus,sumpto tamen cibo reuertit̄ appetitus.

Quare consilium medicorum est,quod homo debet successiue comedere? Respondetur secundum Auicennam, q̄a

ſtomachus nimiũ repletur, & tunc cibus ſupernatabit ĩ eo,qđ eſt ualde periculoſũ. Alia cauſa eſt,ſicut ligna multum frigida ſuffocant ignẽ, ſic cibaria, ſuffocant calorẽ naturalẽ. Et ergo optima medicina eſt,uti modeſtia, & tẽperamento ĩ cibo & potu. Vnde verſus.
Eſſe cupis ſanus, ſit tibi parca manus.
Pone gulæ metas,ætas ut ſit tibi lõga.

Quare alio & alio tempore anni appetuntur alia & alia cibaria? Vt ĩ hyeme carnes bouinæ & uaccinæ & porcinæ, ĩ æſtate appetuntur carnes ſubtiliores, ut uitulinæ,agninę? Reſponde,ideo, qa complexio uariatur ſecundũ tempus anni,ut patet per Gilbertum,in Libro Sex principiorum. Aliter reſponde,& melius, quia hoc propter qualitatẽ ipſorum temporũ. Quia frigus hyemis, facit meliorem digeſtionem. Quia uentres, calidiores ſunt in hyeme propter frigus circunſtans, ut dicit Hippocrates in Prima Particula Aphoriſmorũ, & Ariſtoteles in Primo Meteororum.

Quare cibus non debet eſſe nimis calidus,ut piper, zinziber? Reſpondetur, quia cibus calidus adurit ſanguinem, & diſponit ad lepram. Sic ẽ conuerſo,

cibus frigidus mortificat, & congelat sanguinē. Etiā cib⁹ nō debet esse nimis acetosus, qa ille cito inducit senectutē. Itē cibus nō debet esse nimis cōditus, qa ille adurit īteriora, & post illū cibū oportet potare multū, ut post alia cruda. Itē cib⁹ nō debet nimis esse dulcis, qa dulcedo maxime constipat uenas.

Quare sit bona consuetudo, caseum comedere post prandiū, & pira post omnia fercula immediate? Respondetur, quia caseus ratione terrestritatis, & crassíciei tendit ad fundum stomachi, & sic deprimit carnes, & ille cibus digerit omnes alios, seipsum digerere nō potest. Sic etiam dicitur de pyris. Notandum de caseo, quòd caseus recens, cæteris laudabilior. Sed caseus uetus, & siccus & salsus est pessimus, cito faciens dolorem capitis, & hepatis constipationem, & quāto fuerit ueterior, tanto & deterior. Vnde Versus,

Caseus est nequam, nam digerit omnía se quam.

Quare post pisces sit bonum comedere nuces? Vt dicit Metrista, Post pisces, nuces, post carnes caseus adsit. Respondetur, quia pisces sunt aliquando

uenenosi,quia sunt difficilis digestionis,& facile putrescunt,& corrumpũtur. Et nuces iuuant digestionem,quia sunt mediocriter calidæ. Alia ratio,qa quãdo sunt uenenosi,ut dictũ est mox nux est remedium contra uenenum. Ergo pisces temperãtur per nuces, & sic sanũ est,sumere nuces post pisces. Sed tamen notanda est regula de piscibus, quia pisces debent esse de aqua clara & petrosa,& nõ frigida & lutosa, nec qeta. Vnde Versus,

Hi currant per aquam mundã, clarãq; petrosam,

Sint cocti uino pisces,cum petroselino.

Et tales pisces minus nocent.

Quare nouus cibus multum nocet stomacho? Vt in festo Paschæ,multi lędũtur ex nouo cibo? Rñdetur,qa talis cibus nimis auide comedit, ergo replet stomachum,& sic stomachus difficulter potest digerere istum cibum, & sic eius ĩmoderata comestione multi moriuntur. Quia est regula Galeni,& Hippocratis,quod gula ĩterficit plures,q̃ gladius. Ideo summopere ualet moderatio cibi & potus,

Quare sit malũ differre in mensa,& pau

latim diuersa cibaria comedere? Respõ
detur, quia quando ultimum apponi-
tur, tunc primum incipit digeri, & sic
partes in digerendo non æquantur, &
cibus decoctus corrũpitur. & hoc be-
ne perpendunt Gallici, quia ad maius
duo uel tria fercula comedunt. Est ta-
mem notãda regula de ordine cibario
rum, quia si plura habẽtur fercula, quo
rum quædam sunt subtilia in digestio
ne, sicut caro pullorum, hœdorum, ui-
tulorum, oua mollia & subtilia, & hu
iusmodi, tunc illa subtilia debent præ-
cedere. Sed crassa, ut caro ceruorũ, por
corum, uaccarũ, assatura porcina uel
uaccina, oua dura in patella, fricta de-
bent post comedi. Ratio est, qa si prępo
nerẽt, tũc ipsis cito digestis, ĩpedirẽt di
gestionẽ aliorũ, et tũc subtilia iã digesta
uiolẽter retinerẽtur, & ĩ stomacho cor
rũperent, ex quo seqtur cructatio, nau
sea, fastidium, & dolor capitis, dolor
uẽtris, & magna sitis. Et per cõsequẽs
est ualde nociuum, in eadem mensa co
medere lac, & bibere uinũ, quia dispo-
nunt ad lepram.

Quæritur, quid melius est stomacho, ci-
bus, uel potus? Respondetur, ꝙ potus

citius digeritur, quàm cibus. Quia cibus est magis materialis, ꝙ potus. Ergo cibus facile digeritur.

Quare bonū est potare in prandio? Respondetur, ut potus temperet cibum, & reddat eum aptum digestioni. Quia olla repleta carnibus aut piscibus, si non habeat humiditatē, tunc sequitur illius pulmenti & ollæ destructio. Et stomachus habet se, ut olla decoquens cibum. Ergo à Medicis est cōsultum, inter prandia potare.

Quare bonum sit cœnam dimittere serotinam? Respōdetur quòd ideo, quia post cœnam non sequitur motus, sic cibus nō intrat profundum stomachi, sed remanet indigestus, & sic inducit nocumēta. Et ergo bonum est, cœnam esse breuem & modicā. Vnde Versus,

Cœna leuis, cœnáque breuis tibi sit. quia magna.

Cœna nocet, medicina docet, res est manifesta.

Et magna cœna, stomacho fit maxima pœna.

Vt sis nocte leuis, sit tibi cœna breuis.

Quare stomacho ieiuno uinum bibere, sit ualde insanum? Respondetur secun

dum Auicennam. Quod talis sobria potatio uini, dat magnũ periculum in cerebro, & quandoque inducit morbum caducum, uel apoplexiam.

Quare aquã frigidã multũ bibere, est periculosum? Respõdetur, qđ unum contrariorũ expellit, & impedit reliquũ, ut patet per Aristotelem Primo De Generatione. Sed quia aqua est summe frigida, ergo ueniens ad stomachũ, impedit digestionem, & calorem digerentẽ.

Quare bibere de nouo musto, sit ualde periculosum ipsi stomacho? Respondetur, quia est indigestibile, ergo multũ inflat uentrem, & sic aliquo modo prouocat differentiam, id est fluxum uentris, sanguinem. Unde Versus,

Impedit urinã mustũ, soluit cito uentrẽ.
Sed de uino bono bibere, est conueniẽs.

Unde Versus,

Vinũ sit clarũ, uetus, subtile, maturum,
Ac bene lymphatum, soluẽs, moderamine sumptum.

Quare statim post prandiũ laborare, sit ꝓhibitũ à Medicis? iuxta hunc Versũ,

Post mẽsam pauca nec eas, nec stes sine causa? Respõdet qđ huiusmodi triplex est rõ. Prima est, qa motus post prãdiũ

lædit uirtutem digestiuam, & sic cib⁹ indigestus depellitur. Secunda est, qa motus post prandium facit, ut mẽbra crudum attrahãt cibum, quod statim est causa ægritudinis. Tertia est, qa motus facit cibum descendere, antequam digeritur, & si homo inciperet ambulare post prandium, tunc motus paulatim incipiet. Sed post cœnã, motus est bonus, quia post cœnam cito sequitur somnus, ergo parum est spectandum, ut per hoc cibus intret profundum stomachi.

Quare de mane ante prandium sit bonũ spatiari? Respondetur, ꝙ talis motus dat menbra cõmoda, & congrua ipsi facienti, quia calorem naturalẽ fortificat, & facit descẽdere superfluitates stomachi. Et ergo dicit Auicẽna, quod dimittentes exercitium & motum, incurrunt hecticam. Et ille motus patet in his Versibus,

Ante cibum perge, motus primus moderatus. (bis.
Post cœnã stabis, aut passus mille mea-

Quare secũdum doctrinam Auicennę, & Hippocratis, Vomere sit ualde sanum? Respondetur secundum eos, qa

purgat ſtomachum ab omni humore nociuo,nam ibi expellitur materia paſſiua,ſcilicet glauca uel uiridis, quæ ſi ĩ ſtomacho maneret, febrilia induceret. Etiam ſecundum Auicennam ,uomit⁹ purgat oculos,purgat caput ,& mundificat cerebrum.

Quare ſomnus ualde fortificat ſtomachum,& uirtutem digeſtiuam?Reſpõdetur,quia in ſomno uadit calor naturalis interius,digeſtionẽ confortando. Sed calor in uigilia , manet circa locũ ſenſuum,& in toto corpore diſperſus.

Quare homo patitur infirmitates,ut cibus & potus á ſtomacho receptus,in eadem qualitate & quantitate per inferiora expellantur?Reſpõdetur , ꝙ hoc eſt propter debilitatem uirtutis naturalis,ſcilicet appetitiuę uel attractiuæ, digeſtiuæ,retentiuæ & expulſiuæ,quæ infirmitas,lyenteria uocatur. Nota differentiam,inter lyenteriã , dyariam,& dyſenteriam:Vnde Verſus,

Cruda lyen , ſimplex dyen, ſed ſanguine dyſen .

De Sanguine.

Quare omne animal habens ſanguinẽ, neceſſe eſt habere hepar? Reſpondetur

secundum Aristotelem, Quod sanguis primo generatur in hepate eo, quod Hepar est sedes sanguinis secundum aliquos Medicos, & attrahitur à stomacho per quasdam uenas principales, à quo generatur talis sanguis.

Quare sanguis sit rubeus? Respōdetur, quia assimilatur membro in quo generatur, scilicet hepati, qd' est rubei coloris. Etiam sanguis est dulcis, quia est bene digestus & coctus, & parum de terrestritate sanguini admistum, causa est salsedinis in eo, ut patet per Philosophum in Libris Meteororum.

Quare mulieres, habent spissiorem sanguinem, quàm uiri? Respondetur, qd' propter frigiditatem inspissantem. Frigiditas, ex illa natura condensat, coad iuuat, constringit, uel congelat, ut patet in Libris Meteororum.

Quare sanguis uenit ad totū corpus ab hepate, & per quem modum? Respondetur, quòd per uenas principales ut per hepàticam, cephalicam, medianā, & per uenas capitales, de quibus patet in Libro Aphorismorum.

De Vrina.

Quæritur, quomodo urina uenit ad ue-

ficam, cũ tunc uefica fit claufa? Aliqui dicunt, qđ fu dando, & uideť effe uerũ, cũ urina nõ fit mortificatiua, ut patet p Aegidiũ. Ergo aliter refpondetur, fci licet qđ femipellicula, quæ eft ĩ uefica, aperitur, & p eã intrat urina, & ga illa pellicula eft duplicata, ideo è conuerfo claudiť. Et dicit Theophilus, Vrina eft nuncius nõ fallax, ga teftať de fanitate & ęgritudine aĩalis. Vt dicit Hippocrates ĩ Libro Aphorifmorũ, Quòd hoĩes habent mane, urinã albã, & ante prandium rubeã, & poft prandiũ, candidã, & fimiliter poft cœnã. Et multi colores urinæ, de quibus nihil ad præfens.
Quare hydropifis uenit ab hepate? Refpondeť fecundũ Conftantinũ, Quòd uirtus digeftiua in hepate, non poteft materiam craffam conuertere in quatuor humores, fed conuertitur folum in aquã, quæ tumefcit, & inflat hominem, & maxime uentrem.

De Felle.

Quare aĩalia habent fel? Refpondetur, quod ibi recipitur humor cholericus, qui fuo acumine multũ iuuat uifcera, ad expellẽdum fuperflua, etiam iuuat ipfum ftomachum, in digerendo.

Quare ictericia uenit à felle? Respondet, quia humor fellis est glaucus, & croceus. Igit, cũ pori fellis obstruũtur, tũc ille humor non potest ĩtrare sacculum fellis, sed miscetur cũ sanguine, uadens per totum corpus, inficiendo cutem.

Quare equus, muli, asinus & coruus, non habent fel? Respondetur secundũ Aristotelem, in Libris De Animalib⁹, quamuis illa animalia sic dicta, nõ habeant fel in sacculo, habẽt tamen fel dispersum per paruas uenas.

De Splene.

Quare splen est caro nigra? Vt patet sensu. Respondetur secundum Aristotelẽ, in loco prius allegato, quòd splen causatur ex materia terrestri, id est ex materia nigra. Modo effectus assimilatur suæ causæ. Aliter respondetur secundum medicos, quia splen est reseruaculum melancholiæ. Modo melãcholia, est nigra cholera.

Quare homo habens magnum splenẽ, fit macer? Respõdetur, quia splen multam trahit ad se materiam, quæ debet transire in pinguedinem. Et ergo ꝑ oppositum, homines parui splenis, pingues efficiuntur.

Quare

Quare ſplen facit ridere? Vt dicit Iſidorus, Splene ridemus, felle iraſcimur, corde ſapimus, iecore amamus, & cerebro ſentimus, ut etiam tangit Ebardus Capitulo De Verbis,

Cor ſapit, & pulmo loquitur, fel commouet iram.

Splen ridere facit, cogit amare iecur.

Reſpondetur ualde naturaliter, quia ſplen attrahit ad ſe melancholiam eo, quod eſt proprius locus eius, quæ melancholia, eſt cauſa triſtitiæ, & illa ibi conſumitur, & ſic deficiente cauſa, deficit & effectus. Quod autem melancholia, eſt cauſa triſtitiæ, ut patet per Ariſtotelē in Procemio De Anima, & ergo illa conſumpta, ſequitur oppoſitū triſtitiæ, ſcilicet gaudium. Et eadē de cauſa fel facit iraſci, quia cholerici ſunt iracundi, quia multum habēt de humore fellis. Et notā pro dilucido intellectu illorum, quatuor humores ſunt in homine, ſcilicet ſāguis, cholera, phlegma & melancholia, quorum quilibet, habet ſpeciale reſeruaculum, & membrū ſpeciale, in quo reſeruatur, & conſeruatur. Vnde ex parte materię ſiccæ & calidæ, generat̄ cholera, quæ uadit ad fel,

ubi habet locum in quodam sacculo. Sed ex parte materiæ frigidæ & siccæ, generat melancholia, quę uadit ad splenem, tanquam ad suum receptaculũ, secundũ medicos. Sed ex parte materiæ frigidæ, & humidæ, generatur phlegma, quod uadit ad pulmonẽ, tanquam ad suum receptaculum, uel secundũ Medicos, Ad splenem. Sed sanguis, qui est nobilissim⁹ humor, dicitur generari in hepate, & ibi uideť suus ꝓprius locus.

De Coitu.

Quæritur, quare coeunt animalia? Respondetur secundum Auicennam Secundo De Anima, super illam literam, naturalissimum quidem operum in uiuentibus est, generare sibi simile in specie, quod fit propter conseruationẽ speciei. Quia si coitus nõ esset, omnes species dudum perijssent.

Quæritur, quid sit coitus? Respondetur, ꝙ coitus, est mutua actio maris & fœminæ, per instrumẽta ad talem actum deputata, ad seruandũ speciem. Et ideo dicunt Theologi, ꝙ quãdo coitus non fit propter generationẽ sibi similẽ, tunc est maximũ peccatum.

Quare coitus tẽperatus, sit cõueniẽs sal

tẽ,q̃bus licitũ est? Rñdetur secundũ Auicennã, & Constantinũ in Libro De Coitu, ꝙ coitus alleuiat corpus, et ani mã exhilarat, caput & sensum confortat, aufert multas ægritudines melancholię, q̃a expellit fumũ sp̃matis de cere bro, & expellit materiã apostematicã. Et ergo secũdũ Auicennã Tertio Cano nis, Ex dimissiõe coit⁹ aliq̃ñ cãtur tene brositas oculoꝝ, et uertigo capitis. Vn de sperma uiri ultra debitũ tempus retentum, conuertitur in uenenum.

Quare distemperatus coitus, & nimis assiduus, sit nociuus? Respondetur, q̃a destruit uisum, et corpus exiccat, quia dicit Aristoteles Secundo De Generatione Animalium, luxuria est emissio puræ humiditatis, & cerebrum consu mit. Et inducit febres acutas, secundũ Auicennã, ut expertum est. Et maxime abbreuiat uitam, secũdum Aristotelẽ, in Libro De Longitudine & breuitate uitę. Et hoc declarat Albertus de passe re, qui propter nimium coitum, tantũ peruenit ad tertium annum.

Quare melancholicis & cholericis, & in uniuersum macris, ualde nocet coi tus? Respondetur, quia os multum

exſiccat, cum ex ſe ſint ſicci ipſi, inducit ſiccitatem. Per oppoſitũ phlegmaticis & ſanguineis multum prodeſt coitus, ut dicit Auicenna, quia in eis multum de tali materia, quæ neceſſario à Natura expellenda eſt. Quamuis Ariſtoteles dicat, Quòd omne animal pingue ſit pauci ſpermatis, quia materia tranſit in pinguedinem.

Quare fœmellæ animalium brutorum, non appetunt coitum poſt impraegnationem? Reſpondetur ſecundũ Albertũ, Quia tunc matrix fœminę eſt clauſa, & menſtrua tunc ſunt retenta, ergo appetitus circa illa ceſſat.

Quare tunc mulieres, & equa, poſt imprægnationem appetunt coitũ? ut dicit Ariſtoteles in Libris De Animalibus. Reſpondetur ſecundum Galenum de muliere, Quòd recordatio iuuat ad coitum. Et quia mulieres recordantur delectationem in coitu præcedenti habitam, & ſic appetunt coitũ. Sed de equa rñdetur, quia eſt animal multũ uorax, quare habet in ſe multas fumoſitates diſtemperatas, ergo appetit aliud ſperma eo, qđ oē ſimile, appetit ſuũ ſimile.

Quare repleto corpore, nõ eſt cocundũ?

Rñ detur secundum Aristotelem, Quia prohibet digestionem. Similiter non bonũ est uentri famelico, quia ille coitus ualde debilitat corpus animalis.
Quare non sit bonũ, post balneũ coire? Respondet, quia tunc pori sunt aperti, & calor per totum corpus est dispersus. Ergo coitus sequens balneum, maxime frigefacit ipsum corpus.
Quare post uomitum, & post solutionẽ uentris, minime ualet coitus? Respondetur, q̃a est ualde periculosum, facere duas purgationes in uno die, ut dicit Hippocrates & Gal[illegible]. Sic est de coitu, & solutione uẽtris, cũ renes p coitũ purgantur, & intestina per uomitum.
Quare animalia agrestia, in coitu sunt ualde furibunda? Quod patet ĩ ceruis, qui tunc maxime clamant, & uociferant, ut etiam patet de Asinis, qui tunc solent insanire, ut dicit Constantinus ex autoritate Hippocratis. Respondet, quia tunc mẽbra sunt maxime incensa ex appetitu Venereo. Natura laborat ad expellendum superflua, quæ ĩ sensu disponunt ad iram, & ad furorem, ergo post coitum sunt statim mansueta.
Quare in coitu est tanta delectatio? Re-

ſpondetur, quia coitus eſt opus deſpe-
ctum in ſe, & totum malum, & ualde
imundū, ita quod omnia animalia na-
turaliter abhorrēt illum actū. Et ſi nō
fuerit tanta delectatio in eo, nunquam
fieret actus coitus, quia talis actus im
mundus eſt & malitioſus. Et ergo na-
tura in tali delectatione ſic libenter
exercet, ut ſpecies rerū poſſit cōſeruari.
Quare frequenter coeuntes non habent
tantam delectationem, ſicut raro coeū
tes? Reſpondetur, q̄ fit propter tres ra-
tiones. Prima ratio eſt, quia meatus ſe
minis eſt nimis larg9, & amplus, ergo
ſemen non facit ibi morā, ex cuius mo
ra inducitur delectatio. Secunda ratio
eſt, quia illi ſemper coeuntibus, ꝓpter
continuum coitum eſt paucitas ſemi-
nis, & ſic iterū non facit delectationē.
Tertia ratio eſt, quia in illis aliquan-
do loco ſeminis, emittitur ſanguis cru
dus, & indigeſtus, uel alia materia a-
quoſa, & qa hęc materia nō eſt calida,
ergo non facit talem delectationem.
Quæritur, utrum coitus poteſt fieri per
os, ſcilicet quod animalia concipiant
per os? ut dicunt quidam de cornici-
bus, quod oſculando ſe, roſtro coeant,

& cõcipiunt. Et quidam dicunt, quòd mustella concipit, & parit per os? Respondetur secundum Aristotelẽ, in Libris De Animalibus, quòd ille sermo est penitus falsus & fictus, quia licet columbæ rostris se contrectent, tamen ex hoc non concipiunt, nec sic coeunt. Etiam quia mustella semper portat in ore fœtum suũ, de loco ad locum, & ergo ipsi putant, quòd pariat per os. Vnde Aristoteles ita declarat, & arguit, quicquid intrat per os, hoc digerendo consumitur. Sed si semina per os intrarent, tunc digerendo consumerẽtur, ergo, &c. Maior patet, quia non est debilis instantia, sed consequentia tenet in Darij. Sed diceret forte aliquis, tamen beata uirgo concepit per aurẽ, scilicet per uerba, ergo ẽt possibile est, quod aliqua mulier concipiat per os? Respõdetur, ꝙ hoc nõ fuit naturaliter, sed supra naturam, & miraculose, & de illa conceptione nihil est ad propositum. Vñ dicit uenerabilis Dñs Albert⁹, qd mihi de Theologia, cũ Physice loquor?

De Spermate.

Quęritur, unde generatur semen uiri? Respondetur, quòd de hoc sunt diuersæ

opiniones Medicorum, Philosophorũ & dicunt quidam, Quòd sit humor superfluus quartæ digestionis. Et aliqui dicũt, quòd sperma sit sanguis purus, à cerebro fusus, & est decoctum, & in testiculis dealbatum. Sed alij dicunt, quòd sit superfluum secundæ & tertiæ digestionis. Sed q̄a similia sunt, sudor, urina, sputum, phlegma, cholera, ergo dicit Aristoteles in Libris De Generatione Animalium, Quòd sperma semp̄ est superfluum ultimi nutrimenti, scilicet sanguinis, per totum corpus dispersi. Sed tamē præcipue diffunditur, & deciditur à membris principalib⁹, scilicet à corde, hepate, & cerebro. Et huius signum est, quia talia membra ĩ digestione uirtutis seminalibus maxime debilitantur, & ex illo patet, quòd coitus sit minime proficuus. Sed tamē aliqui afferunt, quòd prędicta sunt intelligenda de coitu excellenti, sed non dico moderato. Notandæ sunt aliquæ uirtutes, quæ lucide patẽt ĩ his Metris, de moderato coitu. Unde Versus,

Alleuiat corp⁹ coit⁹ moderamine fact⁹,
Quibus fit licitus, quibus non ualde nociuus.

Quare semen uiri sit album, cum tamen semen mulieris sit rubeum? Respondetur, quòd in uiris est album, propter magnam caliditatem, & est magis decoctum, quia in testiculis dealbatur, quorum caro est alba, sicut & caro mamillarum. Sed semen mulieris est rubeum, quia est superfluũ secundæ digestionis, quæ celebratur in hepate quia hepar est membrũ rubeum, igitur, &c. Aliter respondetur, quia menstruum, est sanguis corruptus & indigestus, ergo habet colorem sanguinis.

Quæritur, utrum sperma decidatur à membris, uel ab humoribus? Respondetur secundum aliquos, quòd à membris, sicut iã dictum est. Et hoc sic probatur, quia sensibiliter uidemus, quòd claudus generat filium claudum, & Pater habẽs cicatricem, generat filium habentem cicatricem, ut dicit Aristoteles in Libris De Animalibus, & hoc non fieret, si non esset decisio à membris. Sed tamen alĳ dicunt, quòd decisio fit ab humoribus, quia fit ab ultimo nutrimentum. Modo nutrimenti non est membrum, sed humor. Sed ad primam opinionem, de patre truncato

respondetur, ꝙ Aristoteles Secundo de Generatiõe Animaliũ uult, ꝙ hoc fiat propter imaginationem matris, tempore coitus.

Quare imaginatio matris de Aethiope; generat filium nigrum? & hoc, etiã est uerum de alijs opinionibus. Vnde refert Albertus magnus, ꝙ quædam regina, in coitu imaginabatur Aethiopẽ, propè lectum depictum imagine magna, & distorta, & sic concepit, & peperit filium nigerrimũ. Ad hoc respondetur secundum Auicennã, quòd imaginatio de casu, facit homines cadere, & de lepra, facit hominẽ leprosum. Sic etiam in proposito, imaginatiua est superior formatiua fœtꝰ. Et tale pręcipit formale quale scilicet imaginatum est.

Quæritur, utrum semen uiri ingrediatẽ substantiam, & materiã fœtus? Respõdetur, ꝙ utrunq; semen tam patris, ꝗ matris, materia intrat substantiam embryonis. Quia ut lac coagulatum ĩtrat substantiam casei, ita habet se sperma, ut coagulũ & menstruum, plenitudinem habet lactis. Sed illa opinio nõ ur̃ ualere, ergo respondetur secundũ Aristotelẽ, & secundũ alios philosophos,

quod semen uiri non intrat substantiā fœtus, quod probatur sic, quia sic materia, & causa efficiens coinciderēt, qđ est contra philosophum. Tenet consequentia, quia semē uiri non intrat substantiam fœtus eo, quod est principiū efficiens ipsius pueri. sicut domus structor est causa efficiens, & principium ipsius domus. Item alio modo probatur, quia eadem est materia nutrimenti, & generationis, Secundo de Anima. Quia ex eisdem sumus, & nutrimur, ideo sperma nō potest esse materia nutrimenti, secundum Auerroem. Vnde secundū rei ueritatem respondetur, ꝙ semina ambo clauduntur in matrice. Sed semen uiri disponit semē mulieris ad receptionem formæ seu animæ, quo facto conuertitur in humidum, & exaltatur per poros matricis, quod patet. Quia solum menstruum est materia fœtus.

Quare matrix auide & cupide attrahit semen? quia ut dicit Auerroes, secundo Colliget Capite Decimo, fuit q̄dā puella ī balneo, ubi sperma iactū fuit, et illa puella ab attractiōe seminis cōcepit, et peperit. Rñdet̄ scđm Auerroē, ꝙ

matrix, & natura specifica attrahit ipsum semen, ut magnes ferrum, & agathes chalybem, sic attrahit ipsum ad suam perfectionem propriam.

De Menstruis.

Quare mulieres habent menstrua? Respondetur secundum Medicos, Quia sunt frigidę respectu uirorum, ergo totum nutrimentum nõ potest conuerti in eius sanguinẽ, & ergo magna pars transit in menstruum. Quia in omni mense à qualibet muliere eius ætatis, & sana expelluntur, quia ante tredecimum annum non fluunt, etiam dico sana. Quia aliquæ mulieres infirmæ non patiuntur menstrua.

Quare menstrua fluunt à mulieribus? Respondetur, quia menstruum, est materia uenenosa. Nam dicit Aristoteles in Generatione Animaliũ, Quòd menstruum recens & fluens, si tangit arborem, uel ramum arboris uirẽtem, talis arbor decrescit, uel deficit. Item dicit Aristoteles, Si canis gustaret de menstruo, tertia die esset rabidus, & si muscæ tangantur ab ipso, illo die moriuntur. Et ergo Natura sagax, omni mense expelli uoluit à mulieribus menstruũ,

tanquam inimicum uitæ contrarium. Ergo retentum à mulieribus ultra debitum tempus, secundum Aristotelem inducit pessimas infirmitates, scilicet syncopen, & ecstasin.

Quare ante tredecimũ annũ non fluunt menstrua? Respondet, quia Iuuenculæ sunt calidæ ita, scilicet quòd bene digerunt totum cibum, ergo menstruum ĩ eis nõ generatur ante illud tempus, & per consequens non expellitur, & hoc est uerũ, nisi bonitas uel malitia complexionis impediat.

Quare mulieres, post quinquagesimũ annum non patiuntur menstruum? ut patet in Metris,

Adde decẽ tres mulierũ mẽstrua cernis
Ad quinquagita durat purgatio tota.

Ibi respondetur, qđ mulieres ueteres, sunt steriles, ergo nõ habent mẽstrua. Aliter respõdetur, & melius, quia tunc Natura est debilis, & sic nõ potest ipsũ expellere præ nimia debilitate, ergo generantur in eis maximæ quantitatis immundicies, in una massa, & sic efficiuntur ita immundæ, ut suo anhelitu inficiantur homines, & ergo tunc in eis tussis abundat, & alia mala. Ergo

ſecundum conſilium medicorum, abſtinendum eſt à talibus uetulis.

Quæritur, quare mulieres taliter exiſtẽtes, ueneno nõ inficiunt ſemetipſas? Reſpondetur, quia uenenum non agit in ſeipſum, ſed in aliud ſibi obiectum. Aliter reſpondetur, & melius, quia cõſuetum eſt mulieribus talem naturam habere, ergo eis nõ nocet. Refert enim Albertus magnus de quadam puella, quæ in Colonia ad ipſum ducebatur, comedit omnes araneas nil ei nocẽtes, ſed fuerunt ſibi cibus aptiſſimus. Et dicit Ariſtoteles in Libris De Regimine principum, ad Alexandrum Regem, et narrat illi de quadam puella, quæ in iuuentute fuit nutrita ueneno. Et de hoc dicit Cõmentator in Secundo phyſicorum, quòd quidam homines conſueuerunt comedere uenenum ſic, quòd erat eis cibus quotidianus.

Quare mulieres imprægnatæ non patiũtur menſtrua? Reſpondetur, quia tunc menſtruum tranſit in lac, et in nutrimẽtũ fœtus. Ergo mulier imprægnata quoniam patitur mẽſtruum, hoc eſt ſignũ abortionis.

Quare in tribus primis menſibus, men-

ſtruũ mulieris imprænatę adhuc fluit? Reſpondetur, propter paruitatẽ, & nouitatem pueri, quia adhuc non poteſt ſumere totam materiam menſtrualẽ.
Quare fœmellæ animalium brutorum, ut uolucrũ, & piſciũ, nõ patiuntur mẽſtrua? Rñdetur per Ariſtotelẽ & Albertũ, qđ in brutis greſſibilibus mẽſtruũ tranſit in materiam piloꝝ, in piſcibus, trãſit in ſquamas, & in auibus, in plumas. Et ex hoc conſiderandum eſt, ſic eſſe uerũ, quia ĩter bruta animalia fœmellæ frequenter magis ſunt hirſutæ, ꝙ̃ maſculi. & fœmellæ piſcium, magis ſunt ſquamoſæ. & fœmellæ auium magis ſunt pennoſæ, &c.
Quar̃ mẽſtruũ recipit nomẽ à mẽſe? Rñdetur, qa eſt ſpatiũ tpis mẽſurãdi motũ Lunæ. Quia Luna motũ ſuũ pficit in uiginti nouẽ diebus, & quatuordecim horis. Mõ Luna habet dominiũ ĩ humidũ, ut patet Secũdo Meteoroꝝ. Sed qa mẽſtruũ eſt humidũ, ergo capit denominationẽ à mẽſe. Nã humidũ creſcit, Lũa creſcẽte, et ipſa đficiẽte, đficit.
Quare quædam mulieres, diutius patiuntur talem fluxum, & quædam breuius, quędam per ſex dies, quędam per

septem, aliæ uero per tres, ut frequenter in omnibus? Respõdetur, quòd primæ sunt frigidiores, ergo plus generat in eis de menstruo, & per consequens longiore tẽpore expellitur, & aliæ sunt calidiores, ergo minus generatur, & in breuiori tempore expelluntur.

Quæritur, ubi reseruat menstruum ante fluxũ? Dicunt aliqui, quòd in matrice, sed Auerroes hoc reprobat, & dicit, Quòd matrix, est locus generationis, sed tale menstruum, ad generationem nihil facit. Respondet ipse, sicut diceba tur de fluxu hæmorrhoidum, scilicet quòd quædam uena circa spinã dorsi, ipsa menstrua reseruat. Et huius signũ est, quia mulieres istæ, tempore menstrui maximũ patiuntur dolorẽ dorsi, propter eius expulsionem à Natura.

Quæritur, utrum menstruum, qđ omni tempore expellitur, & menstruum, de quo fœtus generatur, sint idẽ? Respondetur quòd non, quia primum est impurum, & male dispositum ad generationem, sed secundum est ualde purũ, & clarũ, & ergo sanguis ille est aptus generationi.

Quare mulieres imprægnatæ tempore

menstrui, generant filios leprosos & imbecilles? Respondet, quia menstruũ est uenenosum. Immo uenenosissima est mulier menstruosa. Modo ut patet in Libro de Causis, Causæ relucent in effectibus, etiam p Philosophum, Effectus gerit aliquam similitudinem suæ causæ, ergo ille natus male disponitur.

Quare mulieres nõ uniformiter, eodem tempore mensis, patiuntur menstrua? quia quædam in nouilunio, quædam in plenilunio, quædam in defectu Lunæ. Respondetur, quo'd propter diuersas complexiones mulierũ. Vnde licet omnes mulieres, respectu uirorũ sunt phlegmaticæ, tamen mulieres inter se sic se habent, quo'd una est magis sanguinea, alia magis cholerica. Et quomodo quęlibet lunatio, habet quatuor quadras, sic illæ habent quatuor complexiones, prima est sanguinea, secũda cholerica, &c. Mulier sanguinea patitur ĩ prima quadra, cholerica, in scda, melancholica, in tertia, & sic de aliĳs.

Quare mulieres sanguineæ patiuntur fluxum menstrui in prima quadra? Respondetur secundum Galenum in Libris Aphorismorum, & secundũ Gil-

bertum in Sex Principijs, quod omne tale, additum suo tali, facit ipsum magis tale. Ergo prima quadra Lunæ mulieri sanguineæ auget sanguinem, ergo tunc sic expellitur. Etiam respondetur, ꝙ Luna noua recipit Iuuenes. quia tales sunt magis sanguinei, q̃ Senes, iuxta, hunc Versum,

Luna uetus ueteres, Iuuenes noua Luna requirit.

Quare tã frequenter oẽs mulieres in fine mensis patiunt menstruũ? Rñdetur, q̃a generaliter oẽs mulieres sunt phlegmaticę. Mõ ultima quadra, est phlegma. Aliter respondetur, ꝙ hoc est ꝑꝑ defectum, ergo ĩ eis frigiditas operatur, ad multiplicandã illam materiã, & materia multiplicata tunc expellitur.

Quærit, quare in tali fluxu mulieres patiuntur dolores? Rñdetur, quia est simi lis dolori straguineæ, id est proiectionis urinę paulatim & guttatim. Quia sicut strãguinea, q̃ fit poto ĩdigesto, uias urinales, subtiles lędit, sicut cõtingit post balneũ, sic etiã materia menstrua lis est, quæ terrestris, & indigesta lædit uias, ꝑ quas digeri debet, & trãsit.

Quare post fluxum menstrui, mulier sa

cile concipit? Respondetur, quia tunc melius est disposita ad conceptionem, quia est mundata à menstruis. Vnde legitur in Exodo, cum Iudæi essent in Aegypto, breui tempore augebantur super Aegyptios. Huius non fuit alia ratio naturalis, nisi quòd uiri Iudæi non coibant cum mulieribus suis, nisi essent purificatæ & mundatæ à menstruo, qa tunc erant aptæ ad concipiendum.

Quare color mulierum mēstruosarum mutat in pallorē? Respondetur, quia tali tempore calor recedit ab omnibus membris exterioribus, ad membra interiora, ad iuuandum naturam, & expellendum menstrua, quæ priuatio caloris, facit pallorem in facie. Aliter respondetur, quia menstrua sunt crudi humores, ergo ipsis fluentibus, possunt decolorare faciem, & per consequens, inducunt pallorem.

Quare mulier menstruosa abhorret cibum capere? Respondetur, quia natura plus laborat ad expulsionem mēstrui, quàm ad digestionem, ergo si caperet cibum, ille maneret crudus, ergo natura sagax hoc non admittit.

De Sterilitate.

Quare quædam mulieris sunt steriles, & nõ concipiunt? Respondetur secundum Medicos, Quòd propter multas causas. Prima est; quia aliquando ex parte uiri est defectus, scilicet quando uir est frigidæ naturæ, quia tunc semẽ eius est ineptum generationi. Secunda causa est, quia semẽ eius est aliquoties aquosum, non faciens moram in matrice. Tertia, quia semina uiri & mulieris, nõ eandem proportionem habent, & si uir est melancholicus, & mulier sanguinea, uel si uir est cholericus, & mulier maxime phlegmatica. Quia ut patet ex Primo De Generatione Animalium, & Secundo De Anima, Agẽs & patiens debent habere eandem proportionem, aliàs actio impeditur.

Quare mulieres pingues raro concipiunt? Respondetur, quia habent matricem lubricam, per quam semẽ receptũ labitur, nec retinetur. Aliter respondetur, quia tales pingues habent orificia matricum ualde stricta ita, quòd semẽ impeditur, & si intrat, tunc tarde intrat ita, quòd semen medio tẽpore frigescit, & sic nõ ualet ad generationem,

ſed in materiam carneam reſoluitur.

Quare mulieres nimis calidæ raro concipiunt? Reſpōdetur, quia ſemen in eis receptũ extinguitur, & corrumpitur, ac ſi pauca aqua in magnum ignem funderetur. Ergo uidemus, quòd mulieres feruenter appetētes luxuriam & libidinem, raro concipiunt.

Quare mulieres publicæ, ut meretrices, non concipiunt? Reſpondetur, quòd eſt propter diuerſa ſemina, ex quibus earũ inſtrumēta concipiendi deſtruuntur, & lubrica efficiũtur ita, qđ natura ſeminalis nō retinetur. Vel etiam, quia unum ſemen deſtruit aliud ita, qđ nullũ ualet ad generationē. Vnde Verſus,

Impedit & ſemen aliud ſimul & mediante,
Quo impedito, ſequitͬ deſtructio plis.

Itē nota, ut patet p Albertũ, Quòd ſummum remediũ eſt ad conceptionē, recipere matricē leporis, puluere aſperſam & purificatā ĩ potu, quæ à tota natura ſpecifica operatur ad conceptionem.

De Conceptione.

Quare quædam mulieres concipiunt maſculos? Reſpondetur ſecundũ Conſtantinũ & Ariſtotelē, Quòd ſi ſemen

cadat ad dextrã partem matricis, tunc generatur masculus, quia hęc pars est calidior, & calor secundum prędicta operatur ad generationem masculi. Ergo secundum Albertũ, quando dextera pars mulieris maxime tumet, est signum masculi in utero. Sd alij assignãt aliam causam, scilicet quando semen patris habet dominium super semen matris, tunc generatur masculus, sed quando est ė conuerso, tunc generatur fœmella.

Quare quędam mulieres concipiunt fœmellas? Respondetur, quia semen est elapsum ad sinistram partem matricis, quæ est frigidior ratione splenis adiacẽtis. Quia splen cooperatur ad frigiditatem, & illa est causa fœmellæ. Item, ut dicit Albertus, quando mulier post coitum iacet in dextero latere, cõcipiet masculum, si autem in sinistro, concipiet fœmellam. Quia semina reclusa ad illã partẽ matricis fluũt, in q̃ mulier iacet, & tunc talis fœtus illic formaẽ.

Quare mulier habet matricẽ? Rñdetur scd̃m Auerroẽ, in Libro q dr̃ Colligamẽtũ, qa est ꝓprius locus gñationis, et illa est sita in medio mulieris. Quia si-

cut ad cloacam fluunt omnes imunditiæ ciuitatis, ita ad matricem fluit sanguis menstruosus & imundus.

Quare quædam mulieres portant pueros longos & graciles, & aliæ portant breues & spissos? Respondetur secundum Auerroem, ubi supra, & etiam secundum Galenum, quia puer formatur secundum quantitatē matricis. Sed quia aliquæ mulieres habent matricem longam & strictam, ergo pueri erunt longi & graciles, sed alij per oppositum, dicũtur habere matricem oppositam, ergo etiam pueri per oppositum disponuntur.

Quare mulier aliquãdo concipit gemellos? Respondetur secũdum Galenum, in Libro De natura humana, quia in matrice sunt septem cellulæ, & receptacula seminis, & tot pñt naturaliter generari pueri, in quot cellulas semē ceciderit, et diuisum fuerit. Quia tres cellulę sunt ĩ dextro latere, et ĩ illis gñantur tres masculi, et tres sunt ĩ sinistro laterē, in quibus generantˀ tres fœmellę. Sed alia est in medio illarum, ubi antiqui auctentici dicunt, generari hermaphroditem, id est hominem habentem mēbrũ

utriusque sexus. Si ergo mulier pare-
ret ultra septē pueros, hoc potius fie-
ret miraculose, quàm naturaliter.

Quare gemelli sunt semihomines, & non ita fortes, sicut alij? ut dicunt leges, ipsos pro dimidio homine in duellis depugnantes. Respondetur, quia semen & materia, quę deberet transire in unum fœtum, cecidit in duos, & ergo debilitantur, & secundum rei ueritatē, non diu sane frequenter uiuunt.

De Hermaphroditis.

Quæritur, quomodo generantur hermaphroditæ? Respondetur per talem modum, quia in matrice sunt tres cellulæ principales, una in dextero latere, alia in sinistro, tertia uero in medio, in qua semen elapsum, dicitur generare hermaphroditem per talem modū. Quia Natura semper tendit ad melius, ergo intēdit semper generare masculum, & nunquam fœmellam. Quia fœmella, est uir occasione natus, & monstrum in natura, ut patet in Libro De Animalibus. Ergo quandoque generatur masculus, quo ad omnia membra principalia, sed tamen propter malam dispositionem matricis, & obiecti, & secundum

dum inæqualitatem ſeminis, cum nō poſſet perficere maſculum perfectum, ſic generat fœmellam, ut hermaphroditem. Et ergo dicūt naturales, quòd hermaphrodites ſit impotens in membro uirili, ut patet per experientiam.

Quare natura nō diſponit in eo duo mēbra uirilia, uel duo fœminalia, ſed ſemper unum uirile, & aliud fœminale? Reſpondetur, quia natura tunc faceret aliud fruſtra. Quod eſt contra Ariſtotelē in multis locis, ſcilicet in Tertio De Anima, & Quarto Metaphyſicorum. Vt dicitur, ꝙ natura nihil facit fruſtra, & Deus.

Quæritur, utrum ille ſit habendus pro uiro uel muliere? Reſpondetur, conſideranda eſt quantitas unius membri, per quantitatem alterius membri, & debet conſiderari, in quo membro ſit potens in actu uenereo, & ſi ſecundū actum muliebrem, tunc eſt mulier, ſi ſecundum actum uirilem, tunc eſt Vir.

Quæritur utrum debet baptizari nomine uiri, uel mulieris? Reſpōdetur, ꝙ nomine uiri. Ratio eſt quia nomina imponuntur ad placitum, & ſecundum nomē dignius debet baptizari. Quia om

nis uir, dignior est muliere. Quia omne agens, præstantius est suo passo, ut dicit Aristoteles Tertio De Anima.

Quæritur, utrũ debet stare in iudicio loco uiri uel mulieris? Respondetur secũdum Regulam Iuris, ꝙ primo debet iurare, antequam admittatur ad iudiciũ, quo membro posset uti, & secundum hoc est admittendus, iuxta usum & potentiam illius membri. Et si uteretur ambobus membris æqualiter, tunc secũdum sanctam matrem ecclesiam, est tolerandus. Ex quo etiam quæritur, et soluitur tale Problema, utrum ipse possit promoueri ad sacros ordines? & respondetur secundum iam dicta.

De Monstris.

Quæritur, an natura facit monstra? Respondetur, ꝙ sic, ut patet Secundo physicorum, quia si non tunc priuaretur suo fine, nam ex possibilibus semp intendit producere id, quod melius & perfectius est, sed tandem ex mala dispositione materiæ, & influxu constellationis specialis non potens est perficere, & sufficienter producere intentũ, ergo producit illud, qđ potest. Vt contigit temporibus Alberti, ꝙ in quadã

uilla uacca peperit uitulũ semihoĩem, tũc rustici suspicãtes đ pastore, ipsi rei cãm uariã ĩposuerũt, & tãdẽ ipsum cũ uacca uolebãt cremare. Sed Albertus astronomię exptus, agnoscẽs rei ueritatẽ, ex cõstellatione spãli hoc factũ esse dixit, et pastorẽ à manib⁹ eorꝝ redemit. Hæc sunt uerba Alberti, uidimus, bicorpora eorum, in nullo erant coniuncta, nisi dorso, & habebant duo capita, quatuor pedes, quatuor manus, & ibant, ad quãcunq; partem uertebantur. Verba Alberti, uidimus hircum, non habẽtem alios, nisi pedes anteriores, & partem posteriorem, scilicet culum, & traxit post se super terram. Verba Alberti, narrauerunt nobis, ꝙ duo homines fuerũt in dorso cõiũcti, & erãt cõtrarię cõplexionis, & cũ un⁹ fuit furibũd⁹, alter fuit mãsuet⁹, et uixerũt ꝑ duos annos, et un⁹ prius moriebaẗ, alter uero tandiu superuixit, donęc & fœtore infectus moriebatur. quæritur, quo modo fiant hæc? Respondetur, quòd per talem modum, quia semen funditur ad cellulas matricis, quod pro generatione duorum sufficit, tũc forte quandoque contingit, quod interstitiũ

pellis, medians inter duas cellulas rũpitur, & in dorso ramificātur, & coniũguntur habentes duo capita distincta.
Quæritur, utrũ sit unus homo, uel duo? Respondetur secundum Aristotelem, respiciendum est ad cor, unde, quando sunt duo corda, sunt duo homines.
Quare aliquando homo generatur cum magno capite, uel cũ sex digitis in una manu, uel cum quatuor? Respondetur secundum Albertum, ꝙ est propter superfluitatem, & nimiam abundantiam materiæ. Vnde quando materia super fluit, tunc generatur caput nimis magnũ, uel sex digiti, uel quatuor pedes, uel aliorum superabundantia mēbrorum. Sed quando materia deficit, tunc generatur membrum minus, ꝙ̃ debe-ret, uel pauciora membra. Et sic Albertus et Auerroes distinguũt, Scđdo physicorꝫ, quantitatē discretā, & cōtinuā.
Quare mulier sit monstrum in natura? Respondetur ex secundo physicorum, oē occasione natum, est monstrum, sed mulier occasione ꝑducta est, ergo, &c. minor probatur, ꝙ natura nunquam ĩtendit generare fœmellam, sed semper masculum. Sed natura generat quan-

doq; fœmellam, propter materiæ malã dispositionem, ut prius dictum est.

De *Infantibus*

Quare qdã in totũ assimilant̃ pr̃i, qdã in totũ matri, qdã utriq;, quidam neutri parentũ? Respondetur secundum Aristotelẽ, si semen patris, in totũ superat semen m̃ris, et puer in totum assimilat̃ patri, si autem per oppositum, tũc matri. Sed quandoq; neutri assimilatur, et hoc contingit uarijs de causis, quando que ex dispositione primarum qualitatum, quandoq; ex influxu constellationis cœlestis. Et sic refert Albertus magnus exemplum, q̃ quodam tempore erat bona constellatio pro generatione porcorum, & generabat̃ homo habens faciẽ instar porci, secũdum hoc producuntur monstra diuersimode.

Quare pueri frequentius assimilantur patri, q̃ matri? Respondetur, q̃ hoc est propter imaginationem matris de dispositione Patris in coitu. Vnde ratione fortis imaginationis, de qua memoratur tempore conceptionis, pueri maxime attrahunt eius dispositionem. Aut color est, ut superius patuit de regina imaginante imaginem nigram, q̃

peperit filiũ nigrum. Et rursus patuit de quadam Regina Aethiope, quæ tempore conceptionis imaginabatur de albissimo colore & tunc peperit filiũ album. Et idem habetur ex artificio Iacob, qui uirgas discoloratas misit ĩ aquas tẽpore cõmistionis ouium.

Quare pueri aliquando assimilantur auis, & atauis plus, quã parentibus? Respondetur naturaliter, quia uirtus Auorum est imposita in cordibus generantiũ, & potest dici, quod fit aliquã do ex similitudine nutrimenti, & tunc fœtus formatur ex similitudine Auorꝫ.

Quare membra pueri sunt diuersis modis disposita, quędam molliora? Respõdetur, quod hoc est propter dominiũ diuersorum elementorũ, quia ossa fiũt ex materia terrestri, ergo sunt magis dura. Sed medulla & cerebrum fiũt ex materia magis aquosa, ergo sunt magis mollia. Sed spiritus uitales & animales generãt ex materia magis aerea, & hoc intelligitur de eorum membris, ex quibus resultant, sicut hepar & cor, ĩ qb⁹ prĩcipaliter spũs uitales existũt.

Quare secundum usum & cursum Naturę, Pueri exeũt uterum maternum in

nono menſe? Reſpondetur, quia tūc fœtus eſt ī totū pfectus, uel hoc ideo cōtīgit, qa tūc regnat planeta mollıflu⁹ & beneuolus, ſcilicet Iupiter, qa eſt amicus Naturæ. Nam ſecundum Aſtronomos, ipſe eſt calidus & humidus, & ergo temperat malitiā Saturni frigidi & ſicci. Et ideo omnes pueri generati ī nono menſe, ſunt ſani tam frequenter.

Quare pueri exeuntes in octauo menſe, tam frequenter moriuntur, et illi Pueri dicuntur fœtus Lunę? Reſpondet, quia Luna eſt planeta frigidus, habens dominium in fœtum, ergo ſua frigiditate ſtringit fœtū ita, qđ oportet eū mori.

Quare Puer exiens ſtatim flet? Reſpondetur, quo'd propter ſubitam præparationem à caliditate ad frigiditatē, quæ frigiditas maxime lædit ſuam teneritatē. Sed alia ratio eſſe pōt talis, quia tūc pueri habent mēbra mollia, & tenera, quæ cōprimuntur, cum exire debent p portam matricis ſtrictā & anguſtā. Et præcipue cerebrū humidum, capite cōpreſſo de ſe facit ſtillare quoſdā humores, q patiētes exitū p oculos, cā ſūt fletus, & lachrymarū. Sed Theologi aſsignāt aliā cām, uidelicet Quo'd hoc ſit

propter transgressionem primorũ parentum, & propter peccatũ originale.

Quare puer cum exit, ponit digitum in os? Respondetur, q̃a puer exiens à matrice, exit à calido balneo, ergo intrans frigiditatem, ponit digitum in os, propter defectum caliditatis.

Quare mulieres asserũt, ꝙ puer clamãs in utero, est malum signum? Respõdetur, ꝙ est malũ eo, q̃d nõ uiuus exit. Ergo dicunt Theologi, ꝙ dũ puer cognoscit se priuari diuino intuitu, propter carentiam baptismi, tunc clamat. Sed naturaliter respondetur, ꝙ clamor est signum suæ passionis, quia si maxime non pateretur, non clamaret.

Quęritur, quomodo puer exit de utero? Respõdetur, ꝙ primo caput exit, & si alio modo exiret, scilicet per crura, uel per brachia, tunc interficeret matrem, & semetipsum.

De Fœtu.

Quæritur, quomodo fœtus successiue generatur? Respõdetur, ꝙ in primis sex diebus fœminę habent colorem lactis, sed in sex diebus sequentibus habent colorem rubeum, qui est color propinquus dispositioni carnis, & tunc trans

mutatur in materiā spissi sanguinis, & coagulati non fluentis, sicut massa carnea. Sed ī duodecim dieb⁹ sequentib⁹ post illos, materia condensatur, & consolidatur ita, ꝙ posset suscipere fabricationem & formationē. Quia res fluida et humida non tenet impressionem, ut patet per Aristotelem, Secundo De Anima, sic singulis diebus usq; ad partum, aliter disponitur. Sed quomodo fœtus per singulos menses regatur per planetas, hoc patet alibi, scilicet in Boetio. Et ille modus transmutationis seminis, patet ī his metris,

Susceptū semē sex primis credo dieb⁹,
Est q̄si lac, reliquisq; nouē fit sanguis, abinde
Consolidat duodena dies, bis nona deinceps
Efficiat totū tēpusq; sequens, ortum.,

Queritur, utrum fœtus stercus emittat & mingat? Respondetur, ꝙ nō, & ratio est, quia non habet primā digestionē, quæ est in stomacho. Quia cibus non uenit ei per os, sed per umbilicū, & ergo non urinat, sed sudat. Quę urina est paruæ quantitatis, & reseruatur ī quadā pellicula matricis, & in partu emit

titur magna copia.

Quare in fine imprægnationis, scilicet septimo, octauo & nono, mẽsibus, Puer facile exit? Respondetur secundum Galenum, Quia quando fructus sunt maturi, tunc ligamenta facile franguntur, & sic facile cadunt.

De Abortiuo.

Quare Mulieres comedentes cibum infectum, puta carnes rancidas, &c. facile generant abortiuum? Rñdet, qa ĩ eis generat semẽ infectũ, qđ aĩa abhorret, proijcit ab agro naturæ. s. à matrice, qa nõ ẽ aptum pro forma nobilissima. s. & humana, quód ei anima infunderet.

Quare corporea luctatio et salt?, faciũt abortiuum, ut aliquæ Mulieres astutæ bene sciunt, & faciũt? Respondetur, qa per talem motum ligamenta embryonis soluuntur, & per consequẽs sequitur abortiuus, quia materia diutius retineri non potest.

Quare ictus fulminis, & tonitru, faciũt abortiuum? Respondetur, quia ille uapor est adustiuus, ratione cuius facile lædit materiam tenerrimam ipsius fœtus, intrans per poros matricis. Immo dicit Albertus, Si puer actu uiueret, in

utero materno p fulmen & tonitru interficeretur.

Quare Mulieres Iuuenes, & nõ uetulę, pp causas prius dictas abortũ faciũt? Rñdetur, qa corpora Mulierũ Iuuenũ sunt magis rara, poris plena, & graciliora, ergo uapor fulminis citius corpora earum intrat procurando abortiuum ĩ eis. Sed Mulieres ueteres habẽt carnes crassas & cõpactas ita, qđ uapores eas facile ĩtrare nõ possint, ergo non sequitur talis actio in eis.

Quare multũ gaudiũ facit abortiuũ, ut uult Aristo. Rñdetur, qa tpe gaudij matrix destruit calore, et p cõsequẽs abortiuꝰ efficit. Eadẽ ratio est, quare timor facit abortiuũ, quia tũc calor uadit ad cor, subeundo ipsi, derelinquens matricem.

Quare in principio ĩpraegnationis. s. primo, secũdo & tertio, mẽsibus facile fit abortiuus? Ad hoc Galenus respõdet, Qđ sicut fructꝰ pomoꝝ uel pyroꝝ ĩ pricipio facile cadunt, quia ligamẽta adhuc sunt mollia et debilia, ita etiam est de Puero in utero.

Quare tempore impraegnationis adhuc medio, scilicet tertio, quarto, quinto, se

xto, mẽsibus difficulter fit abhortiu9?
Rñdetur, quia tũc ligamẽta plus sunt fortificata, uel solida, & per consequẽs non cito corrumpitur.

De Varijs.

Quare aliquibus mulieribus maior accidit dolor parturiendo, & aliquibus minor? Respondetur, propter tres causas, aliquando propter fœtus magnitudinem, uel quia obstetrix est indocta. Etiam aliquando fit, quia fœtus mortuus est, quia tunc non habet flexibilitatem, sed in exeũdo est inflexibile. Sed dolor minor contingens, in aliquibus oppositum fit.

Quare homo non habet caudam, sicut alia animalia? Respõdetur, quia homo est animal, cuius proprium est sedere, sed hoc nulli aliorum animalium, caudas habentium, est proprium.

Quare balneatores, cum aqua frigida, & non cum aqua calida, expellunt calorem de fornace? Respondetur, qa illæ sunt qualitates contrariæ, quę maioris actionis sunt ad inuicẽ et sic calor in lapidibus melius repellitur.

Quare aqua calefacta magis congelatˀ, q̃ꝫ frigida? Respõdetur, ꝙ ideo, qa talis

est magis rara, & per consequens magis dat ingressum frigiditati.
Quare homines sunt magis pingues & crassi circa uentres, q̃ alibi? Respondetur, quia maxima digestio est in stomacho. Iō ptes, q̃ sunt magis ꝑpinquę stomacho, magis ĩpinguãt et crassæ fiunt.
Quare animal post coitum tristatur? Respondetur, quia actus luxuriæ est in se turpis & immundus, & sic omne animal abhorret talem actum, quia homines cum super hoc cogitãt, erubescũt, & tristantur.
Quare ebrij non habent discretionem inter sapores, sicut sobrij? Respondetur, ꝙ caro linguæ, est multũ poris plena, siue spongiosa, & in se multum capit de humiditate, & magis in ebrijs q̃ in sobrijs. Ergo lingua repletur malis humoribus, ex frequenti potatione, & sic ex ista repletione caro linguę repletur, ꝙ organũ gustus crassum fit. Quia gustus est uena linguæ, subtili carne substrata. Ideo propter ingrossationem medij, id est ipsius gustus, potus ab ipsis ebrijs sumptus non perfecte sentitur. Quia ad debitam sensationem requiritur proportio debita medij. Et ex illo

elicitur causa, quare ebrij non habent perfectum modum loquendi.

Quare animalia melancholica, habent lõgas aures? Et quar̃ huiusmodi hoĩes habentes longas aures, ut plurimum non sunt sapiẽtes, sicut habẽtes breues aures? ut patet per Aristotelẽ in Libris de animalibus. Respõdetur, quod aures generãtur ex materia frigida & sicca, quæ dicitur cartilago, q̃ est in potẽtia propinqua ad os, uel ad ossis generationẽ. Sed q͠a aĩalia melãcholica, tali materia abũdant, ergo habent longiores aures, ex quo habẽt materiam sufficiẽtẽ, & abũdantẽ, ꝓ auriũ gn̄atione, & sic tũc aures abundantes generant.

Quare prædicti sunt semifatui? Respondetur, quia animæ sequuntur corpora. Nam si sensus corporis sunt subtiles, tunc anima exercet subtiles operationes, tã practicas, quam speculatiuas, & per oppositum est, de corpore crasso.

Quæritur, quomodo anima ĩtellectiua cõiungitur Puero in utero Matris? Scilicet utrũ Pater generãs disponit materiam, ad receptionẽ animæ ĩtellectiuæ? Respõdetur Theologice, Quod in ma-

teria sufficienter disposita, Deus infundit animã intellectiuã. Et hoc idẽ uult beatus Augustinus dicẽs, Anima creãdo infunditur, & infundendo creatur.

PROBLEMATA DIuersa, & sanè utilia.

SOLVTIS, & adductis Problematibus de partibus corporis humani, ex uarijs dictis Aristotelis & aliorum Philosophorum, & Medicorum Codicibus dilucide electis, sequuntur alia problemata utilia, quorum primum est.

Quare lepores apertis oculis dormiũt? Rñdetur, quia habẽt oculos præminẽtes, & palpebras breues, & sic cũ difficultate clauduntur. Alia potest esse cã, qa sunt aĩalia meticulosa, ideo ut se custodire possint, aptis oculis dormiũt.

Quare corui nõ cibant pullos suos ante nouem dies? Respõdetur, quia uidẽt eos non esse eiusdẽ coloris, seu non cõformes colori suo, & ideo putãt esse de alio genere, sed tamen Deus omnipotẽs pascit eos, per illos dies, rore cœli. Vnde Psalmista, Qui dat iumentis escã ipsorũ, & pullis coruorũ, ĩuocãtib⁹ eũ.

Quare ouis & columba animalia sunt mitissima?

Respondetur, quia carent felle. Et fel

cōmouet ad iram, ut patet supra.

Quare aues habēt testiculos ītrorsum? Respondetur, quia si haberent eos extrorsum, īpedirent eorum uolatum & leuitatem.

Quare auiculæ non mingunt? Respondetur, quia illa superfluitas, quæ deberet conuerti in urinam, conuertitur in pennas, & patet, quia in pennis multa apparet humiditas. Alia ratio est, quia sunt in continuo motu, & ergo multū humidum in eis exicçatur per aerem & uentum.

Quare oua oblōga efficiūt mares, & obtusa fœmellas? Respōdet, ut uult Hippocrates, quia calidi est, mittere à centro ad circunferentiam frigidi. Vnde si oua sunt oblonga, signum est, quòd habent multum de colore, & ideo transeunt ad materiā masculi. Quia in omni genere animalium, masculus est calidior fœmella, teste philosopho. Si uero oua sunt obtusa, signū est, quòd calor in eis est dispersus & remissus, & ideo tendunt ad materiam fœmellæ.

Quare melius auditur noctu, quàm in die? Respondetur secundum Aristotelem, quia nocte maior est tranquillitas, quàm i

die. Quia sol non ita bene eleuat uapore noctu, sicut in die, ideo tunc mediũ est melius dispositum, et per ipsum melior fit motus, qui dicitur esse cum sono. Alia ratio est, quia ĩ die plures fiũt motus aeris et soni, q̃ nocte, qui se mutuo impediunt. Etiam nocte est magis silẽtium, quod est oppositum sono, sed quia opposita iuxta se posita, magis elucescunt, ideo q̃to magis opposita sunt iuxta se posita, tanto se magis declarant.

Quare homo tactus sub asellis, citius ridet quàm tactus in alio membro? Respondetur, quia ibi est concursus plurium neruorum, & quia etiam medium tactus, scilicet caro, est ibi subtilior, & ergo fit maior & subtilior sensatio. Et hoc est uerum, si talis locus non nimis tangitur, quia si fieret per excellens sensibile, tunc ibi non fieret talis delectatio, et quando sic tangitur, tunc ibi diffusio spirituum ex multis neruis ibi collectis, tãdem uenit spiritus ad faciem, & sic inde causa est risus.

Quarẽ lignum adustum, cõuertitur ĩ carbonem, & os adustum, uertitur in corpus album? Respondetur, quia lignũ ante eius adustionem est sufficiẽter hu

midum,& sic post adustionem acquirit sibi calorem, per accidens & ille calor,humidum in ligno totũ consumere non potest,et sic remanet humidum post adustionem,& conuertitur in corpus nigrum eò, ꝙ humidum in ligno fuit satis uiscosum,& nõ potuit ab illo igne in totum consumi. Os autẽ ex sua natura est frigidum,& sic tã modicum habens in se de humiditate, q̃ adustionem & in totum consumit,& sic ꝑ accidẽs humido cõsũpto, os albescit.

Quare aliqui magis delectãtur colore albo, & aliqui colore nigro? Similiter respondendum est,ut supra.

Quare aliquæ Mulieres plus diligũt uiros albos,& aliquæ uiros nigros? Respondetur,quod huius duplex est causa. Prima est,qa aliq̃ habẽt uisum debilẽ,& istæ magis lętanť nigredine. Quia albedo ꝑꝑ sufficiens lumẽ,super naturã lucis,quã in se habet, magis lędit uisum,q̃ꝫ nigredo. Secunda causa est,qa omne simile applaudit suo simili, sed qa quædam naturæ calidæ sunt,& istę magis delectanť nigredine,quia nigredo sequitur calorẽ. Sed quædã frigidæ sunt,& istę magis delectãtur albedine,

quia frigiditas est mater albedinis.
Quare animalia dormiunt? Respondet, quod propter necessitatem, quia ex lõgitudine diuersorum actuum organa sunt fatigata, sed per requiem quæ fit in somno, formantur, ut patet per Aristotelem, in Libro de Somno & Vigilia.
Quare studentes, statim post prandium uolentes studere, impediũtur per somnum, & non tempore solatij? Respondetur, quia cum aliquis dat mẽtem ad studẽdum, tunc calor naturalis egreditur introrsum à mẽbris exterioribus, & sic per congregationẽ cõfortatur, & sic facit ascendere fumũ cibalẽ, usq; ad cerebrum. Et sic causatur somnus per ingreſsionẽ fumi. Vel potest dici, quòd ideo, quia cũ uirtus animalis intendit, tũc naturalis remittitur. Sed qñ homo est in solatio, tũc p solatiũ calor naturalis diffunditur, & non pmittit fumũ ascẽdere ad cerebrũ, & sic hõ non dormit, sed dilatatur per totum corpus, et per cõsequens, solatium impedit somnum.
Quare post labores hoĩes libẽter dormiunt? Rñdet, quòd in labore calor dif-

perditur,per continuum motũ ad mẽbra exteriora,qui ẽ conuerſo poſt laborem ad interiora colligitur circa loca digeſtiua, & facit digeſtionem, à qua fiũt uapores,qui procedunt à corde ad cerebrum, & obſtruunt meatus, per quos calor naturalis ad membra exteriora deberet diffundi, & ſic frigefactis, & craſſis redditis iſtis membris exterioribus,ex frigiditate cerebri,tũc cauſatur ſomnus. Ex hoc patet, quòd multum comedentes & bibentes,multum dormiunt,& diu eo, quod exinde reſoluit multus & magnus uapor, qui non poteſt bene digeri,& conſumi à calore naturali,&c.

Quare multum dormientes, ſunt male diſpoſiti,& male colorati? Reſpondet, ꝙ in ſomno colliguntur multæ humiditates,quę in uigilia expelluntur,quę non poſſunt in corpore conſumi,& ſic petunt cito eijci,& petunt per ſuperficiem corporis,& præcipue ad faciem, & ſic cauſam afferunt malæ diſpoſitionis,ſeu mali coloris, ut patet clare in phlegmaticis,qui præ cæteris ſunt longioris ſomni.

Quare aliquibus apparet in ſomno,ꝙ

comedunt,et bibunt aliqua dulcia?Re spondetur,quia & phlegma eleuatum stillat ad fauces & ad gutt,& tale phlegma quodammodo est dulce,igitur in eis hoc apparet.

Quare aliquibus apparet in somno, ꝙ sunt in aqua,& submerguntur, & aliquibus,ꝙ sunt in aqua,et non submergunt,& hoc cõtingit maxime in phlegmaticis?Respondetur secundum Aristotelẽ,ꝙ huius causa est, quia quãdo materia phlegmatica fluit ad superiora,tunc apparet illis,ꝙ sunt in aqua,et submerguntur, sed quando fluit ad interiora, tunc apparet eis, ꝙ euadunt. Alia potest esse causa,scilicet nimia repletio,seu ebrietas. Vnde cum homo est nimio cibo repletus tunc fumi sursum ascendunt, & multiplicantur, & inde uidentur,ꝙ debeant submergi seu strangulari. Si autem non potest tam maxime ascendere,tunc apparet eis,ac si euaderent.

Quæritur,utrum aliquis possit causam somni afferre ab extrinseco?Respondetur secundum Aristotelem, ꝙ sic,sed ꝑ istum modum,quia si aliquis alicui remisse loqueretur ad aures sic, quod ip

se excitaretur, tunc ex cõmotione spirituũ, in capite tonitrua fiunt, uel aliquod aliud simile, & sic de illo fieret eius somnium. Et sic sæpe aliquis ex reuelatiõe diuina potest habere somniũ de Deo glorioso, ipsum in somno honorante. Cui quidem conditori totius uniuersi, filióque Virginis illibatæ con digna laus, & gloria, gratiarũq; actio sit nunc & semper, per infinita secula seculorum. Amen.

MARCVS ANTONIVS SANCTIpetrinas *Hydruntinus illustrißimo Ferrandine Duci, Domino Ioanni Castriotæ S. P. D.*

Qui opus aliquod Principibus dedicant Dux illustrissime, in operis præfatione, multa de laudibus eorũ, relaxatis eloquentiæ habenis, prosequi consueuerũt, ut ea potißimum ratione illos in sui amorem alliciant, atq; obnoxios reddant, quorum ego consuetudines minime obseruare institui. Vereor enim, ut si de tuis laudibus agere uelim, idem mihi obijciatur, quod illi, qui apud Lacedæmonios de Herculis laudibus agere uoluit, quis Herculem ? scilicet aut minus de eo bene sentiat? quis illum namq; non inter immortales Deos enumeret, colat obseruet? ut tu laudare uelis, Lacedæmonij subdiderunt. Tanta enim

est uirtutum tuarum amplitudo, tantus in omni bonorum genere splendor, ut frustra quis prædicet quibus sis institutus, aut quo ingenio polleas. Admi*rantur cæteri in te naturæ & fortunæ dote, quidam uero ex uirtutibus iustitiam, quidam prudentiam alij fortitudinem, & magnificentiam, ego autem vnam præ cæteris admiror in te præcipuam charitatem, qua literatos amplecteris hac tempestate, qua ob bellorum importunitates, pax unà cum literis interire uisa est.* Inuideo Dux *inuictissime priscorum temporibus, apud quos tanta erat philosophorum authoritas, ut sine ipsa philosophia omnium laudatarum artium procreatrice, & quasi uirtutum omnium* Parente, *neque* Respubica, *neque priuata constare posse ullo modo uideretur.* Philippum Macedoniæ Regem *maximo gaudio affectum fuisse traditur, quòd* Alexander *filius temporibus* Aristotelis *nasceretur. Quid de ipso* Alexandro *dicam? quippe qui tanta obseruantia* Aristotelem Præceptorem *coluit, ut omißis reliquis muneribus, quibus ab eo fuit locupletißime donatus,* Stagiram *ciuitatem suam, à* Philippo Patre *suo dirutam, suis precibus instaurauerit.* Verum *nullus hoc ætatis* Princeps, *qui philosophos amet, nullus qui philosophis faueat, te excepto. Quo fit, ut tibi maxime istæ philosophiæ reliquiæ reddantur obnoxiæ, quippe qui nunquam uiris uirtute præditis fauere desistas.* Verum *ne* Opusculum *nostrum, in caput, ut*

diũt, excrescat; Libellũ nõstrũ, de quibusdã q̃sitis ad utranque philosophiam spectantibus, ex tempore editum, ob immensum beneficiorum tuorum erga me relatorum cumulum, gratitudinis erga te meæ argumentum in præsentia suscipias, seueriora in posterum suscepturus. Vale

Marci An-

MARCI ANTONII ZIMARAE
sanctipetrinatis Problematum Liber, Ad illustrissimum Ferrandinae Ducem, Dominum Ioannem Castriotam.

PROBLEMA PRIMVM.

Quamobrem Sapientũ omniũ
iudicio, Seipsum cognoscere, om-
nium fere difficillimũ habitũ est?
An qa nihil cognosci potest, igno *Primo*
rata sua forma? Sui ipsius autẽ for *de aïa.*
mã cognoscere, ut Philosopho ui- *Cap. 4*
detur, satis admodũ difficile est. *Plato a*
Atq; homo Platonis authoritate *libi de*
aut nihil est, aut si qd fuerit, nihil *Anima*
aliud est, q̃ anima. An quia nisi
actu reflexo, hoc fieri nequit? Re-
flecti autem supra seipsum, maxi-
me immaterialitatis est argumen
tũ. Quippe à sensibilibus affecti-
bus seductũ oportet, qui seipsum
cogniturus est, hoc aũt q̃ diffici-
le sit, nemo est qui ambigat. An
quia homo intellectu uiuit? Ho- *Tertio*
minis autem intellectus seipsum *de Aïa*
non potest capere, nisi post captũ *Textu.*
aliorum, hoc & perdifficile est. *Cap. 8.*
2 Propter quod Apollinis Pythij

oraculo Socrates Græcorũ oĩum sapiẽtissimus diiudicatus est? Cũ Aristotelis sentẽtia solũ circa moralitatem negotiatus fuerit, de natura nihil. An quia ad cõmunem hominum commoditatem magis expedire uidetur bene uiuere, q̃ speculari? An q̃a, ut Platoni uidetur, passim illud profiteri consueuit, Vnum scio, quod nihil scio.

Primo Prima Philosophiæ Textu 5. Primo De Partibus Animalium. Plato in Apologia.

3 Cur hoĩes præcipue de ingenio cõtendũt? An q̃a reliqua ex bonorũ genere, in aliena p̃tãte cõstituta esse credunt? Queadmodũ corporis dotes, Naturæ, extrinseca uero bona, Fortunæ impio subiacẽt. Quo fit, ut unusquisq; facile se uinci in talib⁹ sinat, ut pote nõ sui culpa, aut occasione contingẽtibus. Ingeniũ uero, in nr̃a p̃tãte constitutũ esse prorsus autumãt. An quia aĩ bona, cęteris p̃stant, idcirco de re p̃stantiore cõtendere, naturale admodũ est? An q̃a cõmunis est ista hoĩum ægritudo, ut sapiẽti cuidã uidet, quod quilibet credit se esse doctũ plus, q̃ sit, & cupit cõplere oĩa, q̃ credit sine studio, & labore?

Rabi Moses in 25.

4 Quam ob causam, cũ oẽs hoĩes scire contendant natura, pauci tũ admodũ scientiæ insudant? An qa Virtutẽ posuere Dij sudore parandam, ut Hesiodo placuit? An quia corpis uoluptas, cui hoĩs natura maxime obnoxia est, aĩum à ueritatis indagine distrahit? Necesse ãt est, ut q aĩo uiuere cupit, Corporis mortẽ, ut diuino uidet̃ Platoni, meditet̃: An qa Natura hoĩs, multis modis seruire cogit̃? ut Aristoteli placet. Quo fit, ut deficientib9 adminiculis, naturalẽ ðsideriũ nõ deducat̃ in agere. nõ enim nr̃a, per se sufficiẽs est ad contemplandũ.

Plato, in Phædone.

In Proæmio Primæ Philosophiæ.

5 Propter qd, nudã eẽ pħiam p̃dicãt? An qa nuda ẽ ueritas, nullusque uerbo℞ color requirit̃, ubi de ueritate agit̃? Quippe Sophistarũ interest, de noĩbus disputare, ubi re℞ synceritas quærit̃. An qa male philosophari? qui philosophiã nõ ꝑpter se, sed lucri, aut ambitionis gr̃a prosequuntur. An quia nudũ à passionibus corporeis oportet esse eũ, q philosophię uacare desiderat? Nã ut Aristoteli uidet̃, Aĩa,

Ethicorum Cap. 1.

sedendo, & quiescẽdo fit prudẽs. An uulgariũ opinione hoc firmatũ est, iuxta illud Thusci Poetæ, Pouera & nuda uai philosophia Dice la turba al uil guadagno intesa. quandoquidem hoc rationi minime sit consentaneum. Facile enim est Philosophis, ditari, dum uelint, quẽadmodũ Thaletis Mylesij exemplo perspicuũ apparet.

Physicæ Auscultationis. Cõmento 10.

6 Propter qd, homines maxime in opinione esse appetunt, ut nonnulli, pyramides: alij, simulachra, signaq́;, & uaria sui fabricẽt monumẽta? An quia Omnia, ut Aristoteli uidetur, perpetuum & Diuinũ esse participare cõcupiscũt, secundũ quod possunt? Inde prouenit, ut si in esse naturæ non permanent, nituntur, ut saltẽ permaneant in esse rationis, An quia ad successorum excitamẽtum ita cõsuetudo tulit, quo à Parẽtibus minime degenerare uideantur?

Secũdo de Anima textu. 34.

7 Propter quid ẽ, quòd hominis desiderium circa eaquæ Fortunæ sunt, in immẽsum crescit? An qa, ut Senecæ uidetur, Naturalia desi

Epi. 16 Ad Lucilium.

deria finita sunt, quæ autem ex fal
sa opinione proueniunt, ubi desi-
nant, non habent.
8 Quamobrē Poetæ semper prin
cipibus aliquem sapientem fami-
liarem cōstituunt? quemadmodū
Homerus Nestorē, Agamemnoni.
Euripides Tiresiam, Creonti, He-
siodus Prometheum, Ioui. & Ma
ro Achatem, Aeneæ. An quia Na- *Plato*
turæ lege ita cōparatum est, ut Di *Episto*
uino datur cernere Platoni, ut Sa- *la ad*
pientia, potētiaq; in idem tendāt. *Diony-*
semperq; ista duo se inuicem affe *sium.*
ctant, psequuntur, cōgrediuntur?
9 Propter quid Homerus, cū de
Legatis meminit eandem uerbo-
tenus imperantis legationē signi-
ficare facit? An quia Legatorū in-
terest, meram imperantis uolunta
tem, sententiamq; executioni mā-
dare? quare nihil addere, nihilq;
subtrahere oportere, certū est. An
quia imperantis mādatum, utpo-
te sapientis peroptime digestum,
absolutumq; eē præsumitur? quā
obrem uariatur ordo uerborū, &
tanq perfectus, cui nihil deficiat,

significari debet sapientũ, quippe quorum est, ut Philosopho uidet, imperare, constitutionesq́, atq; decreta absoluta esse iudicare.

10 Cur Aristoteles in rebus difficilibus mira utitur breuitate? An q̃a mos sapiẽtũ est, uerba onerare sententijs? An q̃a ut obscurus fiat, q̃tenus, ut expositorib⁹ uidet, Ingenia rudia deterreat, & à suorũ operũ lectiõe secludat? An q̃a ĩ re difficili prolixus sermo de ueritate suspectus redditur? Quãdoquidem ueritas, consistit in paucis. An q̃a, ut sapiẽti uidetur, in multiloquio plerunque contingit delinquere?

Sicut d eo asseruit Cõmentator in secundo Metaphysicorum 15. Secũdo colliget Ca. 10.

11 Quãobrẽ illustres ĩ aliqua scĩa uiri, dũ ĩ aliquo errãt, graui⁹ errãt min⁹ illustrib⁹? An q̃a pprijs ĩgenij freti facultatib⁹, ualde admodũ à sẽsib⁹ abstrahũt? q̃re necesse ẽ eos falli. Argumẽto est Auicẽna, q cũ sua celebritate ĩ phĩa dixit, Hoĩem ex terra nã'l'r posse pduci. Et maximus ille Auerroes, quẽ nulla lex potuit psuasione cõuertere, Vetulæ cuiusdã uerbis seductus est, ut sibi psuaserit Puellã in balneo fi-

ne uiri cōmiſtione poſſe cōcipere.
12 Quare ſciētes ſi iniuſti euadāt, magis iniuſti ſunt minus ſcientibus? An quia ſæuiſsima eſt iniuſtitia, ferre arma: ut Philoſopho uidetur. An quia contrariorū una eſt? *Primo Politicorum.*

Ex Ariſtotele.

Cur hō, q à Deo eruditione ꝑditus ē, aīantiū oīum iniuſtiſsimus ſit? An qa īgenio, cogitatiōeq; plurimū ualet ad uoluptates, igit & felicitatē rimat maxīe, atq; ꝑpēſat q̄ niſi cū iniuria, aſſeq nemo pōt.
13 Quāobrē magis cupiunt uideri hoīes, quàm eſſe, & nō uideri? An qa ſolus hō, honoris ē particeps? Quo fit, ut quilibet uideri bonus facile appetat, laborē autē natura ſubterfugiat. Virtutes aūt nō niſi labore cōſequimur. An qa Sophiſtarū nā hęc eſt, ut Pho uidet, ut cupiat magis uideri, et nō eē, q̄ eē, et nō uideri? Cæterū pauci admodū ſūt, q uirtutes ipſas uere aſſequāt. *Primo Elēchorum.*
14 Propter quid quidam in adoleſcētia, Fœminas, dum ſunt autem conſiſtentes, aut in primo ſenio, Mares procreant? An quia nimis

coeuntibus, refrigescit semē? Quare cum in ætate cōsistentiæ, & primo senio minus coeant, calidius est eorum semen, quod Marium est productiuum.

15 Cur Pueris coeuntibus, cū genituram nō emittant, cōtingit delectatio? An quia, ut Philosopho uidetur, Ex spiritus emissione pruritus, & titillatio accidit? Quēadmodū in adultis, ex seminis emissione simile contingit.

Primo De generatione animalium Capite 24

16 Quam ob causam frequenter coeuntes minus delectantur? An quia ex ipsa coitus frequentia cōtigit, semen, & spiritus diminui, et refrigescere? Quare non ita pruritiuum, neq; titillatiuum est semē, quod delectationis causam, asserunt Philosophi.

17 Propter quid plus lędit immoderatus coitus quā imoderata phlebotomia? An quia spiritu plenius est semen, & magis proximum naturæ mēbrorum dispositum nutrimētū, quā sanguini? Quippe, ut Galeno uidetur, Substantialis est mēbrorum causa sperma, & ex ipso

Prima particula Aphor. Cō. 15.

corpus augescit,ac nutrit,ac quẽadmodũ esuriens, magis læditur ex panis,q̃ ex farinæ substractione. Sic corpus, debilitatur magis ex seminis ablatiõe,q̃ ex euacuatione sanguinis.

18 Quã ab causam, qui prolixiori sunt admodũ pene,gignere nequeunt? An quia per longũ procedente semine interstitium, necesse est spiritus exhalare? Quapropter frigidum,& prorsum generationi ineptum redditur necessario. *Primo de generatione animalium. cap.24.*

19 Propter quid corpulenti, in coitu parum seminis emittunt,& frequenter steriles sunt? An quia talibus semen, in corporis alimentũ transit? Nã eadẽ ratione,ut Philosopho uidet,Corpulẽtæ mulieres parũ mẽstrui excremẽti eijciunt.

20 Quã ob causam mulieres, æstiuo tẽpore, mares uero, hyberno, ad Venerem sunt promptiores? An ut philosopho uidetur, Quia testes eo tẽpore magis demittuntur,& flaccent,q̃ per hyemem,eũ q cõcubiturus sit, retrahat ac suscipiat illos,necesse sit? An qa na- *Particula 4 problematũ. Probleme 5*

turę calidę, prę nimio calore ęstiui tēporis æstuant, collabunturque, frigidæ uero, refrigescunt, et uigēt. Est aūt Vir calidus, & siccus. Mulier frigida, & humida. ergo uirorum tunc uires, infirmanť. Mulierum corroborantur, & uigent per cōpensationē qualitatis cōtrarię. Eadē ratione, Aīalia frigidæ naturæ, ut Galeno uideť, hyberno tpe frigiditate aeris opprimunť, ut q̄ mortua ī cauernis accubātia repe rianť, & q īsensibilia, & nullū motū habētia, q̄dā uero ibidē peūtia, unde pauco admodū, ut nullo ex trīseco tūc alimēto nutriunť, quæ tūc supueniēte calore reuiuiscūt.

Prima Particula Aphor. Ca. 15.

21 Cur Pueris noīa septīo die īponere cōsueuerūt? An ut Pħo uideť, Qm̄ ante septimū diē plures interreūt? quo fit, ut tūc noīa īponanť, tāq̄ȝ saluti Pueri magis credam⁹.

Septimo De Historijs. Animalium Ca. 12.

22 Quamobrē præ cæteris animalibus homo maxime superbit? An ꝓpter uariam, & multiiugam cognitionē? Siquidē, ut Philosopho datur cernere, Sunt oīa sensibilia, p sensum, omnia, intelligibilia, per

Philosophus 3. De anima, Textu. 37.

intellectum, quare quid restat, qd eius cognitionē subterfugiat? An qa nexus uidetur esse Dei et mundi? Mediæ quippe naturæ est, quæ intentio æternitatis & tpis consti tuta esse creditur. An quia cæteris animantibus imperat, omnia hæc caduca, ad sui uidenť redacta fuisse arbitriū? An quia illud rñdebo, hoīs superbiā ex sui ignoratione puenire? Quippe si se iter stercus, et urinam conceptū fuisse reminisceretur, si se nudū in lucē pdijsse, animaduerteret. si se cū miserijs, et laboribus uitā ducere ppenderet. si tandem se mortis uinculis astri ctum pēsitaret, nō utiq; supbiret. *Hermetis sententia.*

Ex Aristotele.

Cur homo maxime aliud intelligat, aliud faciat? An quia contrariorum eadem scientia est? An qa mentis officiū, complura contingit. appetitus, in unum tantūmodo profluit? Atqui homo, mente magna parte uiuit, ratione bestiæ, appetitu, ira, cupiditateq; ducunť.

23 Quā ob causam, cū secundū intellectū q̄dā bona esse iudicamus,

illorum tamen opposita plerunq;
prosequimur, iuxta illud Poetæ,
Video meliora, proboq;. Deteriora sequor. An ex naturali plenitudine libertatis uolūtas potest indiscriminatim, ut subtilib. uidet, in oppositos actus, ut eis meditātibus libera etiā est in oppositus, obiecta, in quæ tendit, huius uatem, præter uoluntatis naturā nō oportet aliam quærere rationem, & causam indisciplinati. siquidē est, omnium quærere causas. Nā ut Philosopho uidetur, Principiorum nō est altera causa: An peripatetice respondebo ex corporis cōnexione prouenire uoluntatem nostram, nō semper cōfirmari ratione? Quod argumēto abstractorum intellectuum corroboratur, siquidem in eis nō est aliud uolitum, & aliud intellectū. Quo fit, ut Incontinentes secūdū concupiscentiā agere dicantur, ut Aristoteli placuit, nō intellectione, aut uoluntate. apparet enim aliud quiddam, præter rationem, illis inesse, quod repugnat, resistitq; rationi.

Scotus 1. Sentē tiarum distinctiōe 39 Quæst. 1. Primo posterio rū & 8 Physicorum. Tex. 15 Auerroes 12 Metho do. 2. 39 & 15. Tertio Ethicorū Capi. 5. 2 Ethicorum. Cap. 29

Vt enim resolutę corporis partes, si ad dexteram mouere uelis, in sinistram feruntur: sic & in aīo in contrarium feruntur, in continentiam appetitus uoluntate. Astipulatur huic sentētiæ aurea illa Apostoli authoritas dicentis. Sentio aliam legem in mēbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legē peccati, quod est in membris meis. Quare sapienter dictū est, ut à cœlo emanauit, Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam.

Ad Ro. Cap. 7. Sapiēs Sapientiæ 9. Particula 30 Problemate 2 Cōmento in Libros de Historijs animaliū capit. 1. Lib. 3. De Natura Animal. cap. 19 Secūdo De Partibus animalium, ca. 4. Et Auicen

EX ARISTOTELE.

Cur omnium animantium homo, prudentissimus est? Vtrum quia capite minimo est, scilicet ad sui corporis proportionē? ut Philosopho uidet̄, in Problematibus. An quia natura, perfectissima est, & ob eam rem, uirtutum habitus in eum conspectiores cōtinentur? An quia solius hominis sanguis, tenuissimus est, ac mundissimus sanguis? quippe naturæ causa est, cur permulta animalibus ueniāt. tum per mores, tum etiam p sen-

naīca pite De uiribus cordis, Tracta tu. i. ca di. 8. Secūdo de Anima Tex. in tertio de Par tibus Animalium. ca. 4.

sum, ratio est. materia enim totius corporis est. Quippe cū alimētū, materia sit. sanguis aūt, ultimum alimentū, habeatur. facit igitur, ut plurimū differentię existat, si calidus, aut frigidus sit. si tenuis, aut crassus, si turbulētus, aut nitidus. An qa ex sui cōstitutione, pfectissimū obtinet sensum tactus, qđ ex perimēto cōprobat in ipsis hoīb⁹ ꝯ Quippe q molles obtinēt carnes acumē & acrimoniā ingenij possi dent. quorū uero crassior, ac callo sior fuerit cutis, hebetudinē & tar ditatē. Quapropter hoīs tēperatura, maxime ad prudentiam sapiētiāq; uidetur idonea forte ratione.

Ratio Themistij ibidem.

quòd ī molli corpore primus, maternusq; spiritus aīæ facilius funditur, & libērius expeditiusq; discurrit cōtra durities, & crassitudo obturat, oppilaturq; et ergo re pagulo sunt, ut purus, & liqdus trāsmittat. Etenim oīb. sua cuiq; portio spūs, ad functionē, & ministerium, tributa est, quocirca fieri contra ut à prima anima, qui præcisi, abiuncti que uideantur.

24 Quã ob cãm, mulieris ĩgeniũ, in bonis ineptum, in malis uero, promptissimum est? Quod & Euripides in Medea sentire uidetur. Καὶ πεφύκαμεν γυναῖκες εἰς μὲν ἐσθλὸν ἀμηχανώταται, κακῶν δὲ πάντων, σοφώταται:

An pp priuationẽ, q̃ cũ sui natura uř eẽ cõnexa? Nã ut Phõ daťcernere, fœmina ẽ, q mas lęsus, Priuatiõis uero ea cõditio ẽ, ut semp malũ moliať, atq; perniciẽ machineť. Secũdo de generatione Animalium. Cap. 3. & 7.

25 Quãobrẽ aiũt, primũ mulieris cõsiliũ fore eligẽdũ? Vtrũ qa, quẽadmodũ ĩ reb9 rõne carẽtibus, cernimus à supiori Authore ĩ pprios fines, dirigi earũ actiões, & mot9? Nãq; uerissimũ puto, qđ dř, pui-dẽtiã fuisse, quæ et turpi, desideriũ honestatis, & egenti opulẽtię, quã tũ sit satis, iniecerit. Sic & mulieris intellectus, & si boni uericq; rõnẽ nõ capiat, ad talia tãtũ capescẽda, ab ĩfallibili ueritate plerũq; dirigitur. Consilia uero, quæ ppria indagine ipsa molitur, tanq̃ inualida, & q̃pluribus erroribus infectã relinquẽda esse cõspiciuntur. Primo Physicæ Consultationis, textu 8.

26 Cur mulieres, corporis cultu magis delectantur uiris? An quia mulierum natura, imperfecta est? Quo fit, ut suæ conditionis defectum, artis beneficio supplere cõtendant, atq; nitantur. Natura siquidem cõparatum est, ut turpe, pulchrum, & honestum appetat, & prosequatur. An quia Mentis decore carẽtes, corporis ornamẽto prorsus uacare coguntur?

27 Propter quid raro longus, sapiens est? Vtrum q̃a corporis prolixitas, est ex excessu caloris humiditatisq; exuberãtia proficiscitur, atqui ut Sapientibus uidetur complementum, & perfectio, atq; ualentia ad nostras perficiendas operationes nõ, nisi multa siccitate, perficitur, quæ assidue progreditur, donec nos inducat ad interitum nostri, Siquidẽ corporis cõstitutio, à sui primordio ab ultima humiditate ꝓfluxit. Caloris insuper excellentia, authoritate Philosophi tranquillitatem mentis, iudiciumq; peruertit.

28 Quã ob cãm multitudo Prin-

cipũ, malaʔ Qđ & Homer⁹ sentit.
Ουκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοί-
ρανος ἔστω εἷς βασιλεύς.

Vtrum quia Vbicũq; fieri potest, unum esse, quàm plura melius est, ut Philosophi fert sententiaʔ An quia si imperium in tyrannidem transeat, ac cõuertat, satius est unius, quàm plurium subire iugum ʔ An quia ad cõmune reipublicæ cõmodũ, raro Imperantium multitudo respicere consueuitʔ Quo fit ut uno dissentiente, maximum uniuersitati immineat malũ. Facilius qppe est, unum, quàm plures ad bonum disponi. In principatu enim multorum nõ desunt inuidiæ, iurgia, contentiones, rixæ. Proinde cum experimento cõprobatum sit, regnum nõ capere duos, quàm uerissime illud Aristoteles enunciauit, Multitudo Principũ praua, unus ergo sit Princeps.

Duodecimo Prioris Philosophiæ in fine.

29 Cur cum cæteris animalibus cor in medio sit pectore, homini uero solũ paulo uergit ad læuãʔ Vtrum ut eius partis refrigerationem moderetur, atq; compenset?

Tertio de Partibus Animalium. Cap. 4. Omnium enim aui maliū, ut Aristoteli placet, maxime homo refrigeratam habet partē sinistram. An, ut Medicis uidetur, ut Hepati magis cederet, qđ in parte dextra collocatum est?

Primo Physicorum. 81 30 Quam ob causam mulier uirum, qui eam deflorauerit, præcipuo amore prosequitur? Vtrum quia, quemadmodum materia formam, sic fœmina marem appetit?

Plato in Symposio. An ob uerecundiam? Nam ut Diuino libuit Platoni, Vereundia amorem prosequitur. Rationabile est, ut illum qui sui pudoris uincula relaxauit, uehementer admiretur, & amet. An quia præcipuæ delectationis initium, maximam alterationem inducit in toto, qua potestates animæ maxime oblectantur, & ei immobiliter adhærent, & adquiescunt? Quapropter Hesiodus puellam, uxorem ducere præcepit.

31 Quamobrem noctes plenilunij, calidiores sunt, cum Mathematicorum sententia, Luna, frigi-

da sit natura? An quia Peripateticorum authoritas præferēda est, afferentium Lumen quodlibet calefacere, quatenus reflectitur.

Auerroes 1.2. Cœli Cōmento 42. & 2. Capite de substantia Orbis, et philosophus 4. De Partibus Animalium, Cap. 5.

32 Cur noctes autumnales, frigidiores sunt uernis? Vtrum qa tūc temporis aer maxime rarus est? Rarefacta autem corpora, maxime disposita sunt, ut quàm citissime calefiant, & refrigescāt. Quod & in aqua est facile cernere, nam qui circa Pontum sunt, ad pisciū uenationes, glacies aqua calida decidentes, circunfundunt calamis, ea siquidem ratione, quia citius concrescit. Vtuntur enim glacie, quasi plumbo, ut calami consistant. Nam ut Philosopho uidetur, Maxime confert ad celeritatem concretionis, præcalefactam esse aquam.

33 Propter quid corpora, autumno magis læduntur à frigore, q̄ uere? An quia uere assueta frigiditati corpora, ad caliditatem accedunt, quare naturalis, & nō subitaneus est motus. Autum-

no autem, à calore ad frigus, nulla assuefactione, aut medio interposito, properãt, quare necesse est ea proferri. Natura autem subitaneas mutationes nõ patitur, sicut Galenus sentire uidetur.

Tertiæ Peritæ artis.

34 Propter quid homines pilosi, maxime sunt ad libidinem prompti ac procliues? Vtrum quia in his maxima copia excremẽti esse præsumitur, & Seminis, ut Philosopho uidetur?

Quarto De Generatione Animaliũ Capite 5.

35 Propter quid hoĩes, qui paruũ caput obtinent, naturaliter sunt iracundi? An quia paruo existente capite, cerebro, cordis caliditas, propter oppositionem contrariæ qualitatis, debito modo non potest refrigerari? Atqui ira ex sanguinis ebullitiõe circa cor, ꝓpter desideriũ rei cõtristãtis cõtingit.

36 Quam ob causam, ubi homo minxit, è uestigio cõprimit anũ? An quia statim aer ad replendum uacuũ proficiscitur? Quare aeris frigiditate membra alterari & inhorrescere necesse est.

37 Quamorem nõnulli ex tristitia

perierunt, quidam uero ex gaudio, ex ira uero nulli? An qa gaudium, intima uiſcera prorſus refrigerat? Triſtitia uero ĩteriora extinguit, & ſuffocat, exteriora frigefacit? Calore uero manente, ſtat uita, natura, ut Philoſopho datur cernere, Permanſio animæ in calido natutali, uita eſſe dicitur.

38 Cur pubeſcentibus, dum ſemẽ ferre incipiunt, uox immutatur? Vtrum qa Cor, ut ſolertiſſimus Naturæ rimator Ariſtoteles ſentit, quicquid Medicis uideatur, Sanguinis, & uenarum principiũ eſt? quo fit, cum in parte ſuperiori uocatum ſit ſeminalis excremen- ti mutatio, hic primum innoteſcere neceſſe ſit. Ex quo fit, ut etiã uoces tũ mariũ, tũ fœminarũ ĩmutẽtur, dum ſemen ferre incipiunt.

39 Propter qd lebetis pleni aqua ferueſcẽte, fundum frigidum eſt? An quia calidi uapores ſurſum tẽdũt? quare cũ ſuperiores calefiũt, fundum etiam interea frigiditate aquæ contiguæ frigeſit.

40 Cur grana, quæ æſtiuo tẽpo-

Ariſtoteles libro de Morte et uita

De partibus animaliũ Capite 3. et 5. de Generatiõe animaliũ, Capite 7.

43 Cur materia ad filij productionem actiue non concurrente, secundum sententiam Aristotelis, filij ex maiore parte, potius matris effigiem præ se ferunt, quam patris? Vtrum quia omnes similitudines, quæ in humana natura uel specie continentur, potestate, & uirtute, in semine patris sunt? Quo fit, ut plerunque filius neutri assimiletur, sed Auo uel Proauo, quandoque uero nulli ex eorum familia similis est fœtus. An quia ex forti imaginatione hoc prouenit? Tales enim uehementi admodum amore uxores prosequi consueuerunt. Nam ut Auicennę fert opinio, Contingit plerunque corpus ab effectibus, animalibus immutari, ualde enim admodum imprimunt res naturales. Quemadmodum euenit, ut puer illum præ se ferat, cuius effigies fuerit præconcepta in ipso concubitu mulieris & uiri. Et huic sententiæ uulgares, qui rerum causas, & habitudines non capiunt, minime acquie-

Auicenna in 2. Sen. Primi, Ca. 24

ſcunt. Sapiẽtes uero illi aſſentiũt, tanq̃ poſſibilia cõtinenti. Et proinde euenit, ut ſanguis ad exteriora moueatur. & profluat ĩ eo, qui rubeas res maxime quadã applicatione animi coniectat, & cõſpicit. Eodemq́ modo, dentium ſtupor contingit, dum aliquem, rem acredine participãtem comedere cernimus. Et plerunque membra eadem in nobis languent, cum aliquem dolere ĩ talibus intuemur. Sæpe etiã noſtri corporis cõſtitutio ĩmutaẽ, pp timoris exceſſum.

44 Quamobrem Aſini, ut in Prouerbio eſt, agiliores in prima ætate eſſe dicuntur? Vtrum quia eorũ natura & conſtitutione exiſtente melancholica ab ætate, cõtrariarũ qualitatum cõpenſatione neceſſe eſt temperiem prouenire? Melancholica ſiquidem natura, frigida eſt & ſicca, Pueri aũt calida & humida. Hoc etiã in Pueris uidemus melancholicis, quippe qui in pueritia ingenio maxime pollent, & ante expectatum, ſapientia & prudentia fulgẽt, ut indiſcriminatim,

quicquid

quicquid lubet, in posterũ de eis sperare tibi polliceri ualeas, quorum tamen ingenia in ætatis progressu marcescunt. Quare q̃ scite & eleganter Elogium illud apud Græcos emanauit, Esto malus, ut uiuas, talium nãq; natura quàm breuissima est.

45 Cur in Ponto & in Scythia nõ sunt asini? An quia maxime frigoris impatiens est eorum natura, ut Philosopho placet? *De Natura Animalium Lib. 8. Ca. 25.*

46 Propter quid Clericorum & mulierũ auarissimum genus est? Vtrum quia uirtutis habitus, ex frequentibus actionibus proficiscitur. Cũ igitur Clerici filijs uxoreq; careant, suas erogare diuitias nulla necessitate coguntur, iterea accipere ac cõgregare assuescunt, sicq; auari euadunt. Nã, ut Philosophus asserit, Quales sunt actus uniuscuiusq;, talis tandem & ipse euadit. Mulierũ enim natura, ut sæpe diximus, imperfecta est, proinde tibi ad plenũ satisfacere, impossibile esse autumant. Quare congregant, & retinent, ut suæ in- *Et 3. De Generatione Animalium Cap. 6.*

digentiæ eo modo, quo possunt, occurrant, & qđ Natura illis non tribuit, arte & industria assequi enituntur. Eadē, ut puto, ratione euenit, ut fenio confecti, auaritiæ studeant. Aetatis nanq; & Naturę destituti auxilijs, Fortunæ bonis inhiare proponunt, ut per ea defectibus obijciant.

47 Propter quid in bello potius, quàm extra uulnerati, minus dolent? Vtrum quia uirtutes animę, ad aliā partē tendunt? Nā ut Philosopho uidetur, Ad alia fortiter intenti, delata sub oculis nō uidemus. An pp iram, quæ ut sapientibus uidetur, Tam interiora, q̃ exteriora mēbra calefacit? Calore autē anima, ut Aristoteles inquit, omnia operatur. Quare contingit iratum, ex illato uulnere tardius refrigescere, indeq; euenit, ut minus & tardius doleat.

In Libro De Sensu et Sensibili.

Secūdo de Aīa Textu 41. & 130.

48 Quam ob causam, si Solis aut Lunæ contingit deliquium, admirantur, cum autem ex seminibus plantæ aut animalia progignant, minime? Vtrum quia à rebus con

fuetis admiratio cadit, ut sapienti-bus uidetur, & negligit anima de ipsis inquirere ueritatem. Quod autem raro euenit, excitat admirationem, & inducit intellectum, ad inquirendum & perscrutandum causas eius.

Auicenna De Viribus cordis textu 1. Capite Vltimo, Et Boetius 4. De consolatione, Titulo 5.

49 Quam ob causam ex seminis diuturna retentione, capitis grauedo, & memoriæ hebetudo, & cogitatiuę mala dispositio contingit? Vtrum quia cerebrũ est seminis exuberantia, grauet, & impediat? An quia semẽ diu retentum mala & uenenosa afficitur qualitate, quo fit, ut uaporatio eius ad caput, lædat nimis.

50 Propter quam causam Clerici & Monachi mortẽ præ aliis ægre ferunt, ac perhorrescunt? Vtrum quia natura eorum frigidi cordis extat, & melancholica est? An quia prorsus funditusq; se interire animaduertunt, quandoquidem nec in propria, nec in posterum natura consistunt, ubi ex uita migrauerint.

51 Propter qđ cũ plantæ nutrian-

tur, & à qualibet digestiõe aliqua superfluitas decidatur, nullum est tamen in eis cernere excrementũ? Vtrum quia terra eius, quę calore perinde ac uere utitur proprijs? Nãq; radicibus alimentum, iam ex terra confectũ hauriunt, ideo ĩ stirpibus contrahi minime solet.

52 Propter quid plantæ, quæ frõdes amiserint, denuo recipiũt pilos, & animalia, pẹnas, quas amiserint, iterũ recipiunt, hominibus autem, quibus caluitium contigerit, nunquam capilli redeũt? Vtrũ quia ãni tempora, illius corporis mutationẽ afferunt ita, quod primo temporum mutatione, uicissitudo gignendi amittendiq; sequitur? Vt animalia pennas, post ut plantæ frondes, si pilos dimittãt, recipiant, hoĩbus uero caluitiũ ꝑ ætatem euenit. Aetatibus uero reuersionem Natura non tribuit.

53 Propter quid ęstas omnes ęgritudines terminat? Vtrum quia, ut Auicennæ uidetur, Si uirtus & natura constiterit, inueniet aerem resolutioni, & digestioni, & expul-

sioni promptissimum, si uero prostrata fuerit, calor continentis magis ipsam prosternet? laxat enim corpora debilia, quapropter ęgro, pernicies adueniet, & interitus.
54 Quamobrē æstate, siquis manus in aquā adijciat, magis refrigescat aqua mota, q̃ quiescente? Vtrū quia particulæ aquæ, manū cōtingentes, à calore manus calefiunt? Siquidem oē agens, in materia cum patiente communicans, in agendo rursum patitur, mota autem aqua, necesse est patefactas particulas segregari, aliasque frigidiores succedere.
55 Cur nonnulli malæ habitudinis constitutionis, plerunque diutius uiuunt alijs, sanguineam aut meliorem naturam habentibus? Vtrum propter regiminis peruersum ordinem? Aut melius respondebo, dispositiones męas latētes, diuersas esse. Infinitus quippe est, ut Auerroi uidetur, elementorum numerus ĩ Naturę suppositis, qm̄ præter Naturæ authorem, intellectus non potest capere.

56 Propter quid Medicorum sententia, Suffocatio matricis, quę ex contentione seminis cõtingit, sæuior est illa, quæ ex retẽtione menstrui excremẽti prouenit? Vtrum quia quãto aliquod excrementũ perfectius est, dum ĩ sua naturali dispositione consistit, tanto cæteris deterius redditur, dum ab ea remouetur, & ad contrariam qualitatẽ permutatur? Quod in aceto etiam est cernere, quippe quo melius est uinum, quod acescit, eo acetum est acutius. Eadẽ ratione euenit, ut qui se inuicẽ nimis amauerint, occurrẽte discordia, maiori odio se prosequantur.

57 Cur nauigantibus terra, & res, quæ quiescunt, mobiles uidentur? Vtrum quia uisionis sensorium, mota naui, necesse per accidens moueri? Quo fit, ut sensibilium similitudines recipiantur cum motu.

58 Quare sensus uisus, prę cæteris diligimus? An quia, ut inquit Aristoteles: Rerum differẽtias nobis ostendit? An quia eius cognitio

magis, quàm cæterorum à materia seiuncta est? An quia amoris præcipua uis, ut diuinus inquit Plato, in eo constituta est?

59 Cur cum sensu uisus baculus, in aqua fractus appareat, non tamen sic iudicamus? Vtrum quia uisum errare comprehendimus sensu tactus? An quia non secundum eandē potentiā iudicamus, per quam phantasmata fiunt? Signum autem, quia Sol pedalis uidetur. Et per digitorum permutationem, unus duo uidentur, attamen non assentimus, duo esse.

60 Cur uolētes aliquid à remotis intueri, manū supra uisionis sensorium admouēt? An quia motus non interpellantur, sed à longe directi sensorium subeunt integri? Eadem ratione, ut Philosophus sentit, Animalia, quæ prominentibus sunt oculis, procul cernere nequeunt. Quæ contra, intus in cauo oculos habent positos, longe aspicere possunt. Quoniā motus in uastis non dissipatur, sed recto tramite meat.

61 Quã ob causam quidam à remotis uident aliqua obiecta, quæ si propinqua fuerint, intueri non possunt? Vtrum quia res uisibiles non uidentur, nisi mediante aere lucido? Oculi uero imbecilles, maiori copia luminis indigẽt, quàm oculi bene dispositi. Obiecto autẽ procul posito, à uisionis sensorio in ipso interstitio plus luminis intercipitur. Aut quia motus, qui à sensibili remoto ad sensum debilẽ proficiscitur, debilis est, quem sensus sustinere potest: Qui autem de propinquis uisibilibus causatur, fortis est, quem uisus debilis pati nequit. Quod in decrepitis est cernere, quippe qui pp uisus imbecillitatẽ, à remotis uident, & tenues literas, in Solis lumine legere possunt, qui tñ à ꝓpinqua distantia, in lumine candelæ aut Lunę, legere aut uidere nequeunt.
62 Propter quid quidam propinqua sensibilia uident, remota autem uidere nequeunt? Vtrum propter uisus imbecillitatem, quippe in talibus uidendi facultas debi-

lis est,& nõ unita,quo fit,ut indigeat forti motu,ut contingit illis, quorꝫ oculi sunt eminẽtes, qui ut dictũ est ,ꝓcul cernere nequeunt.
63 Propter quid uolentes directe sagittas emittere,cõprimunt oculum? Vtrũ qa uirtus uisibilis , tũc ex uniõe, species magis unita red ditur? quo fit, ut ad suas actiones promptior reddaẽ,atqꝫ potẽtior.
64 Quamobrem qui diu in tenebris uersati sunt,si repẽte maximo splendori occurrant,obcæcantur? Vtrũ quia Sapientũ consensu, Na tura subitaneas mutationes non tolerat? Aut quia uisibilis spiritus in talibus , satis paucus est , qui gaudens suo simili , dum lumini obeat,dissoluit? Aut quia isti propter luminis desiderium,quo lon go tempore caruerant , aspectum rerum uisibilium & luminis diu prosequuntur . Quo fit,ut uirtus ꝓstrata, amplius debilitetur . Qđ etiam in illis,qui famẽ longo tem pore perpessi sunt, euenit,quippe qui cibum magna cum auiditate capiunt,etiam plus cibi assumũt,

ꝙ uirtus eorꝝ digerere possit, quo fit, ut multi hac de causa depereāt.
65 Quamobrem obtūse uidētes, paruas minutas'que literas scribere consueuerunt? Mirum enim est, ut qui obtusis sunt oculis, rē faciant, quam eorum facere interest, qui acumine ualeant oculoꝝ. Vtrum quia proxime posita, magna esse uidentur, illi autem, oculis proxime admotis, scribere solent? An quia cōtractis palpebris scribant? Fit enim pro imbecillitate, ut si laxatis diductis'que oculis scribāt, aspectus distractus passusq; hebetescat, si adductis, & conniuentibus in uniuersum depromptus acutius uideat. Qđ tamen angulum informat exiguū, efficit necessario, ut exiguæ literæ scribantur.

Albertus magnus 2. de Aīa tractatu 3. Ca. 14

66 Quamobrē siquis nocturno tempore propè trāseat, & oculos admouet, longius uidet, ꝙ si manserit erectus? Vtrum quia perspicuum terminatū, & si minus luminis capiat non errante, diutius tū illud retinet, quod ꝑ aliquam,

distantiã illuminare potest, sicq́ uisui cõfert ad uidendum? An quia lumen, quod ex stellis in aere est diffusum, reflectitur à terra, reflexione imbecilli, & sic distantiam aeris terram ambientis illustrat? An quia obscuri uapores, aerem obtenebrantes, nõ propè terram, sed in aere remotiori supernatant, quo fit, ut in aere plus uisum impediant, quàm per terram?

67 Propter quid, qui malum aliquod operantur, oculis & uultu dissimulare nequeunt? Quod & Poeta sentit,

Heu quàm difficile est, crimen nõ prodere uultu:

Vtrũ quia, ut Palęmoni & Physioni uidet, Oculus est nuncius cordis, sicut aiæ speculũ, in quo oĩa refulgent, & emicãt? An quia corporis particula infirmissima, & laxior, refertaq́ meatibus est? Quo fit, ut oĩs alteratio, quæ ex corde exordiũ sumpserit, qđ ut peripateticis uidet, Omnis sensationis motus, atq; cogitationis principium est, ad oculos illico proficiscatur. Quito De generatione animalium, cap 2.

68 Quamobrẽ oscitantes, aut spiritum reddentes accipientes ue, minus audiunt? Vtrũ quia extremum sensorij auditus, ad partem spiritalem terminetur, quo fit, ut quatiatur, moueaturq́; unà cum spiritali instrumẽto, quoties illud spiritum mouet? Mouetur enim, cum mouet: An quia multus spiritus inter oscitandũ? Aures etiã intrinsecus subit, ut motio uel sensus percipi possit, quam trudit ad aures, maximeq́; post somnum. Strepitus autem, uel aer, uel aeris affectio est, igitur cum interiore remittitur, exteriori illi occurrẽti efficitur, ut motus interioris strepitus, motum exterioris retorqueat, atq; offuscet.

Par. 11 Primo Probleмate 26.

69 Propter quid nihil suæ generationis & corruptionis, ipsum potest esse sui causa? An quia præsistere oportet ei, quod mouetur, & generans ei, quod generatur, aliquod autem prius se ipso esse, impossibile est?

70 Propter quid mulierum corpora laxata sũt, & mollia, pilisq́;

carentia, & minora corporibus maritorum? Vtrum, quia fluxus menstrui excrementi? Nanqꝫ cum illo superfluitates, ex quibus pili nascuntur, ꝓfluunt, & ex quibus caro, & corporis affectus repleri possent, quare etiam corpora minora obtinent. Inde etiam profici scitur, ut earum uenæ latentiores sint, quàm in maribus.

71 Propter quid, dum aliquid horrendum cogitamus, terrore concutimur? Vtrum, quia cogitatio, & intelligentia rerum, uirtutem atque ualentiā obtinet? Nam, ut inquit Plato, Rationes utiqꝫ cum ĳs rebus, quas exprimunt, cogitationem quandam habere uident: Species siquidem calidi aut frigidi, aut rei delectabilis uel contristantis, talis existit, qualis natura rerum, sicut Philosophi protulit sententia. An quia ad comprehensionem alicuius horrendi, reuocatio caloris ad interiora consequit̄, quo fit, ut partes exteriores frigefiant, & tremore quatiantur.

In Libro De Motibus Animalium.

72 Propter quid mares in sua na-

tiuitate, primo caput emittunt, fœmina uero pedes? Vtrum, quia partes in maribus superiores, maiores sunt, in mulieribus autem, inferiores? Natura siquidem marium, calida est. Calidi uero est, superiora mouere. Quo fit, ut superiora in maribus, maiora sint. Mulierum uero, natura frigida. Et frigidum non ad inferiora tendit. Quo fit, ut inferiora mulierum, maiora & grauiora sint, & ideo grauãtibus magis partibus tendunt ad lucem.

73 Propter quid mulierum multitudo sub aliquo Duce, sine tumultu duci non potest? An quia natura earum instabilis est? Eadem siquidem ratione, Philosophus asseruit, Pastores capris nõ instituere ducem, quippe quia earum natura non stabilis, sed lubrica, atq; mobilis est. An quia mulier, natura garrula est, & maledicentior & mordacior, querula præterea, anxia, & magis desperans, quàm uir, atq; impudentior & mendacior.

Sexto De Natura Animalium, Ca. 19. *Nono De Natura Animalium, Cap. 2.*

74 Quamobrem raphanus digestioni aliarum rerũ maxime confert, cum tamen ipse indigestus remaneat? Vtrum quia substantia eius, ex difformibus partib9 constat? sunt nanq; in eo particulæ quædam tenues, quæ digerendis cibis sunt satis accõmodatæ, quibus resolutis, remanent particulę densæ, quæ actionem caloris digerentis subterfugiunt.

75 Quam ob causam campana sonãte, si baculo, aut clauo quiescentę tangatur, sępe frangitur? Vtrum quia tunc quidam tremulus motus in ea gignitur, quo fit, ut oẽs eius partes extra naturalem positionem constituantur, quem motum momẽto deperdere impossibile est, admoto igit̃ impedimento, particulæ extra proprium sitũ manenti, duorũ alterũ necesse est, contingat. Vel quòd motus momento dispereat, uel qd' pars illa cedat per sui fracturam. Primum autem fieri non potest, quapropter necessario aliud sequitur.

76 Propter qd ciconiæ, ante cibũ

uentrem comprimunt, post cibū uero soluunt? Vtrum quia sui stipatione infirmum stomachi orificiū claudunt, obturantq́? Quapropter ante cibū assumpta, uentris profluuiū coniungunt, stringuntq́, si uero post cibum occurrant, partes superiores uentris eadem stipatione comprimūt. Quo fit, ut partium superiorum compressione totus cibus extrudatur & profluat, idem etiam in consimilibus fructibus euenit.

77 Propter quid scindentes ligna, facilius scindunt secundum semitam longitudinis, quàm ex transuerso? An qa in ligno aliquæ particulæ oblongę intendunt, quemadmodū uilli in animalibus, quæ per directum progrediuntur, quo fit, ut in scissione ipsa una pars aliam sibi propinquam trahat.

78 Propter quid hasta percussa ex uno extremo, facilius peruenit sonus ad aurem alicuius, in alio extremo directe constituti, quàm ad aurem alterius, magis propinqui, hoc percusso à latere existentis?

Vtrum quia,ut dictũ est, in ligno meatus quidam oblongi sunt,per directum extensi, aere replentur, illi autem ex transuerso, aut à latere non progrediuntur. Quapropter percussa hasta, aut trabe in uno extremo, aer in p̃dictis meatibus latitans,recipit sonum. Cũ autem liberius exire nequeat sonus,facile defertur ad aurẽ,in alio extremo constitutam è directo, à latere autẽ meatus illi non progrediuntur, quare sonus ille, modo percipi nequit ita distincte.

79 Propter quam causam tempestate nostra,non sunt uiri in unaquaq; facultate celeberrimi? An quia,ut sapientibus uidetur: Natura hominum diminuta & imbecillis est? Et ut Solino uidetur, Corrupta successione,nostri proles temporis per nascentiũ detrimẽta? An quia à Principibus,uiri uirtute præditi paruipenduntur, uirtutis autem sublato præmio, nullus est,qui uirtutem amplectatur? An aliter respondebo,mundũ qualibet ętate p̃fectũ esse,nullũq;

esse momentum, quo hic, quæ ad sui decorē, perfectionē atq; integritatem attinent, careat? Non enim totius habitabilis terræ perfectio nobis ínotescit. An ita natura cōparatum est, ut semper posterius de suo tempore conqueratur?

80 Propter quid apud Principes, adulatorū plurimū ualet authoritas? Vtrū quia, ut Plutarchus retulit authoritate Platonis, seipsos diligunt? Nimius enim uero, & imoderatus sui ipsius amor adulatores admittit, illisq; cedere cogitur. An quia, ut nr̄a fert sententia, carent lumine mentis? Nam & in uolucrum & cœlestium genere, animalia sunt, quæ propter suæ naturę prauitates, fœtidis gaudēt, quorum etiam intuitum dies excæcat, nox illustrat.

81 Propter quid Philosophi nostrę tempestatis, magna ex parte sunt deprauatis moribus? Vtrū, quia uilipendio sunt Principibus? Aut ut ratio uidetur, quapropter philosophiā ipsam falsis criminatio-

nibus prosequuntur, credentes se talia præmia referre, quia philoso phię fuerunt obsecuti, quare à uirtute ad uitia deficere cōpellūtur? an forte quia errore ducti, credunt totā philosophię uestē sibi uēdicasse, arreptis quibusdam ab ea pan niculis? quare à nobis rectius sophistæ, quàm philosophi nuncupantur. Hercules, philosophorum interest, īfracto animo esse in utraque fortuna. Male quippe philosophātur, qui philosophiæ dediti sunt, ut à principibus honorentur, & eorum desiderium, non à natura dirigitur, sed errore, & impetu falsæ credulitatis impellitur.

82 Propter quid irati, in principio expallescunt, postea uero rubent? An quia ex appetitu uindictæ propter rem contristātem, calor & sanguis ad præcordia re uocatur, quare necesse est, partes exteriores pallescere. Vbi uero decreuerunt executioni mādare, quod appetunt, calor etiā sanguinis ad partes exteriores

ꝑgreditur, quare ab eis tunc maxime timendũ atq; cauendũ est.
83 Cur habentes raros dentes, & paucos, sunt breuioris uitæ? Vtrũ quia argumēto sunt, generationis primordia fuisse debilia? nanq; si informatiua uirtus constitisset, & materia fuisset obediens, talis raritas minime in dentibus appareret. An indicium est hoc, densum esse os capitis, quo cerebrum inualidum est, quare minus sit respirationibus opportunũ ita, quod celeriter putret, ut qđ sua natura humidum sit? Nam & cętera, cum non mouenť, atq; exhalant, facile corrumpuntur. Quo etiam fit, ut homo capite piloso maxime sit, et diutius quàm fœmina uiuit, sutu rarum sui capitis beneficio. An quia cibum male conterunt? Cibi ãt illa minutatim diuisio facit, ut calor facilius cõficiēdo expediat.
84 Cur serpētes pene & testib⁹ carent? Vtrũ qa cruribus carent, idcirco pene carēt, testibus uero, ob sui corporis longitudinem?
85 Cur serpens, præ cæteris eiusdē

generis animantibus, caput uertere aduersum, reliquo quiescente corpore, ualet? An quia insectorũ modo, structura uolubili constat, & uertebras cartilaginosas et flexibiles habeat? euenit igit̃ serpentibus necessario, hac de causa. Melius uero et ita uitare posint, quę ab auerso noceãt, cum enim prælõgo sunt corpore, & pedibus careant, inepti sunt ad conuertendũ tunc, dumq; cõtra ea, quæ à tergo incuruant, nihil enim utilitatis esset, si caput erigere quidẽ possent, iram agere nequirent.

86 Cur chamæleõ uarijs coloribꝰ immutatur, & multiformis efficitur? Vtrum quia, ut Philosopho uidetur, oĩum ouiparorum pedestrium tenuissimus est, quippe q omnium maxime inopia sanguinis rigeat? Causa ad mores animę eius referenda est, præ nimio nãq; metu multiformis efficitur. Metus enim est, restringere per inopiam sanguinis calorisq;. *De partibus Animalium Lib. 4. Ca 10.*

87 Quamobrem crura, femora, suræq; hominis, carnulenta sunt, cũ

cætera animalia, non modo uipe-
rea, uerum etiam quæ cruribus
constant, uacua carne hæc habe-
ant? neruosa enim, esculenta, spi-
nosa rigida. Vtrum quia homo
solus animalium, erectus incedit?
ut igitur facile sustinere superiora
posset, natura corpulentiam parti
superiori dempsit, inferiori addi-
ti. Itaq; nates, carnosas fecit, & fe
mora, & suras.

88 Propter quid animalia multũ
pinguia, cito senescunt, cito que
intereunt? utrum, quia parum san
guinis habent, cum copia sunt ab
sumpta ad pinguedinem: quæ au
tem parum sanguinis habent, hęc
ad interitum sunt opportuniora?
Interitus, quædam sanguinis in-
opia est quod que parum potest
affici tamen à frigore quolibet, tũ
à calore facile potest.

89 Propter quid solus animaliũ
homo, erectus incedit? utrum qa
natura calidissimus est? an quia
ut philosopho uidetur, eius natu-
ra, atq; substantia diuina est? Offi
ciũ diuini est, intelligere atq; sape

Secundo de partibus Comen.

rē, q̄ nō facile esset, si uasta corporis moles accederet. Pondus enī tardiorem reddit & mentē, & sensum cōmunem. *to 7. libro 4.*

90 Propter quid caro ossi contingua, suauior est gustui? utrum, qa per compensationem contrarij, recipit temperiem? natura siquidem carnis, calida & humida est, ossis uero, frigida & sicca est. Quare ex extremis contrarijs, mediū prouenire necesse est. *De partibus animaliū. ca. 8.*

91 Cur inter comedendum loqui uetitum est? Vtrum, quia ante gulam, per quam cibus & potus deuoratur, arteria posita est, ad quā spiritus ad pulmonem proficiscitur, hæc autem à cibo uel potu ingrediente infestatur? Attamen natura ad hoc molita est minorem linguam, siue lingulam, quæ arteriam opperiret, hæc autem aperitur, dum loquimur. Quare cibus in eam facile ingredi potest, quo fit, ut strangulationes, tusses facile imitent. An quia locutio, cibi debitā impedit cōtritionē? quo fit, ut cibus non congrue digeratur. *De partibus animaliū li. 3 ca. 3.*

92 Propter quid uinum aqua cõmiſtum, aliquo modo citius inebriat? Vtrum quia aqua, citius uinum diſcurrere facit? Eadem ſiquidẽ ratione muſtum, teſte Auicenna, citius inebriat, quàm uinum, quia pars aquæ ei cõmiſta, ipſum penetrare facit.

In primo Sẽ. Cap. 8. Auicẽna

93 Quam ob cauſam magnates, & in maximis dignitatibus conſtituti, plerunq; podagræ articulorum doloribus infeſtantur? Vtrũ quia diuerſis cibarijs, ad ſatietatẽ uentres ingurgitant? Atq; medicorum ſententia, Nihil deterius eſt, q̃ diuerſa cibaria ſimul aſſumere & poſtea magnã eius, quo comeditur, & bibitur, temporis morã in comedendo apponere. Audit enim, poſtremo adueniente cibo, primum iam aliquo modo eſſe confectum, quare citius cibationis particulæ cõformitates nõ retinentis, inde crudi & mali humores oriuntur, per articulos decernentes. An propter uini puri exuberationem, & ob ocium immoderatum, exercitiumq; in cõgruis tẽporibus

Sen. in 3. Capite de regimine.

temporibus factũ? An propter uenereũ usum intensum, qui uirtutẽ digestiuam maxime psternit? Hercules, his maxime timendum est, ut diuine Plotinus asseruit, ne extirpescant, & ut nobis uidetur, ne etiam bruta fiant, quandoquidẽ gulæ & uentri, pecudũ & stirpiũ more, obnoxij deditiq; sunt.

Galenus in 1. Aphorismorũ 28. Cõmento. Et Auicẽna in Sen. 74 trac. 4 capi. 1.

94 Cur subita morte occupãtur, qui nimia et immoderata crassitie sunt obsiti, & præsertim in prima ætate? Vtrum, quia uenæ eorum, sunt angustæ? quare à compressione pinguedinis obturantur, ut spiritus libere discernere non possit, quapropter calor innatus extinguit, cum etiam aeris refrigerationem non capiant. Vnde medicorũ sententia, maxime illis timẽdum est, ne uenæ rumpantur, aut calor naturalis suffocetur.

Galen. Prima particula. aphorismorũ Cõmento. Et Auicẽna in Sen. 74. tr. 4. ca. 1.

95 Propter qd in corporibus ual de pinguibus phlebotomia difficilis atq; suspecta est? Vtrũ, quia uenas exiles latentioresq; habẽt? An quia pingue quodlibet, exangue est, ut philosopho uidetur?

Quarto ãna

tura a-ni.c.9. Secundo de ꝑtibus animaliũ.c.7

96 Propter quid sit Aristotelis sẽtẽtia, sensibiles uirtutes in corde sunt constitutę, ex cerebri tamen posterioris læsiõe, memorię, ex anterioris uero, imaginatiuę ex medijs autem ĩposito, cogitatiuę, accidit deprauatio? Vtrũ quia cerebrũ à natura institutũ est, ut cordis calorẽ refrigeret? quo fit, ut diuẽsis sui ꝑtib⁹ diuersimode uirtutib⁹, organis ĩ corde existẽtib⁹ deseruiãt. Nõ.n. una & eadẽ mẽsura, caloris oĩs animę actus profluit.

97 Cur plerũq; contingit, ut filij, q non legitimo toro cõcipiuntur, solertiores, parentibusq́; magis similes progenerantur? Vtrũ quia uirtutes animę parentũ, ipso ĩ coitu sunt uehementer intentę? Tales enim maximo amorẽ se prosequũtur, quare cum eorũ affectus non distrahantur, neq; fœtus natura uariabit, idq́; maxime ueritatem cõtinet, ubi cum tranquillitate animi copulantur. Nam coeuntibus cum timore, & ira seu tristitia, plerunque filij dissimiles gignuntur.

98 Quam ob causam, cum mors natura contingat, hominibus, quàm cæteris animalib⁹ terribilior est? Vtrum quia natura hominis, ut philosophi fert sententia, non solum uiuendi, sed etiam bene uiuēdi rationem obtinuit. Solum quippe hominum genus, ex animantibus nobis cognitis, diuiuinitatis est particeps, cæteris autem animantium, sola uisus cura est. in quo, ut Plinius inquit, sponte naturæ benignitas sufficit, uno quidem uel cunctis præferenda bonis, quod de gloria, de pecunia, ambitione, superque morte non cogitant. Quare cum hominum genus, nobiliori uita priuetur, dum occidit, grauis & permolesta sibi præ cæteris mors est. An quia cætera animātia, circa præsentia uersantur, solus animaliū homo futura prospicit? *Secũdo de partib. an. c. 10* *naturalis Histo. c. 4*

99 Cur si mors natura euenit, ultimum terribilium esse censetur? Vtrū, ut philosopho uī, quia ultimū est, nec quicquàm bonū uel malū p̄terea

mortalibus uidetur esse? An quia insequimur naturam, quæ necessitatis est origo, non autem naturã formæ, & finis, à qua est boni ratio, quã cuncta appetunt? An forte illis ultimũ terribiliũ, mors est, quia ita uiuere instituerunt, ut se immortales esse cogitarent? An illos maxime terrore quatit, q prauis moribus uitam peregerunt? at qui uirtute uixerunt, illis quippe mors molesta nõ est, qđ etiã Poeta sensit.

La morte è fin d'una prigion oscura
Agli animi gẽtili, à gli altri è noia
C'hanno posto nel fango ogni lor cura:

An qui uiolentã, & immatura morte occupantur, maxime tristã tur? quippe qui senio confecti interierunt, sine dolore ferè, & terrore moriũtur. Senũ qppe natura est, sicut lucerna, extinctioni parata. Et, ut diuinus inquit Plato, inter omnia mortis genera, mors, quæ natura prouenit, leuissima, & cũ uoluptate potius, quàm cum dolo

lore contingit.

100 Quam ob causam, cum homo sit naturæ terminus aliorum comparatione, breui uita à natura donatus est? de quo etiam Poeta conqueritur,

Viuere cornices, multos dicuntur in annos,
Cur nos angusta cõditione sumus?

Vtrum quia nostris illis conditoribus, de nostro genere consultantibus, rerum caducarum perfectio, duratione temporis minime mensuratur? accidere enim in animatorũ corpora, multo quàm hominum, ratione præstantiora esse. Et ut philosopho datur cernere, præstat breui tempore lætari uehementer, quàm lõgo leuiter: An quia natura de possibilibus facit, quod melius est semper? quod fieri autẽ nõ potuit, ut humani corporis constitutio, & diuturnitati, & animæ operationibus conueniret. Nam sapientũ authoritate, aliud tẽperamentum requiritur, primo uitæ, & aliud primo, uitæ operibus. Vtrum diuturnioris, sed deterioris, an breuioris q-

De partibus animaliũ li. 4 ca. 9. et li. 2. de cœlo. textu. 34

dem uitæ, sed melioris efficerent, uisum fuit, ut diuinus inquit Plato, uitam breuem melioremq́, diuturniori & deteriori esse omnino anteponendam.

101 Quamobrem nudum & inermem natura primo genuit? An quia natura nihil irrationabiliter, neq; frustra? Cum autem homo prudentissimus sit, recte plurimis instrumentis uti potest. Manus autem, est non unum instrumentum, sed multa, est enim, ut ita loquar, *quare non bene sentiunt, ut philosophus asserit, qui inquiunt, hominem nobilem, sed deterrime omnium animalium constare, nudum enim atq; inermē creatum referunt. Cætera animalia tamen cōmune auxilium retinent, idq́ nullo pacto permutare possunt, at homo, pro sui arbitrio arma permutare potest. Manus enim, & ungula & cornu, & hasta et ensis et quiduis aliud, genus armorum est. Cum igitur homo, intellectu & manu à natura donatus sit, de sua nuditate, & condi-

tione conqueri non poteſt. An materiæ nobilitas, ex qua corpus humanũ fuit conſtitutum, cornibus, aut aliјs cõſimilibus inſtrumentis nõ erat idonea?

102 Quæſiuit dominatio ueſtra, propter quid uinum poſitum in uaſe conſtituto in aqua, ſalenitro, commiſta maxime refrigeſcit? Dixi cum aliјs, hoc fieri per antipariſtaſin, uiam, per quam contrarium à contrario intendi ſolet. Verum quia teſte philoſopho, ueritatis cauſa, philoſophorum intereſt, nedum aliorum, uerum etiam propria dicta emendare, ſicut mihi datur cernere, iſta ſolutio non ſatisfacit. Nam primo de genere, & corruptione, actio fit merito contrarietatis: Et Tertio Phyſicorum, & Nono Metaphyſicorum, omne quod agit, agit, inquantum eſt in actu, & non inquantum eſt in potentia. Et hoc eſt principium, per ſe notum, & ab omnibus conceſſum. Manifeſtum eſt autem, quòd ſalenitrum, non eſt actu calidum. Nã de ſenſibilib⁹ qualitatib⁹ rect⁹ iudex eſt, ſenſus tact⁹, à potentia aũt calida, quomodo antipariſtaſis prouenire poſſit, nõ uideo, ideo aliter dicendũ puto, qđ ſalenitrũ eſt a-

ctu frigidum,& aqua ibi cōmista,est uino frigidior. Magis autem frigidum, minus frigidum magis refrigerat. Medici causam asserunt, Salenitrum esse potentia calidum. Cōparatio est humani corporis nō absolute natura. Reubarbarū, bene hominē calefacit, sed equum frigefacit. Medicina enim est de humano corpore, ut de subiecto, & ad hoc non aduertebant.

103 Propter quid plerisq; hominū philosophia, uisa est res mirabilis & diuina? Vtrum, quia sicut corporis medicina ita, ut inquit lucidissim9 Themisti9, animæ philosophia perfectio est? An quia philosophiæ studium nostrū, erga Deū obseruantiā, pietatemq; multum adauget, & tanq; concalefacit? Nam cognitis his perfecteq; facit Deus, in admiratione, cōmēdationēq; sui, omniū aīos atq; corda conuertit, hanc autem admirationem propensa charitas, fides ac spes certissima consequūtur. An quia mirabiles quasdam, ut philosophus inquit, uoluptates sui certitudine & synceritate parit? An quia nos similes Deo reddit? An quia per eam, ut Senecæ sententia tulit, unus homo contrahitur liber?

104 Cur tyranni, literatos uiros odio ꝑsequunt? Vtrũ ꝑ morũ disparitatẽ? eniuero ita Fortuna tulit, ut semper ab improbis moribus lacessita iniurijs sapiẽtia fuerit. An quia uerentur, ne seditionẽ in ciuitatibus sua doctrina aut authoritate moliantur? An quia literis culti, sæpe eos suggillare, & mores eorũ taxare consueuerunt? Nã, ut inquit Plato, Poetę quippe uim maximã, inter utranq; partẽ habẽt, et ad laudandũ & uituperãdũ. Quare unusquisq;, cui fama curę est, maxime sibi cauere dr̃, ne poeticũ hoĩem ĩfensum habeat. Quod maxime Minois exilio cõfirmat, quippe qui cũ Homeri & Hesiodi authoritate laudatissimus fuerit, cuiusdã tm̃ Poetæ odio, fama apud hoĩes increbuit, ipsum rudẽ, durũq; hominẽ extitisse. Et an, quia tyrãni plus se uirtute ꝑditos diuitijs superare credũt, q̃ ipsi ab illis, literis, doctrina sæpe superantur? proinde euenit, ut aĩa, quæ mutuam quandam cõpensationẽ, diuinarũ literarũq; paritatẽ expostulat, coniungi ac conciliari non possit.

FINIS.

ALEXANDRI APRHODISEI, SVper nonnullis Physicis Dubitationibus Solutionum liber, Angelo Politiano Interprete.

Problematum alia, suapte natura credibilia sunt, & nota, omnisq; ambiguitatis & quaestionis expertia. Quis enim quaeso, mentis compos dubitet, cur uolatilibus pennas natura sit elargita? Quiuis enim prudens dixerit, fomenti gratia, quasi uestimentis primo circundata: tum ob speciem, quemadmodum gressilibus quoque animantibus dati sunt uilli, serpentibus cortices, squāmae aquatilibus aut testae, uelut ijs, quae testacea nuncupantur. Cur praeterea alijs quidem cornua, alijs autē aculeos, alijs acutos ungues aut rostra, aut eiuscemodi quippiam tribuerit? Haec enim omnia, uelut agnatis quibusdam hastilibus, quo se ipsa ab iniuria tuerentur, armauit Cumq; omnes natura fructus, omniaq; semina, tum ad generandum, tum ad genus excipiendum fabricata forent, corticibus ea, aut corporibus quibusdam mollibus, aut lignum aut cutē imitantibus communiuit, & quasi intra scriniolum occuluit, ut rigoris aut caloris, aut animantium etiā quorundam iniuriam deuitarent. In plerisque autem ne ipsum quidem inuolucrum reliquit inutsle, sed idoneum cibatui parauit. Plantas uero ipsas frondibus, cortice, caeterisq; similibus, pinnarū uillorūq; uicem cō uestiuit, ut quas praeuiderat, immo dico frigore aut aestu offendi posse, labefactari, quin & earum quasdā etiam spinis quasi spiculis armauit, quibus animātiū

iniuriam propulsarent. Florumq; *uarietate partim ad speciem,atq; ornatum coronauit,partim uti uice præconum instantem fructum paritudinem præmonstrarent.* Igitur *qui nota hæc dilucidaq; sibi postulant explicari,sunt proculdubio mente capti. Qui autem ambigunt, an sit igni insitus calor,ij tangendi non habent sensum,qui dubitant utrum natura ac prouida ratio consulat ijs rebus quæ oriuntur,et occidūt, quiq; ordinem,motum,positum,ductum,colores,cæteraq; his similia non credunt,supplicio digni sunt.* Hæc *itaq; suapte natura nota sunt.* Alia *rursus inexplicabilia penitus, soli cognita* Deo*, scilicet illorum essentiæ authori.* Nam *artifex, qui sit opus aliquod solertius machinatus,omnis illius actuū tenet causas. Qui uero eius operis sit imperitus, causas quoq; ipsas penitus ignorat.* Inexplicabiles *autē quæstiones huiuscemodi sunt,cur quibus alæ,aut plantæ,aut latera titillantur,rident, cur'ue nonnullis,cum marmora atteruntur,aut secantur,cum stridet ferrum, aut limatur,ipso confestim auditu dentes obtorpescunt.* Cūr *dētium stuporem,qui è frigidis pomis proueniat,portulaca tamen,quæ & ipsa frigida est,sanat.* Neq; *sunt cōtrariorum contraria medicamenta,sed similia. Aut cur* Magnetis *lapis ferrum tantum attrahit, de'que eius scobe uiuificatur,succinum uero tantum folia arida ac festucas aggregat,eisq; adglutinatur.* Et *leo solum gallinaceum pauet.* Villaris *autem gallina edito ouo,festucis undequaq; corpus purificat.* Conturni-

des ueratro, quod toxicum homini, uescuntur, Sturni cicada. Ascamonia flauam bilem trahit, Colocyntha uero & Agaricum, et album Veratrum, Epholbioq́;, & Coccus Cnidius pituitã, nigrũ autẽ Veratrũ et Epithymũ, nigrã bilẽ. Quibusdã uero sedatur uẽter iis q̃ ppurgãt: cõtra uero ijs q̃ sedant, perpurgatur. Tũ alio alius cibatu magis delectatur, eũq; facilius cõcoquit. Quis autẽ ignorat marinam torpedinẽ, uel per ipsam lineam torporem in corpus adigere? Mulum autem si manu contineatur, contra torpedinem ualere? Infinita deniq; huiuscemodi enumerare possim, quæ sola experientia cognoscuntur, Quapropter & à medicis Proprietates arcanæ appellantur. Quod enim de horũ proprietate affertur, arcanum propemodũ est ad causam afferendam. Praue enim quidam solutiones horum proponunt quàm plurimas, quæ inutiles penitus, improbabilesq́; sunt. Dicunt enim purgatoria, quæ calidissima sunt, humores trahere, quod proculdubio falsum est. Oporteret enim quodcunq; esset calidum, idem & purgatorium esse. Nunc autem piper, cum sit calidum, non trahit, sed concoquit, solidatq́;. Eodemq́; modo & mastiche & Aloe. Dicimus itaq; non reciprocari sermonem. Nam si quocunq; aluus ducatur, id habitum quidem calidum, uim autem uacuefaciendi habet, non continuo tamen, quicquid est calidum, uim quoq; habet ducendæ alui. Dicunt autem & struthocamelum ferrum concoquere, non proprietate quidẽ aliqua, sed caliditatẽ, quod profecto absurdum. Leo

nanq; qui hoc animanti calidior est, ferrum tamen non coquit. Neq; *uero apud medicos tantum proprietates quædam sunt, sed apud philosophos, item ac grammaticos, ut ea quæ* πάθη, *hoc est affectus appellantur, usibus adnotata. Quocirca de iis duntaxat quærendum, q̃ medium quendã locũ obtinent, neq; ad cognoscẽdum ancipitia sunt, & sub explicationem cadere possunt. Quæ enim falsa dicuntur, ea sunt omnibus nota, quæ ueritatem præ se ferunt, horum nota sunt alia & conspicua, alia obscura & inexplicabilia, partim uero mediæ cuiusdam sunt naturæ, quorum nunc expositionem aggredimur.* Omne *autem problema, aut ex habitu ipso soluendum, aut ex coagmentatione, aut ex actione, aut è consensu erga aliquod simile, aut è colore, aut per sensus deceptionem, aut p nominis participatũ, aut qua eius rei uires magis minus ue agãt, aut quã durius quicq; rarius ue sit, aut maius, aut minus, aut à tpe, & ætate, et cõsuetudine, aut essentiæ rõne, aut ex accidenti, aut similium rerũ conditione, qualia quæ in problematis dicuntur.* Inuẽnies *igitur si has tibi præponas formulas, quacunq; de re ambigatur, uocare in disputationem poßis. Quoniã uero haud iis tantummodo acquiescendum est, quæ ad uniuersum feruntur, sed tanquàm manu ducendus, qui eruditur, age iam solutiones ipsas aggrediamur.*

PROBLEMA I.

Cur Homer⁹ hoĩes à canitie tẽporũ πο λιοκροτάφους appellauit? Qm̃ plurimũ ĩde cani ĩcipiũt: quia priora capitis, humiditatis,pituitatisq́ plus habẽt,q̃ posteriora.

2 Cur tm̃ priora capitis caluescũt? quia mollia laxaq́ sunt. Cũ igit̃ capillus ob naturalẽ siccitatẽ careat alimẽto, facile ĳs ptibus defluit: haud.n.facile hęret, uelut in occipitio,qppe quod & sicci⁹ sit & conspissatius.

3 Caluitiũ aũt à siccitate ortum habet: Hic fit,ut q crispo sunt capillo,qđ sicci⁹ caput habeãt,citi⁹ caluescãt, seri⁹ canescãt,siccitate cõsumẽte excremẽta pituitatis. Sũt et uigiles p̃ter cęteros. Sõn⁹.n. ex hũiditate orit̃. Argumẽto sũt ĩfantes hũidi pariter sõniculosi atq; excremẽtosi. Et hũidi affect⁹ & ebriosi,et q crebri⁹ lauant̃,minus quoq; excernũt p meat⁹, ut p nares,p os,p oculos. Qui ṽo molliore sunt capillo, ut qbus est humidũ caput,eis cõtra euenit. Rarius enim aut nunquam caluescunt. Sed & uitio generis caluitium accidit: ut & podagra, & alĳ quidam affectus cognatione generis excipiuntur. Citius autem canescũt,

somnolentiq́ sunt, atq; excrementosi. Cani aute albi: imitantur. n. pituitæ colorẽ, unde ipsi ortũ habẽt. Sunt interdũ propemodũ aureoli, cũ uitellina bilis pituitæ sit imista.

4 Cur senes excremẽtosi & uigiles? Excrementosi quidẽ sunt, quoniã ętate frigidiores, ĩbecillioresq́ cum sint, minus cõcoquunt, multaq́ ꝑ meatus excremẽta contrahunt. Cũ uero solidis ipsis corporibus sicci sint, uigiles quoq; ob idipsum sunt. Infantes. n. & foraminũ cõtextu, & solidis ipsis corporibus humidi sunt.

5 Cur pueri, q & humidi natura sunt, & excrementosi, canos tñ minime producunt? quoniã humidi calidiq́ sunt. Pituita aũt humida est ac frigida: sinciput quoq; habẽt quasi cuteũ & rarum, quo superflua excernant. Id ætate durescit, fitq́ osseũ, & densescit. Vnde & suturas ei natura postmodũ tribuit, per quas superuacui uapores afflarentur. Solutio ex habitu & coagmentatione corporis.

6 Cur fœminæ ac spadones ocyus canescunt? fœminæ quidem, quod & natura sunt frigidæ, & minus exercẽtur, pluraq́ ob id excrementa contrahunt: ac

tum præcipue, cum earum iam menſes quieuerint. Spadones uero, q̄ ſemē iam non edunt: ſed excrementū, quo ſemen gigni debuit, per uniuerſum corp⁹, unà cum ſanguine diffundunt. Id autem pituitatis naturā habet.

7 Cur pilis carent? fœminæ quidem, q̄a frigidæ ſunt, denſosq́ habent corporis meatus: frigus enim condēſat. Hinc fit, ut qua pili erumpant, uia nulla ſit. Spadones autem, quia & humidi ſunt, et ſupra modum excrementoſi. Hac enim ratione fit, ne locis humidiorib⁹ herbę pullulent: neq́ item ſiccis & lapidoſis, ut q̄ caluitium imitentur.

8 Cur ſpadonibus ut plurimū pedes diſtorquentur? quoniā ob eam, de qua diximus, ſuperuacaneā humiditatē partes corporis uuidas mollesq́ habent, atq́ ob id ĩbecilles: quapropter cū toti⁹ corporis onus crura nō ferāt, torquent̄: ut ſi pondus arūdini inĳcias, flectat̄. Nā q͛d durum ſiccumq́ eſt, idē & ualidum eſt & actioni renititur: quod autem humidum ac molle, id actioni reſiſter̄ nequit: eſt enim imbecillum. Argumento ſunt & ligna, & coria & uimina, atq́ itē homines. Balneis enim & poculis debili-

tantur, uictus norma modice deficcantur, ualidioresq́ ad agendum euadunt. Quo efficit, ut spadones muliebres quodāmodo sint, atq; imbecilli: similiterq́ uinolenti, ut quibus pituitatis plurimū insit. Nam cum frigidi sint, contrarium inducere affectant. Vinū autem suapte natura calidum est. Aethiopes uero, utpote naturę siccioris, capillo sūt crispo, macilenti, musculosi, ualidi ad opus.

9 Sed cur uoce acuta sunt? Rursus enim humiditatis copia implens asperam arteriam, eam coarctat: hinc spiritus p an gustum means, uocis acuitatem efficit per latum, ut in uiris granditatem. Argumento esse possunt foramina tibiarū. Abundare autem illos humiditate manifestum est, q leues sunt, quodq́ ijs in muliebrem modum māmæ increscunt, palpebrasq́ habent turgidiores, suntq́ tenui capillo, & incano.

10 Cur nonnulli spadones rem Venereā modo aliquo affectant, atq; interdum amant? quia multis circa pubertatē exe-cti testes, confracti'ue fuerant, suntq; uelut imperfecti spadones: quidā uero calidiori sunt iecore, ac seminalia uasa magna habent. Imaginātur itaq; usum, qđ

uero cupiunt, minime peragunt. Verenda. n. ipsa marcent. Nã qui ea inflat spiritus, perpetuo defecit. Is à semine ort9, per seminales meatus, ĳs de partibus ferebatur, quæ circa lũbos sunt. At in pueris seminales meatus occæcati.

11 Quare cum tres humores simplices uniformesq́; sint: non tamen tres uniformes ægritudines, simplicesq́; progenerant, sed plures. Duplices enim in unoquoque accidunt perpetuæ scilicet, & intercisæ. Quia non ex ipsis tantũ humoribus morborum differentiæ proueniunt, sed & à locis. Calidus enim & tenuis humor, acutam, breuem, atq; ardentem gignit febrim: frigidus autem & crassus obtusam & longam. Sic & lignorum quæ quidẽ sunt calida, et aridissima, ueluti tedæ & lauri, ingentẽ excitant flãmã, citiusq́; exuruntur: uiridia uero & humida humilẽ & fumidũ ignẽ edunt, seriusq́; exuruntur. Rursus si locus quidem ipse spatiosus sit, atq; amplus, citius ac maxime accẽdit humorẽ: quoniã cum simul sic coaceruatus, unà omnis penitus putrefactus accendit. Si uero tenuis sit & angustus, cum uniuersum minime capiat humorẽ, sed parti-

cula tim, qa non simul oĩs sit, putrescat: febrim quidem exilẽ excitabit, sed quæ diutius ardeat. Admisce igitur humoris naturam, ac locum, omnemq́ earũ febrium differentiam inuenies, quæ ex humorum putrefactione proueniant. Si enim in magnis conceptaculis, ut in uenis puta, & in arterijs, flaua bilis putrescat, cum calida sit, ardentissimam, acutam & breuem accẽdet febrim: qualis est qui Ardor appellatur. At si in paruis uenis & arterijs quæ circa autem sunt, putrescat pituita frigida, languidam & diuturnam efficiet febrim, ut quam quotidianam dicunt. Prẹterea extrema quoq; ipsa ꝑmutantur. Quod si ĩ puis cõceptaculis flaua putruerit bilis, febrim faciet minorẽ, breuẽq́, sed longiorẽ tamen aliquanto, q̃ est ardor, ut tertianam, aut simpliciter acutã. At si ĩ magnis cõceptaculis pituita putruerit, breuiorẽ aliquanto faciet, q̃ est quotidiana. Similiter & nigra bilis, si in magnis putrescat uenis, quoniam uno tẽpore uniuersa quodãmodo exuritur, breuẽ faciet febrim, ꝑ quartos: si autẽ ĩ paruis, diuturniorẽ quartanã. Concurrunt enĩ frigidus humor & crassus, & alte-

rationi minime idoneus, atq; angustus locus, qui uniuersam simul bilem exuri consumiq́; non sinit.

12 Cur nonnullis, ubi pudore afficiuntur, sudant alæ? quia maxime raris sunt meatibus. Natura autem auocans ab eo sese, quod sit honore aut reuerentia dignū, modice unà cum sanguine maximas in uenas, arteriasq; fugit, eaq́; repletæ destillant. At gaudentibus euenit, quoniā remittitur, rarescitq́; corpus, maxime uero alæ.

13 Cur timentes pallent? quoniā natura nostra, eaq́; uis, cui corpus est curę, nihil ab externis pati uult. Atq; ut nos intra domos cōfugimus, ita et ipsa securitatis satagens, in corporis intima, quoad eius fieri potest, se conijcit. Atqui & sanguinem, quē pro cibo uehiculoq; habet, eū scilicet quo optimus sit, secum trahit. Is autem est sanguis, qui roseo cutem, purpureoq́; colore inficit.

14 Sed cur ijdem tremunt? quoniā animalis uirtus consensu naturę neruos destituit, quos prius seruabat, ij uero corporis ptes tremoris expertes ferūt. Hic fit, ut & uenter ijs soluatur, & mingant de improuiso. Nā qui musculi excremē-

torum meatus obstruunt,nunc imbecilles facti,superuacanea remittunt.

15 Cur quos pudet,rubent?quia natura sua sponte,conscientia quadã quod honore sit dignũ reuerita,q̃si nobilis puella,modice sese in corporis intima cõtrahit. Mouetur autẽ unà secum sanguis, ac funditur. Vnde ẽt,cutis sanguinis colore inficitur. Alij sanguinẽ à natura obtendi,quasi uelamen dicunt:queẽamodũ & nos à natura uelut admoniti manũ faciei prætendimus.

16 Cur nonnulli metu extincti?quoniã fugiẽs supra modũ naturalis uirt?, seq; in corpus intimũ unà cũ sanguine recipiens,insitũ uiuificũq; calorem eũ qui propter cor gignit, confestim suffocat, atq; extinguit:quare & corruptionẽ inducit.Hac enim ipsa ratione & oleũ, cũ plurimũ, ac subito in lucernæ flammã inditur,eam extinguit:habet autem sanguis,qui est in corde, proportionem ad lucernæ flammam. Quosdam & immodicus dolor ratione eadem exanimauit. Resoluitur enim in siti caloris internus motus,ut operculo obtectus ignis extinguitur.

17 Cur multi uiolentia exanimati? qa

rurſum uini copia naturalẽ uiuificamq́ uirtutẽ caliditate ſuffocat. Præcipue uero hoc ijs accidit, qui inſitum calorẽ exiguũ, atq; imbecillũ poſſident. Quod enim & plurimũ eſt, et ualidũ, reniti magis põt, ſpatioq́; tẽporis copiã coquit: quẽadmodũ & flãmę copia maiorẽ quoque olei infuſionẽ tolerat.

18 Cur ſenes tremunt? quia rurſum naturalium uirtutum nerui, ac particularum muſculi, cum ſufficientem motiuã uirtutem minime capiant, haud quaq; pariter ad tolerandum corporis onus annituntur. Fit autem tremor, quoniã corpori pondus particulã deorſum trahit, animalis autẽ uirtus ſurſum: hoc cũ & fiat, ſucceſſione, & cõtinenter, tremorẽ ciet: hic ẽt cernui ĩgrediũt, atq; ad humũ uergũt, quorſũ eos natura detrudit: hinc & bacillorum adminiculo pro tigillis ſuſtẽtant, obq́; hãc ipſã uirtutũ ĩbecillitatẽ ſtercus de improuiſo, urinamq́; deijciunt.

19 Cur piper et ſinapi ĩtegra ſi deuores, uentrẽ minime excalefaciunt: ſi trita, excalefaciũt? quia quæ uirtute tantum, nõ autẽ & actu ſuas habẽt qualitates, aliquo extrinſecus ĩdigẽt adiumẽto ut uir-

tutē in actum producant. Ipsa igitur tritura attenuata,atq; in intimū corpus ꝑ meatus penetrātia,tū à sua insita caliditate cōmota,agunt hoc pacto. Eadēq; ratio est & cæterarū qualitatū. Sunt aūt ex ijs,q̄ per qualitatē agunt, nōnulla,q̄ actu ipso qualitatē habēt, ut aqua potabilis,ptisana,lac. Humida.n. & frigida sunt,neq; ullo extrinsecus indigēt ministerio ad refrigerandū,atq; humectādū: sed statim ꝓpereq; agūt. Similiter et sal, & terra,et eiusmodi:siccę.n.sunt naturę & uirtute & aspectu,et actu. Mare.n.et salsugo,& uiua aqua humida sunt, & imaginatiōe,& aspectu, sicca aūt & uirtute,et actu. Lini ṽo semē,et panis,sicca imaginatione,& aspectu, humida uero sunt uirtute & actu.

20 Cur nōnulli noctu nihil uidēt, die uidēt? qm̄ uidēdi spūm crassiorē habēt, neq; q̄a aera pertransire usq; ad uisibile possit,noctu ṽo crassescit,qm̄ solis absentia refrigeratur. Vel (ut alij dicunt) quoniā interdiu à tenui calidoq; aere attenuatur,noctu uero densat. In fele autē,& hyęna & noctua contra accidit. Interdiu enim nihil cernunt: noctu exacte cernunt. Habent enim uidēdi uirtutem

tenuiſſimã,maximeq́ perſpicuam: quæ cũ noctu modice craſſeſcat,ſuſcipiendo obiectui idonea fit,ĩterdiu autem,atque in claro lumine uehemẽter attenuata reſoluitur,atq; diſpergitur. Vnde & leones,qui eiuſmodi ferè ſunt,per ſolem ingredi nequeunt, & ignem interdiu cernentes fugiunt. Eſt & eorum uidere pupulam uehementer ſplendidã, habẽtq́ humida oculorũ maxime perſpicua.

21 Cur repentinũ, uehemensq́ gaudiũ nonnunquã exanimat? quia uitalis uirtus,& inſitus calor cum ĩmodice extrinſecus fertur,egeritur,atq; reſoluitur: unde & ſudant,& rubẽt,quoniã ſãguis adeſt. Inſitus.n.calor, atq; ipſe ignis, tum caliditate, tũ q loco ſuo demigrat, ſurſum uerſus mouetur, rurſum uero pabuli appetitu deorſum. Vtrolibet autem horum motuum pereunte,ipſe corrumpitur.

22 Cur dolentes,& amãtes, & iraſcentes ſuſpirant admodum, & frequenter? quoniã dolentium anima ad ipſam doloris cãm conuerſa eſt: cupiẽtium,ad id quod cupiunt: iraſcentiũ,ad id quod irã ijs concitat. Igit̃ intẽta anima ad id quo mouetur,negligit; & quodãmodo obli-

uiſcitur

uiſcitur motiuã pectoris muſculis uirtutẽ p̃bere. Cor itaq; ipſum, neq; pectoris dilatatione aerem accipiens, ideoq; neq; per flatũ, atq; refrigeratum, neque itẽ contractione excernentes ſingultifica excremẽta, quæ de ſanguinis exuſtione gignũtur, dum ſuffocationẽ metuit, animã cogit, atq; admonet, ut q̃ plurimum muſculis motũ prębeat, maioreq; inſpirationẽ atq; expirationẽ efficiat, ut maiorem quoq; uim frigidi aeris accipiat, maioremq; uim excrementorum effutiat, ut ꝙ exiguæ crebręq; reſpirationes facturæ fuerant, idem maior una efficiat. Vnde & Gręcum nomen ſuſpirio ex ãguſtia pectoris priſci dederũt. ſuſpirant autem diutius, & frequenter, q̃m ĩ id ſemper quo mouetur, cõuerſa eſt. Natura aũt cogit eã, ut aliquando plus motiuæ uirtutis muſculis pectoris per cor ĩmittat: quod autẽ in pectore reſpiratio idẽ in corpore perſpiratio eſt, quæ per arterias fit. Similis autẽ eſt ĩſpirationi dilatatio, expirationi autẽ contractio. Sub pulſus ỽo nomine, dilatatio cõtractioq; comprehenditur.

23 Cur iſitiũ difficile concoquitur? quoniã leuitate ſua humido pabulo intra al

uum innatat, idq́; p mediã:neq; ſeſe ad eius corpus applicat, qua applicatione cõcoctio fit. Tũ circa gulã redundat, cu ius officiũ appetitus eſt, non coctio. Extra uero corpus, ſi in aquã indatur, innatat, neq; demergitur: quia dum carnes i teruntur, leuem concipit ſpiritum, corpus in altum expuit, humidisq́; innare cogit: hinc & lentus eſt quoniam ſprit9 eſt particeps.

24 Cur anteq̃ balneum ingrediamur, calidũ mingimus: cum diutius i balneo ſuperſedim9, frigidũ? Fit hoc nimirum, quaſi ad alterius cuiuſpiã cõparationẽ. Emiſſa.n. urina tepidæ qualitatis eſt, ac modice calida. Extra igitur balneũ, quoniam frigidum eſt corpus noſtrum, quę urina emiſſa eſt, uelut ad corporis cõparationẽ, calida eſt. In calido autem, q̃m multo magis corpus, q̃ urina calefit, frigida urina uidetur, quamuis aliquo modo calida ſit: uerumq́; id eſſe uel ex eo apparet. Ei enim qui balneum ĩgreditur ut calfiat, ſi calidum ſoliũ ingreditur, q̃ calida eſt aqua, admodum feruida uidetur: ſi autem iã excalfactus ĩgrediatur, non itidem ei feruida uidetur.

25 Cur loca maritima fodientes, dulcẽ

aquam inuenimus?Nimirum qm̃ in ma ri,quę tenuior sit aqua dulcis est,q̃ crassior,salsa:tenuis igitur aqua p terrę meatus influens,in ipsa oculitur terra, quã deinde fodientes inuenimus.Dulcis est autem, quoniam per brumam in aera tollitur. Crassa uero aqua exiccata emundataq́ꝫ fit sal. At in littoribus quæ meatus laxiores habeant,salsa ĩuenitur aqua.Excolatur enim eo etiam crassior maris aqua.

26 Cur putealis aqua per brumã calida,p æstatem frigida est?qm̃ quicqꝫ sem per contrarium ut inimicũ fugit. Frigidum uero,& contrariũ calido esse,& ipsum corrumpere,manifesto apparet.Igitur qm̃ calor per æstatem aera occuparit,fugit frigus in intimam terram, atqꝫ ob id aquã frigefacit. Per brumã uero, quoniam frigus in aere plus pollet, rursus calor in intimum defugit,aquamq́ꝫ excalfacit.Contraria enim eodem in loco ac tempore simul manere, contra naturæ legem est,

27 Cur breui statura homines proceris ut plurimum sunt prudentiores?qm̃ cõstipata atqꝫ compacta illis est anima in uniuerso corpore,proceris uero in lõgi-

tudinē distenta resoluitur. Quapropter Homerus Vlyssem breuē ac prudentē: Aiacem uero, procerum ac stolidiorem describit.

28 Cur minus prudentes, cū ingrediūtur, sese ueluti suspendūt? quia ut inualidus gubernator haud in rectū nauim agit, ita marcidior anima corpus.

29 Cur stolidorum ꝗplurimi, prudentes gignūt liberos ac robustos? quia stolidiores in coitu uoluptati magnopere succūbentes, animā habent corpori magnopere īmersam. Quo efficitur, ut eorꝝ semen ꝗplurimæ uirtutis, tum rationalis, tum naturalis particeps, prudentiores, q nascant̄, efficiat. Prudentiorib⁹ autē, atq; ijs pręsertim, qui sunt eruditi, secus omnino accidit. Prudentiæ.n.uis, aliquid eorꝝ semper, uel ī re ipsa Veneria reputans, q̄ sint extrinsecus necessaria, ideoq; suspēsior, efficit ut quod semē defluit, ꝗplurima careat naturali uirtute. Hinc soluendum, cur stolidi atq; ineruditi liberos gignant corpore robustos, eruditi contra imbecillos.

30 Cur ferarū stercus haud ita male olet? quia sicciori, minimeq; superuacaneo utunt̄ nutrimēto, maximeq; exercē

tur. Quin & Dorcadũ, & aliorũ quorũ dam animalũ stercus, uelut aromatum quodãmodo imitetur odorẽ. Hominis igitur stercus pessime omniũ olet: quòd iĳ & uario, & humido uescũtur nutrimẽ to: idq́; etiã supra satiem, & intempestiue, & cũ minime indigent. Tum minus exercentur, minusq́; q̃ cætera animantia caloris habẽt. Quare cũ neq; planè concoquatur, neq; ob copiã perfletur, sed ueluti cõmarceat, mali est odoris.
31 Cur sinapi, cęteraq́; id gen⁹ acria cuti imposita ulcerãt: deglutita uero, aluũ iã non ulcerant? quia prius demutantur ea, & concoquuntur, q̃ agant. Præterea resoluitur à (credo) nimia corporis humiditate. Item cum supra cutẽ ponuntur, tẽporis ad agendũ plus habent: quoniã eo conspissatior est, estq́; præterea ĩbecilla. At quod intimũ est, & laxiores meatus habet, & ualidius est.
32 Cur qui dolẽt, quiq́; gaudẽt, ridẽtes lachrymãt? qui quidem dolẽt, meatuũ qui sunt in oculis, spissitudine eorũ exprimunt humiditatẽ, qui autẽ gaudẽt, raritate meatuũ humidũ effundũt. Quibusdã uero in oculis, iĳs q angustiores meatus habent, in neutro lachryma ex-

primitur.

33 Cur hordeacea farina, cũ ſit frigida, reſoluit pituitates? ſiquidẽ omne frigidũ condenſat, ac reſolutionem ĩpedit? Equidẽ puto non quia refrigeret, ideo reſoluere, ſed qa eĳciat: uim enim eĳciendi, atq; humores diuidẽdi poſſidet. Sũtq; plurimæ eiuſmodi ſpẽs ſibi ipſis contraria agentes: nõ illę qdem prima ratione, & ſe ſe ipſis, ac p̃cipue, ſed ſecunda, & ex accidenti: ut apium, quod quidem eſt calidum, febrim diminuit. Non qua id quidẽ calidũ eſt, ſimile.n. ſimilia auget: ſed qua ex uenis eĳcit morbiferos humores, uimq; habet ꝓuocãdę urinę. Itemq; iris, & hyſſopus lateris morbo, q̃ pleuritis dicitur, cõferũt: q̃uis.n. calida ſint, tñ eos humores incidunt, qui pituitatẽ intra eam mẽbranulam gignũt, qua coſtæ ſubcinguntur. Et aqua calida circũfuſa rigorẽ ſoluit, qui tetanus dr̃, quiq; ex lentis frigidisq; humoribus generaẽ. Soluit aũt non proprie, ſed ex accidenti ꝑ medium aliquod, hoc eſt per inſidentẽ caliditatem. Si igitur ſua ſponte nullius medĳ interuentu agant, proprie dicuntur, primaq; ratione agere. ſi medĳ agãt interuentu, non autem ſeſe ipſis, ex acci-

denti tum agere, perq; secundam rationem dicuntur.

34 Cur mingentibus accidit, ut & flatũ edant? qm̃ cum uesica urinæ plena est, turget, premitq; et coarctat directum intestinũ. Dũ itaq; exinanitur, incluso intestinis spritui exeundi occasionem præbet. Quidã uero consensum quendam harum inter se particularũ esse ad deiectionem arbitrantur.

35 Cur, qui oscitantẽ uideant, & ipsi oscitãt? quia natura animantiũ, maximeque rõne carentium, similitudinum quẽdam consensum, itẽq; affectum habet. Atq; ita fit, ut meiente asello cæteri item meiant, cum sint urina repleti.

36 Cur lippus sanũ lippitudine afficit? sanus uero lippũ haud quaquã sanitate afficit? quia oculi humecti sunt et molles, atq; affectib⁹ expositi. Tũ quia sanitas ex habitudine modica, uitiũ ex ĩmodica accidit. Quod igit̃ modicũ est, facilius ab ĩmodico mutat̃ ac ꝟtitur, quam cõtra. Ergo & lippitudo, quæ ĩmodica quædam habitudo est, facile sanitatem utpote modicam demutat. Fit autem mutatio naturali corporum inter se cõsensu.

37 Cur numiſma, & pomū in aqua ma iora, quam ſint, uideri ſolēt? quia affuſa iis aqua, concolor fit, aſpectūque decipit, quaſi maiora ſint. Tali.n. ratione & ſol & luna, & quæ Erraticæ ſtellæ dicuntur, cū iuxta ortus aut occaſus limitem ſpectā tur, ampliori corpore uidentur. Sua enī qualitate circunfuſum ſibi aerem afficiunt.
38 Cur triangula procul cernentibus rotunda putantur? quia cū aſpectus procul angulos uidere nequeat, utpote acutos, eos ignorat, quibus ob aſpectus deceptionem ſubductis rotunda putātur. Idem in remo accidit, qui ſub aqua perfractus apparet.
39 Cur ligno procul uapulante, ictū cōtinuo uidemus, ſonū ſerius exaudim⁹, quāuis unà cum ictu & ſonus fiat? quoniā uiſum ſubtiliorē auditu, acutioremque habemus. Ictū igitur uiſus, utpote acutior, anticipat. Auditus autē, ut qui craſſior eſt, ſonū tardius cōſequitur. Hac ipſa ratione ſoluendū eſt, quod in nubiū inter ſe conflictu brumę tēpore, ubi ictus oritur eius, quē tonitrū dicimus, eiusque ignitio, quam fulgetram uocamus, ut in iis quæ pyrecbola, hoc eſt igniuoma dicūtur,

prius fulgetrã cernim⁹,atq; ita postmodũ tonitrus exaudimus:licet cõflictu ipso prior tonitrus,posterior fulgetra,aut unà saltẽ ambo oriãtur:& hic igitur uisus,utpote subtilior auditum præuertitur, atque ita fulgetrã prius uidemus. Tum & auditus tonitrum sentit, ut qui crassior, atque ad consequendum tardior est.

40 Cur fit,ut cũ nuda facie reliquo amicto corpore simus, in maximo tñ frigore reliquũ quidẽ corporis rigeamus, faciẽ minime? Cõsuetudine, assueuit.n. facies aeri tolerando. Maxime uero nos cõsuetudo aduersus omnis affectus cõmunit.

41 Cur flaua bilis,quę p uniuersum uitæ tẽpus ea tunica, quæ bilis uesica dr̃ continetur,cuiusq; corpus maxime affectibus expositũ est,minime ipsam corrodit,at si uel ad exiguũ tẽporis,in dẽtẽ, cui⁹ est corpus ad patiendũ minime aptum,ingruerit,statim eũ exesum reddit? quoniã ita est à natura institutũ, ut eo tantũ in corpore inhabitet, ideoq; minime ipsum lædit. Magnũ enim remediũ contra dolorẽ naturæ nomẽ est. Milleq; alia possim tibi exempla afferre. Decem

in matrice mẽses infans ꝑmanet, nullũ ponderis sensum ꝑgnãti præbens. Spiritus autẽ leuis in eum incidens, dolorem continuo acutũ citat, qui & tensionem, & itolerabile efficit põdus. Aspera arteria unius est spũs receptaculum, in eam si unica, aut potiũcula deerret, suffocationẽ aut uehemẽtẽ efficit tussim. Id nisi natura ipsa præfinisset, haud quaquã fieri uel ad minimum posset.

42 Cur nõnulli cũ balneum sitientes itrant, absq; siti exeũt: nõnullis ꝟo cõtra accidit? Sicciores quidẽ balneo uuescũt, statimq; sedant. sitis.n. siccitate prouenit, præsertim si non penitus à siccitate resoluãtur. At qui iuuidiores sunt, minimeq; sitibundi, si diutius imorẽtur sub calido pręsertim aere, atq; intra aridã cõtignationẽ, resoluta per sudores humiditate, sitibundi efficiuntur.

43 Cur ridicula comesa, aliĳ fœtidũ eructant, aliĳ minime? quoꝝ quidem aluus ac stomachꝰ, superuacaneis malisq; humoribꝰ, ĳsq; ad pituitatẽ uergentibus minime exuberat, eoꝝ purus est ructꝰ, atquibꝰ exuberat, fœtidus. Radicula.n. calida est, humorũq; crassitudinem incidit, atq; attenuat. Ex humoribus aũt spi

ritus excitat, eosq́ per ructũ effutit. Sic & cœnũ quiescens, nihil olet: motum ue ro, & conturbatũ, grauem halitũ efflat. Qui uero radiculã ipsam grauis naturę, ac fœtidę qualitatis esse autumant, qm̃ ea cũ extra corpus sit, diutiusq́ seruet, grauiter olet, proculdubio fallũtur: om nes. n. qui ea uescerentur, grauem ructũ edere oportet.

44 Cur in maximis rigorib⁹ digiti ac summa corporis nigrescũt, et decidunt? qm̃ extremũ frigus abigit, atq; retrudit insitum calorẽ sub intimum corpus: atque ita summa corporis liuescũt quidẽ primo, tũ nigrescũt, & quodãmodo cadauerantur. Decidunt autem, qm̃ natura reliquo intenta corpori agglutinat si bi, quod sanum inest: quod ꝟo iã perijt, dimittit à sese, atq; extrudit. Summa autẽ, ꝑcipue afficiunt. quod neq; admodũ carnosa, & minus calida sunt. Nã et stirpium eę pręcipue folioꝝ defluuium bru ma patiũtur, q̃ minus calida natura sũt atq; ob id ĩbecilliores, atq; rariores. Qui uero dicunt statim à principio insitũ ca lorẽ à frigore quasi ab aduersario fugiẽtem, in intimũ corpus peruadere, tum se se colligentẽ, & quasi instaurantem, ceu

resumptis uirib⁹, in eas rursus particulas, magna repẽte copia, auxilio accurrere: atq; ita, uel qa repente, uel qa maxima caloris ui, eodẽ remigrãt, sũma corporis exurere, qa in his residens magis congregetur, ĳ proculdubio falsum autumant.

45 Cur q summa corporis rigẽtia igni admouẽt, ut calefaciãt, uehementer dolent? repentina uidelicet q̃litatis mutatione. Plurimũ.n.frigus, in plurimũ calorẽ demutant: quicquid enim ĩmodice, repenteq; fit, mala uidelicet habitudine, id naturę cruciatũ affert. Quicquid autẽ bona habitudine, & modo, & secundũ naturã repente ĩmutatur, id naturã magnopere delectat: consistit autem maxime in habitudinis modo humanum corpus, multoq; magis, q̃ cæterorum animantium.

46 Cur qui piper, aut magnũ panẽ comederunt, singultiunt? Est uero ꝓportio & cũ ĳs quæ extrinsecus aut ingrauãt, aut dolorẽ incutiunt. Piper enĩ flauaq; bilis proportionem cum spinis habẽt, pituita autẽ & panis cũ grauissimo lapide. Qui aluũ minime excremẽtosam, sensibilẽ calidamq; sunt nacti, ĳ ocyssi-

me piperis acrimonia mordicantur, stomachũ excitant, ad id quo dolẽt, excernendũ, ac persequendũ, atq; ita quẽ singultũ dicimus effutiunt: qui uero frigidiorẽ nacti sunt stomachum, maiorẽq; in eopitu i tatis uim habent, minusq; sẽtiũt, ĳ tardius singultiunt. Idẽq; ĳs accidit, qui magnũ repente panem deuorarint. Panis.n. copia ac magnitudine degrauantur. Neq;.n. suas partes cessare natura patitur, ubi quicquã adsit, quod se lædat. Piper igitur qualitate acri id efficit, secundũ proportionẽ pungentis intrinsecus bilis. Panis autẽ, quãtitate põderis uelut & pituitæ copia, ĩtrinsecus degrauans, singultũ efficit.

47 Cur qui in unguib9 affect9 existũt, uehementer cruciant? quoniã nerui, qui per digitos tenduntur, peculiaribus excrementis, ungues gignũt: queadmodũ et dentes in gingiuis fiunt. Cũ itaq; sensibilis neruo℞ uirtus in extrema ꝑgreditur, inq; ĳs collecta, ueluti in conuallem profluens aqua congregatur, atque coprosior existit, proculdubio quo magis affectum sentit, magis etiam cruciatur.

48 Cur deuorato repente magno pane,

rejectio spūs singultum resoluit? qm̄ sto machum p̄mens, atq; in angustum adurgens, id agit, ut & qui i eo cibus cōsti patus sit, exprimatur in uentrē, atq; ita exoneratus singulum sistat.

49 Cur deuorato pane singultiētes, ubi qd triste audiunt, nō singultiunt? qm̄ in id animam intendunt, quod tristitiā afferat: quo efficitur, ut mouendo pectori minus sit itenta. Rursum igitur, cum non erumpat spiritus, uerum copiosior cogatur, singultum sistit, ut & ante didicimus.

50 Cur imagines propè quidē, planos colores, procul aūt stātibus, partim cōcauos partim deuexos ostēdunt? qm̄ uidendi uis in longo interuallo extendit, atq; resoluitur, quo fit ut intima colorū exacte planeq; non cernat: sed cādidos qdem colores deuexos, nigros aūt concauos uideat. Candidum.n. cū sese splēdido admouit, extrinsecus splendescit: nigrū uero, utpote tenebrosum, intrinsecus. Artiū uero alię materiā trāsformāt, ut cum statuarius ęneum equū, aut bouē, aut aliud eiusmodi animal fundens, aut cudens hominē fingit, aut aliud qppiam, mutata scilicet de specie in speciē

materia æris. Aliȩ additione agunt, ut ce ræ, aut lutifictor. Aliæ demptione, ut q sculpendo animal fabricantur. Aliæ coagmentatione & insertiõe & glutinatione, ut in domo, ut in nauigio ędificando, in tela, in fabrili opere. Aliȩ habitudinis alteratione fiunt, & per profundum quodãmodo: quẽadmodum natura è semine animantia pcreat. Aliæ habitudinis simul alteratione, & adictione corporis, quẽadmodũ natura particulas enutriẽdo auget. Aliȩ ṽo mistione colorꝝ, et corporum adiectione, ut pictura.

51 Cur si frigida aqua neruis inimica, calida amica nõ est, imo uero & ipsa inimica? Si.n. tale quippiam noxium, cõtrarium porrò utile est. Cõtraria.n. in idipsum eodem mõ agere nequeunt. Prima igitur ratione, ac per se calidum, qua est calidũ, infestum neruis simpliciter non est, sed qua calidum & humidũ est. Qui autẽ neruos habẽt lęsos, eorũ nerui, qa plurimum sensus habent, multę intensionis, multęq; astrictionis indigent, sunt enim suapte natura sicci. Humiditas autẽ, utpote contraria, emollit, remittitque ipsos, ac putrefacit. Calidũ uero ipsũ suapte natura minime noxiũ esse pa-

teſ. Calidi enim olei utilis hauſtus, q͞a aſtrictionis quoq; uim continet.

52 Cur ſi poma nocent, q͞m frigida ſint atq; humida, aqua tamen, quæ eiuſdem ſit habitudinis, minime nocet? quia ſub tilior eſt aqua pomis, citiusq́; excernit: quo fit ut non adeo lædat, imo uero cor poris particulas modice intendit.

53 Cur quæ difficilē habent concoctionē, craſſoq́; ſunt humore, multo facili⁹ concoquuntur, ut bubulę carnes, q̃ quę & faciliori ſunt coctione, & minus craſ ſo humore, ut ſaxatiles piſces? quidam id conſuetudini tribuunt, nōnulli habitum quendā naturalem, atq; arcanum, neq; explicabilē in cā eſſe putant. Quidā uero imodica alui caliditate, quæ cōcoctibiliora ſint, q̃ par eſt, utpote mutabiliora, ſumma incendij ui concremari dicunt, atq; corrumpi, quæ autem concoctioni minime idonea ſint, utpote difficilia mutatu, cū non admodū mutē tur, concoqui tantū. Sic enim & paleæ, ut quæ ſuſcipiendis affectibus aptiores ſunt plurimo igni in cinerē abeunt. At quernis lignis non itē accidit, ut quæ ri te comburantur.

54 Cur dolentiū ſuperficies palleſcit?

quia natura(ut diximus) ad intimũ cor
pus unà cũ sanguine penetrat. Sanguis
autem is est, qui ipsam calefacere su-
perficiẽ ac rarefacere sit solitus.
55 Cur in Aegypto, quæ calidissima est
regio, frigidũ uinũ gignitur? Eadẽ ratio-
ne. Rursus enim ad uitiũ radices defu-
git frigus, easq́ frigefacit. Sunt.n. uites
multo quàm cęterę stirpes suscipiendis affe
ctibus aptiores.
56 Cur calida aqua puteo indita, frigi-
dissimã reddit aquã? quoniã quod in pu
teo frigus est, calidæ repugnat. Cũq́ eã
frigoris abũdãtia superet, calorẽ ipsum
omni copia persequitur. Atq; ita multa
cũ frigiditate per calefacientẽ aquã ĩfluit,
eãq́ hoc pacto admodũ refrigerat.
57 Cur ubi exiguũ animal in oculos in
uolat, statim altero clauso oculo extru-
ditur? quia uidendi spiritus iã per occlu
sum oculum exire non potest, ut iam di
dicimus: sed collectus in sese, magnaq́
in apertũ oculũ copia cõtẽdẽs, ĩplet ip-
sum, & tumefacit, & quasi extrinsecus pro
mit, atq; ita pellit, extruditurq́ insectũ.
58 Cur colaphis acti ignẽ cernũt? quia
uidẽdi spiritus ictu attenuatus magnope
re ignescit: atq; ĩ aera egressus talis cerni

tur,qualis iã euasit.Idẽ euenit,cum duos simul lapides,aut cũ ferrum ferro atteras.Interceptus.n.aer magnopere attenuatur,atq; ignis fit.Idem quoq; ĩ nubibus accidit.

59 Cur nõ oĩm attritu lapidũ ignis excudit? qa pleriq; cedẽtes nimiũ sunt, nimiũq; leues,& laxis meatibus.Neq;.n. pariter pcussus aer attenuatur: qppe q neq; uehemẽter ob leuitatẽ percutitur,et fugit,receditq; intra meatus.Nõ ergo pariter totus percutitur ,atq; ignescit.Idẽ & lignorum euenit attritu. At uero à sole atq; aqua ignis creatur, qm̃ infracti ad uitrũ solis radij,uelut etiam in speculis euenit,magis ignescũt,rursumq; ad supera reflectuntur.

60 Cur prurientes feruida gaudẽt? qm̃ pituita,cuius crassitudine ac frigiditate pruritus oritur, cutis sensum obtundit.

61 Cur ijdem balneis gaudent? quia color pituitam fundit, eamq; ungues resoluunt.

62 Cur magis humeri pruriunt? qm̃ anticis partibus frigidiores sunt,ideo que plus habent pituitæ. Quo fit,ut senes, qui frigidiores sunt,pruritu magis affi-

ciantur.

63 Cur facilior scalarum descēsus, q̄ ascensus est? qm̄ in descensu, corporis pōdus deorsum uersus suapte ui fertur, & quodāmodo descendentem adiuuat. In ascensu ūo laborat uis corporis pōdus sursum uersus attollens. Sic. n. & lapis facilius deorsum, q̄ sursum fertur. Qđ enim graue est, deorsum fertur.

64 Cur infantes, ut primū edunt, flent? quia sensus eorū atq; natura ueluti peregrinatur. Nā è calido, molliq; ipsius matricis corpore ī aera frigidū exeunt. Fortasse tamen & à lumine exterrentur, nō (ut quidā aiunt) qđ anima cœlestiū regionū extorris, terrenū corpus inhabitet, atq; ideo flere infantes cogantur.

65 Cur apes, & formicę, & muscæ, omniaq; insecta oleo pereūt? quia respiracula angusta habent. Oleū uero, utpote lentū, eorū respiracula obstruit, atq; ob id pereunt. Idem & serpentib⁹, & ijs cōtigit, quæ mali odoris sunt.

66 Cur flantes calida refrigeram⁹, frigida calfacim⁹? qm̄ respiratio calida fit, exiens aūt spūs eorū qualitatē resoluit. Calida uero refrigeram⁹, quod eorū calidā q̄litatem mouem⁹, ac resoluimus.

67 Cur quæ carnes noctu sub plenilunio fuerint, putrescũt? qm̃ tunc aer calidus ab eo, atq; humidus fit, q̃ habitudo ad putrefaciendũ maxime facit: unde efficitur, ut si modicus sit calor atq; humor, cõcoctio fiat: si ĩmodicus, extĩctio: si calor p̃ualuerit, exustio. Luna quoq; q̃tuor nacta habit⁹ ur. Media enim, humida & calida quodãmodo ẽ. Plena, calida quodãmodo, & sicca. Quo tẽpore desinit, sicca & frigida. Cũ luminis oĩno est expers, frigida est, & sicca: est. n. et solis expers radioꝝ, qui tũc calidi sunt.

68 Cur dolore affecti pallent? quia rursum natura eius, q̃d sese angit reminiscens, paulatim ad intima defugit unà cũ sanguine eo, qui cutẽ depingat: min⁹ tamen in ĳs, q̃ in metuentibus euenit.

69 Cur gaudẽtes rubẽt? q̃a natura spõte sua delectãti sese occurrit, qui extrinsecus fit, ut nos amico liberisq́; solem⁹. Eã uero & sanguis affectatur: is qui (ut supra diximus) cutẽ suo colore roseam reddit. Pallor autẽ à contrario accidit.

70 Cur in sopore nocturno, cũ subito oculos aperimus, lucẽ uidem⁹? quia uidendi spiritus collectus inter dormiendũ atq; adactus, repẽtinus, plurimusq́;

ꝑ tenebras erũpit,cũq; ipse sit lucidus, instar luminis cernit.
71 Cur uerẽtes,oculos deijciunt? quia animi speculũ sunt oculi. Nã & animi affectus ꝑ oculos cernimus, ut dolorẽ, iram,pudorem:quoniã uero nõ sustinet animus contra id, quod sit honore di gnũ,intueri cõscientia quadã, iõ aliquã diu oculorum musculos demitti cogit, idq; uelut sese operiens efficit.
72 Cur auris oẽ humidum tolerat,excepta aqua? quoniã cum frigida sit, ad audiendi neruũ continuo fertur. Frigidũ uero omne neruis ĩfensum.Rursum,
Cur antequã uehemens excitetur uẽtus,quædã ueluti stellę excurrẽtes eum ꝑmõstrãt,aut q̃si fulgetrę, maxime que per sudũ? nimirum quia cœperat quidẽ prius moueri:nobis autem,qui & crassa,& duri sensus corpora nacti sumus, nõdũ manifestus apparet. Supernũ igiť aera,utpote magis tenuẽ,magisq; æthereũ perflans,in ignem conuertit,atq; ita eius partes scintillãtes uidem⁹: uehemẽtior aũt deinceps uirtus crassiorem hũc aera,qui sit circa terrã,mouet, atque ita sentitur.
73 Cur q̃ uẽtus angusta loca inflat, ue-

hementior est, quam quae laxatur, quia colligens se se unum in locum, tendit in seipso, fitque maior increscitque, & uehementior euadit. In locis autem latioribus explicatur, atque dispergit, fitque languidior imbecilliorque. Hoc idem in calore accidit, in qualitatibus, & in aquis.

64 Cur aliqui longinqua, quamlibet magna, minime uidentes: propinqua tamen, quamlibet minutissima cernunt: quos & myopas, hoc est luscinos, uocant, quia conniuentes uideant? Equidem arbitror, uidendi spiritum tenuem iis esse, ac purum: qui cum procul abeat, resoluatur, neque obiecta attingere possit. Vix autem propinqua cernit propter tenuitatem ac puritatem. Sunt & qui minutissima procul cernunt, & senes quidam. Hi igitur contra, quia uidendi spiritum crassum, eundemque multum nacti sunt, necesse habent, ut is per longiusculam quodammodo uiam moueatur, eoque pacto attenuetur, atque ad uisibilia suscipienda idoneus fiat. Sic ergo duo inter se opposita soluuntur.

75 Cur praeter omnia animantia, soli canes post coitum uinciuntur? quia angustos habet meatus collum matricis, coles autem in re uenerea inflatur, neque statim exit tum quia se

men glutinosum est, utraq; enim ĳs ni mia siccitate accidũt. Siccum enim cogit, coartatq́; particulas, atq; humida condensat.

76 Cur soli canes per æstatem rabie laborant? Propter siccę habitudinis præceptionem, natura.n. sicci sunt, magis que in æstib⁹. Excalfactæ igitur eorũ humiditates, atq; exiccatæ inflammant̃, tũ uniuersa eorũ habitudo, eoq́; pacto insaniunt uelut phrenetici: unde & eorum saliua ueneni est instar, atq; siccissima. Inflãmari aũt constat uel frequenti anhelitu, uel igneis oculis, uel oris hiatu, quẽ ad protrahendũ aera apertũ semper habent: uel quòd eorũ cauda ob siccitatem incuruat̃, atq; macrescit. rabidi ũo fiunt præcipue, qui siccissimi sunt. Sunt & q caniculę sydus influxu quodã suo rabiẽ ĳs afferre dicant.

77 Cur qui repente, atq; inuiti execantur minus cruciantur, q̃ qui per electionẽ execantur? qm̃ qui de improuiso, ĳ aliò conuersum habent animũ, sensusq́; omnes inęqualiter suscipientem. At qui per electionẽ, ĳ cum sciant quid passuri sint, animũ semper in ipsum quod icidi tur corpus, intentũ habẽt: quare cũ sen-

ſum æqualiter ſuſcipiant, magis in ipſa ſectione crucianẽ. Solutio quęſtionis, à conſenſu qua magis.

78 Cur qui onera baiulãt, cãtantes ambulant, eodẽq; qui trahunt? quia modulatione rõnalis anima oblectaẽ, quo fit, ut in eã cõuerſa, min⁹ ipſum ſenſum ſuſcipiat: uñ efficitur, ut nõ tantopere on⁹ ipſum ſentiat. Hac rõne ſolue, cur in funeribus tibię ac tympana adhibentur: cur ad dolentes aut lugẽtes aut ægrotã tes, mos obtinuit, ut hominum conueniat multitudo, diuerſosq; inferant ſermones: uergẽs enim ad uerba animus, calamitates minus ſentit. Quapropter et ſcenica oblectamenta, uariaq; eius genera ab antiquis excogitata ſunt, ut animi diſtraherentur.

79 Cur Aethiopes febricitantes ut plurimũ extinguuntur, & lippientes ulceranẽ? calidiſſimi ſunt atq; ſicciſſimi, & qſi elementoꝝ quędã ĳs reſolutio accidit: & quod humidi exiguũ ĳs ineſt, cõſumptũ atq; corruptũ efficit, ut & cætera elementa reſoluantur. Fugit.n.calor cibi penuria. Exurgit frigus, caloris abſentia. Regnat et ſiccitas humiditatis interiẽ. Atq; ob idipſum cadauera, frigida ſiccaq;

ſiccaq́ſunt. Vnde & diuinus Homerus haud ignarus duo quidē elementa effugere, utpote tenuia & leuiſſima, duo ỽo in extinctis corporib. ꝑmanere, ait: Sed uos ô cuncti, tellus fiatis & unda: ſiccitatē ille nimirū ac frgiditatē ītelligit. Vlcerantur aūt in lippitudinibus eoꝝ oculi qm̄ ſanguis, ex inflāmatione fit biliosus, multaq́ acredine oculos per fluctū corrodit.

80 Cur in conuiuijs cōtra rationē poculis utantur: incipientes. n. exiguis, expleti magnis poculis bibunt. Videtur id ꝓculdubio ridiculū, ſed neq; prꝫter rōnē tamen fit. Vt enim frequentius ad menſam poſſint ꝑpetuoq́ bibere, incipiunt quidē à paruis poculis, deſinunt aūt in maioribus. Parua. n. pocula non tā que unt ex ſatiare, q̄ abundantior potus. Si igitur à maioribus incipiāt frequēter id facere, ut i ijs delicijs aſſolet, nō pñt. Natura prꝫterea ipſa immenſis illis, capaciſſimisq; poculis, ueluti re quapiā peregrina turbatur, ſeq; ab his auertit. Paruis autē paulatim aſſueſcens, copiā quoque ipſam poſtmodum feret.

81 Cur qui aqua intercute laborant, cū pleni aqua ſint ſitiunt ſemper: qm̄ & ip

sum eis humidũ salsum fit: quippe qđ minime pmeet, sed putrescat, atq; os al ui exiccet. Quin et febriculas tenues ha bent. Præter hęc autẽ, quanto uenter tu- midior fit, tanto reliquũ corpus, cũ mi- nime sua ratione nutriatur, sicci⁹ euadit, unde etiã macrescit. Plurimũ enim nu- trimentũ in aquam abit, ipsumq; adau- get morbum.

82 Cur in conuiuijs, prisquã cibũ capia mus, ac repleamur, anguste accũbimus: post repletionẽ uero, atq; ante conuiuij finẽ laxamur, neq; iã urgemur? quoniã cũ à principio uehementem ciboꝝ apeti tum accũbentes habeant, in ea quæ in- tus, hoc est, in mensa sunt, concurrunt si mul uniuersi atq; repẽte. Post cibi ꝟo sa tietatẽ, alius deorsum uergit, alius in ob liquũ, alius item mõ quouis alio sedet, neq; supra modũ in ea, q̃ intus sunt uer gunt. Atq; hoc pacto, ubi expleti cibo sumus, relaxamur. Præter hoc autem, et quia omnes à principio, cũ comedunt, in pectus, atq; in latitudinẽ corporis cu bant, euenit, ut anguste accumbamus.

83 Cur quocunq; loco pilos habemus, cani gignuntur præterquã in axillis? qa is locus calidus est, arterijs. n. scatet &

uenis,tũ rarus,atq; ob id pituitatis excrementa perpetuo excernens: hinc fit, ut perpetuo sudet.

84 Cur si pituita frigida est,& crassa et lenta, similiterq́ nigra bilis, frigida & crassa: sed multo,q̃ pituita minor: quartana tñ diuturnior est,q̃ quotidiana? qa pituita tametsi frigida, copiosir est, humida tamẽ est: humidum uero facillime alteratur, atq; ĩmutatur. Nigra uero bilis, frigida & sicca: quo efficitur, ut difficillime alteretur, aut ĩmutetẽ. Decipiunt itaq; ipsa similitudine frigiditatis, & bilis redundantia, reliquã uero contrariã qualitatẽ occultãt. Prẹter hẹc pituita magis naturẹ cõsentanea est,q̃ nigra. Vnde & cũ quis sanus fame extinguitur, natura pituitã ipsam in nutrimentum uertit. In febri igitur quotidiana, quicquid utilis pituitæ offendit, id omne in nutrimentũ consumit. Quod autẽ inutile est, putrescens febrim accendit.

95 Quare cũ quatuor sint homores, q interdũ putrescunt, tres tantum febres, non aũt quatuor existunt? quia sanguis secundũ naturã est et nutrimentũ corporis. Is exuberãs repletionẽ tm̃ facit: corruptus autẽ non iam sanguis remanet,

mutatur.n.excalfactus in flauam bilē.
Reliqui igitur humores exundātes quidē,morbos pariunt,maximeq; circa cutē:ut serpētia ulcera,& cācros,duplexq; gen⁹ uitiliginis,alphos uidelicet, et leucas,putrefacti autem,febres.

86 Cur si in duobus aduersis parietib⁹ geminę sint è regione fenestrę, quas uehementior perflet uentus:altera tm̄ clausa, iā per alteram non intrat uehemens ille,& plurim⁹ uent⁹ q spiret,uelut utraque aperta accidebat?quia aer qui mouetur,hoc est uentus,corpus est:altera igitur clausa,qui p alteram intrat aer,locū domus replet.Cūq; corpus sit,non iam reliquū aera,qui corpus quoq; sit,ingredi sinit.At si fenestra referetur, qui locū occuparat,exitū nactus,locum ingrediendi & alteri dat,idēq; rursus per obiectā fenestrā erūpens,alium altera ingredi sinit,idq; continenter fit.clausa uero aduersa fenestra,nō iā id ampli⁹ accidit,

87 Cur amantiū extremę partes,modo frigidę sunt,modo calidę?qm̄ ubi dolore affecti sunt erga amicā, eaq; se desperant potituros,insitus calor unà cū natura in intima penetrat:quo fit ut extremę partes frigescāt, obq; idipsum et pal

lent, & triſtes euadunt. Contra uero cũ aut bona ſpe ab amica ſunt affecti, aut cũ uehemẽter iraſcuntur, tũ innatus calor ad cutẽ ꝟgit unà cũ natura, fiũtq́ calidiores, & rubicundiores. Obq́ hãc ipſam cãm pictores amorẽ nunc triſtẽ pingunt, & quieſcentẽ: nunc uolantẽ, & ridẽtẽ, puerũ uero mutabilẽ, qa Cupido uehemens quidẽ eſt non tamen diuturna, & perpetua. Diſpoſitio. n. perpetua eſt, ut ĩ legitimis amicis, aut ĩ patre erga filiũ, aut in uxore erga uirũ. Amor autẽ non perpetuus eſt, ut plurimum. n. circa ignotos accidit. Diſpoſitio quoq; modica ſtabiliſq́ eſt. Amor autẽ uehemẽs, & inſanienti ſimilis. Facẽ ꝟo habere fingunt, atq; eſſe pinnatum: quia amantiũ animi ſuſpenſi tolluntur, ſuntq́ mutabiles, ceu uolucres. Tũ cordi inſitus calor ſemper ijs exardeſcit, inceſſabili uidelicet, uehementiq́ cura erga id quod cupiunt. Tenet autem dextra gladiũ, ſiniſtra autem pharetram, & q̃ plurimas ſagittas: qm̃ à prĩcipio quidem ex uno oculorum radio amor oritur: unà enim & uidit, & cupit: ut uero primũ cupit, perpetuos emittit amans radios in id, quod à ſe cupitur. Is autẽ radius, ſagittę

similitndinē habet, quod eum amans iñ corpus iaculatur. Sunt uero intra pharetrā sagittę: quoniā occultos emittant radios, qui amant. Vt autē uentus ignem, sic consuetudo amorē accendit, non.n. proprie ex ipsa amor oritur. Si enī hoc esset, proculdubio oporteret ex consuetudine semper amorē gigni. Amoris aūt ortus repentinus est. Est uero nudus, qa absq; medio desiderium id, manifestoq; euenit. Neq;.n. per alterū quippiā amat quisquā, sed neq; clā, neq; quā ignorat. Quapropter & statuarij honoris gratia nudos interdū, deos regesq; effingūt: ut qui indicare uelint, ad apertū illud uirtutis eorū, ac mentis, extra omne clancularīū uitiū existere. Nō est unus amor, sed plures: seu quia diuersi rerū sunt amatores: aliter.n. atq; aliter amāt, quemadmodū & diuinus Plato ait, amorē multorū capitū belluā esse, seu qa sub multos, ut idē ait, amores idē cadit, matrē uero hēt Venerē, hoc est cupiditatē. Veneris.n. simulachro cupiditatem effingūt. Fertur item amor Erinnyn furiam amasse: uidelicet quia multi inique amarunt, impijsq; sunt cupiditatibus affecti, quēadmodū & à me ipso in secūdo Allego

riarũ libro ostensum est, quē in cōfictas de Dijs historias composui.

88 Cur in pestilētia alij pereūt, alij mini me: hoc nimirū ex habitudinis conuenientia accidit. Nā siquis malis humorib. plenū corpus sit nactus, ei profecto ispirans is aer, qui sit putredinis effector, et quod exiguū utilis humoris insit, facile corrūpit. Quo fit ut corrupto ijs humore uniuerso, & insanabiles affect⁹, & q̃ plurimi exoriantur, eoq́ pacto occidāt. Quod si neq́ multa quis habeat excrementa, & bonis abundet humoribus: is aut nihil, aut parū oīno à pestilenti aere offenditur. Attrahi uero ab ea, quā diximus, cōuenientia, id quod agendi sit cā, uel externę materies ostendūt. Quercus enī haud quaquā affectib⁹ idoneæ, neq́ eiusmodi sunt, quæ facile ignē comprehendant. Multo aūt magis idoneę arundines sunt, magisq́ igni excipiendo expositę: sed et stuppa multo ijs magis. At siqs madidā capiat stuppā, uiridesq́ arūdines: quercū u͂o aridissimā eligat, uł eā sulphure spargat: quod minime idoneū erat cōprehēdēdis ignibus, id maxime idoneū reddiderit, si igni admouaet Hoc itē exēplo, & quęstionē aliā solue-

re potes, qua rõne eueniat, ut lassitudo diurnã potius febrim gignat, ꝙ aut eã, quæ ex putredine fit, aut eã quæ habitu alis dicitur. Dicimus. n. euenire id ex dispositionis pceptione. Habebat enĩ naturales spũs, humoresq́; minime superuacuos. Solida uero oĩa siccissima sunt, & causa ĩ ea incurrit. Et cur solis ardor alijs somnũ excitat, alijs non item. Qm̃, cui multa in capite pituita inerat, ea effusa caput humescit, at ĩde sopitur. Qui aũt sicco sit capite, cũ magis id magisq́; exiccet, peruigilio afficitur.

89 Cur sol nigrũ quidem hĩem, linum uero cãdidũ reddit, cerãq́; emollit, linũ duratq́; propter dispositionem rursum patientis materię. Humores. n. omnes, excepta pituita, cũ sunt pręter modum excalfacti, circa ipsam cutem nigri apparent. Linũ uero, aut nitro aut salsugine infectum, cũ sol eius sordes absumat, albescit. Rursum uero, cũ ex eadem cera humiditatẽ eliciat, quę in eius intimo sit, euenit ut emolliat. At uero in limo, oẽm sol humiditatẽ, quæ & plurima sit, & in ipsa superficie redundet, depascitur, atque ita eũ desiccat, durũq́; efficit. Si ergo circa id quod patitur, & agens ỹtitur,

magno nobis usui esse potest. Si. n. pietate aīum armemus, corpus ciboꝝ modestia exornemus: uita aūt nō possidente, sed ijs contenta, quæ sint uictui opportuna, nosmetipsos stabiliamꝰ: tū oēs uitæ molestias, quoad fieri possit, euitabimus, neq; nos agenti malo idoneos præbebimus, ut id qđ patitur, agat quicq;, siquis uidelicet est, aut dęmō, aut stella, aut alia quępiā extrinsecus causa.

90 Cur icterici difficile deijciūt; & deiectio ijs alba est? quia flaua bilis toto eorū corpore diffusa est, quod & oculi indicant, & cutis color: neq; ad intestina iā cōfluit, ut prima naturę lex exigit, atque ita stercus nō colorat: neq; sua acredine deiectiuā intestinoꝝ uirtutē irritat ad euacuādū stercꝰ, ꝓpterq; idipsum medicina, q̃ ut artes cæteræ naturā imitať, ubi in ęgritudinis periculo corpus uersať, ægrotanti uirtuti auxiliatrix adest. Nā quia stercus deijcitur, bile iritante, adq; eius expulsionē intestina prouocāte, & musculos: ipsum uero stercus molle, lubricūq; est, ob lētos illos humores, q̃ in intestinis sunt, eiq; adiacēt: merito etiā clyster ꝓ bile mel habet, qđ eijciēdi uim habet, itē nitrū, quod & uim habet

eijciendi,& inteſtina ac muſculos ad ex pulſionẽ citat: hydreleũ uero, hoc eſt oleum aqua dilutũ, ad humectandũ emolliendũq́; ſtercus, quod ſit à febri deſiccatum. Scire autẽ oportet, nunc ſua ſponte naturã, ac ſine medici ope agere, ut in ægritudinũ iudicijs, ut in cõcoctionibus. Eſt.n. tunc medicus, uelut ſpectator quidã, & arbiter, & iudex duorum aduerſariorũ, morbi & naturę. Nũc uero per ſolũ agit medicũ, ut in articulorum iniectione. Nunc uero per medicũ ſimul agitur, & naturã, ut in ſordidis concauisq́; ulceribus. Medicus enim ſordibus ulcus perpurgat, ijsq́; ad eiuſcemodi purgationem pertinent: tũ cæcis illis meatib⁹ relaxationẽ præbet: reſecat enim quicqd' ijs eſt ꝓ operculo, ut ſic dixerim, eosq́; obſtruit, ut purũ ſanguinem acquirant. Natura uero per ulceris meatus purum ſanguinẽ ſuggerit, qui à nutrimentis ſit creatus, eũq́; ad carnis generationẽ trãſfert. Is rurſum à deſiccantibus uenenis condenſatus, idonea caro fit.

91 Cur ij, qui febre cõtinua laborarũt, poſt iudicij tẽpus, quã criſin uocant, nigerrimã aliquandiu cutem habuerunt? quoniã ex flaua bili continua accidit, q̃

in ipso ægritudinis rigore perusta,in nigrā demutata est. Atq; ita ī ea, quā diximus crisi,à natura ipsa ad cutē repulsa tinxit ipsam: quemadmodū etiam in uitiliginibus alba quoq; est cutis. Eius autē humoris crassitudine difficile eiusmodi color resoluitur.

92 Cur nigra bilis ad māmam, aut ad crus accedens,corrosionē operaī: in his uero qui melancholici uocātur,cū in ipsum confluat cerebrū,id tamen nō agit? quia in māma quidē multæ, magnæq; insunt uenę,pp lactis generationē atq; ob id bilis copia eò confluit. Similiter et in crus multa bilis deducitur: quippe q̃ ad inferna feratur. At uero in cerebrū,tū quia superne est,tum quia minutas habet uenulas,exigua quædam bilis ascēdit,quęq; pungendi tantum, nō autem corrodendi uim habeat. Frigidū ꝑterea, atq; humidū est: quo efficitur, ut modo aliquo nigræ bilis habitudini aduersēt, ipsamq; emolliat. Quę igitur proprie nigra bilis est,ea corrodentē in māma cancrum gignit: in crure uero chironiū ulcus,& quod nomades à depascendo uocant: in cerebro autē ferinam melancholian. Quæ uero non proprie nigra bilis

fit,fed melancholicus humor,& fęculẽtus,fluctionẽ tm̃,& tumorẽ q cãcrũ imiteẽ,fed minime corrodat, placidãq́; melancholian gignit.

93 Cur In ijs q itestinorũ difficultatib. laborant,papyrũ conglobant ,eaq́; in anum iniecta profunt?quia concurrenti bus mufculis,fedis humectata papyrus mufculos fua relaxatione excitat. Idẽq́; in hypophoris agit,quę in ulceribus cõcurrunt.Relaxatis igitur mufculis,ftercus uelut deftitutum deijcitur.

94 Cur q̃ uafa à Gręcis baucalia dicũtur,cũ aqua replentur, fomnũ quendã fibi propriũ edunt,á quo &nomen uafis eft factũ, uelut alia funt apud Græcos nomina fonorũ facticia, ut in aqua phloesbos,& in aluo borborygmos,et cętera?quia cũ uas eiufmodi inane eft aquę,aere impletur,corpore uidelicet tenuiffimo.Cũ ergo inditur repente in ipfum aqua, fua grauitate aerẽ perfequiẽ utpote tenuem,atq; excludit. Simul.n. maneẽ in baucalio, quoadufq́; repleaẽ, nequeunt.Eft.n.à philofophis demonftratũ,non poffe duo corpora eundẽ locum tenere eodem tẽpore. Cũ ergo aer repente furfum per anguftias extrudiẽ,

sonus necessario exoritur:neq; is unus, sed plures,quædā.n.ueluti pugna inter ambos incidit.Aqua.n.deorsum aerem premit,aer uero sursum aquam, hoc cū successione fiat,accidit ut frequenter sonus fiat.

95 Cur in uasis,quę á Gręcis harpagia, quasi raptoria dicūtur, digitus corp ori iniectus nō finit aquā fundo effluere,eleuatus autē finit:quia cum ex ore digitus eleuatur,aer ingrediens trudit aquā deorsum,quó suapte natura fertur,atq; ita p foramina fundi exit. Propter hoc ipsum oīa mechanica instrumenta p aerē & aquā cōficiuntur,ut oronomia,clepsydrę,uocumq; imagines, quæ de statuis resultant,atq; alia ijs similia.

96 Cur & uinū & aqua alieno tēpore febricitantibus data,phrenitē efficiunt, hoc est duo inter se contraria:frigida.n. est aqua,calidum ũo uinū. Dico igitur uinum ipsum cū suapte natura sursum feratur,exurere cerebrū,unà cū febri pturbatur. Itaq; uehementer à principio animæ instrumentū,æthereus quodam modo spūs est,uimq; ipsam prudentiæ idē agere compellit. Inde ũo hoc patet, multi qppe etiā sani plurimo ppetuoq;

meri potu utentes,mentis ĩpotes fiunt. Aqua uero ipsa uelut obstruens corporis meatꝰ,ꝑ quos uidelicet resoluunt ꝗ spũs,q̃ a putrefactis humoribus oriunt, eosq́ crassiores reddẽs, agit ut plus ob id ipsum putredinis febrisq́ resultet. Sæpe uero & aqua ab ĩmodica febri deuicta,eius pabulũ fit. Quẽadmodũ in furnis usu uenire uidemus,qui.n.ignem accendere uolunt,exigua quadam aquula ignem irrorant.

97 Cur mulieres acuta sunt uoce, itẽq́ & spadones,& pueri? quia humiditatis abundantia,arteria eis in ãplũ minime protendit.Caliditatis.n.officiũ,est meatus in amplũ relaxare, ut ergo angusta tibia acutũ edit sonum,sic & aspera arteria.Dicunt autẽ nõnulli,mulieres acuta esse uoce,quia cõferat in paritudine, clamare ad pariendi facilitatẽ,quod proculdubio falsum est.

98 Cur infantes ęstate siderãtur? quod uulgus ęstu laborarẽ eos dicit.Febricitãt enim tenui quadã ,ꝓfundaq́ febricula, ꝗsq́ oculi excauantur,fiũtq́ uigiles, & ĩbecilles. Nonnulli uero & fluxu uẽtris laborant q̃a ĩfantes passibiles sunt,magnãq́ uim pituitæ in capite habẽt, ut di

ctũ est. Igitur in ęstib⁹ pituita supra modũ excalfacta, ac putrefacta febrim accẽdit, unde et cartilagines cerebri ignescũt, atq; ob id uigiles sunt. Initio autẽ per arterias ad cor descendens, et uiuificum spũm reddens ignitũ, febrim sine putredine accẽdit. Cũ uero ex febri multa bilis procreetur, euenit ea ratione quã superius explicauimus, ut bile aluũ atq; intestina mordicante uentris resultet fluxus. Esse autem eius cãm radicẽq; affectus in cerebro patet, quoniã capiti refrigerantia admouentur, eaq; utpote ignitionẽ extinguentia ꝓsunt. Laborant in hoc ipso etiã adulti, quibus scilicet in capite pituita, aut exiguũ flauę bilis coaceruatũ sit, & putrescat. Per ipsam igit inspirationẽ, perq; ignitũ quodammodo aerem spiritus ignescunt.

99 Cur rotunda ulcera difficile curant? quia ex bile acri, quæq; uim corrodẽdi habeat, oriuntur. Nã quia guttatim confluat, & corrodat, rotũdum ulcus facit, propterq; id ipsum exurendo, desiccandoq; ideonea reddũt medicamẽta. Atq; hoc quidẽ pacto medici, naturales autẽ & philosophi euenire id dicunt, qa nullũ sit prĩcipiũ, unde uomica ĩcipiat. In cir-

culo.n.neq; principium neq; finẽ accipere est, atq; ob id dicunt, cum eius figurę ulcera ferro à medicis incidantur, in figuram aliam demutari.

100 Cur aliquẽ ad locũ uel necessario proficiscentes, cũ tamen eò peruenerimus, ulterius aliquãdo progrediamur? quia animum sæpe in rem quampiam habemus intentũ, eoq; inclinatũ, & conuersum, neq; penitus sensibus iminẽtẽ, ut q̃ ijs ꝓpria sint cognoscat. Velut igitur locũ uidentes, non uident. Neq; enĩ præstò is est, qui sensibilia iudicent.

101 Cur mel oĩbus dulce, ictericis tamẽ gustantibus amarũ uidetur? quia bilem amarã habent, quæ per totum corpus, perq; ipsam linguã redundet. Mel igitur cũ comedũt, fit ut quiescens humor cõmoueatur. Gustus deĩde ipse, cum iam bilis amaritudinẽ sensit, imaginationẽ parit, ut mel amarũ putetur.

102 Cur uehementer irascentibus oculi ignei fiunt? qa ita feruor est eius sanguinis q sit circa cor, calidiq; spũs. Hic igitur, utpote subtilior, superne ferẽ, perq; oculos, qui ꝑspicui sunt, transparet, habentq; uapores sanguineos ascẽdentes. Vnde & facies rubra ijs apparet. Huius

rei non ignarus Homerus inquit,instar erant ardentis lumina flammæ,

103 Cur ĩfusa serpẽtib⁹ aqua eos expellit? quia natura frigidi sunt, & sicci, & neruosi,& exigui sanguinis, fugiũtq́ ĩmodicã frigiditatem. Esse autẽ illos huiuscemodi habitudine, uel hinc colligitur. Latebras enim hyeme quærunt,terræq́ intima utpote calidiora. Occidente autem sole,ut plurimũ, rursus aerea ut frigidum fuglunt, rursumq́ æstate, quoniam terræ intima frigida sunt inde fugiunt,inq́ locos calidos demigrant.

104 Cur ouũ si assetur,rũpitur,si ĩ aqua bulliat,minime? quia cũ igni eius humiditas appropinquat, ĩmodice calefit,& exuritur, pluresq́ ob id spũs gignit,q cũ ob loci angustiã exitũ quærãt,rupto putamine diffugiunt. Idẽ quoq; agunt ĩ doliјs,et in fictilibus nouis,cum mustũ efferuet. Multa prҽterea flamma oui putamen assatione disrumpit. Id quod & fictilibus uasis supra modũ adustis accidit. Vnde naturaliter uulgo ouum,cũ assandum est,aqua præmadidant. aqua enim calida suapte molitie humiditates paulatim effundit, ac per raritudines resoluit.

105 Cur in coitus uoluptate hoĩes quodãmodo oculis cõniuent, atq; huic aliquid simile & in cęteris sensibus patiun tur? quia deuicti ab affectu uoluptatis, magis eã quodãmodo conniuentib⁹ oculis cõprehendunt. Non.n. eleuantur, ipsumq; extrinsecus animũ unà cũ sen sibus ad aera protrahũt, quo efficiatur, ut corporeos illos affect⁹ min⁹ sentiat.

106 Cur nonnulla licet uniformia medicamenta, uim tñ contrariã habẽt, quẽ admodũ experientia ipsa indicat? masti che.n. eijcit, resoluit, & intedit, acetum autẽ & calfacit, & refrigerat. Quia ĩsunt ijs indiuidua, minimaq; corpu scula per interpositionẽ, non confusionẽ. Vt arena humectata cõglobatur, unumq; corpus effici uř, re uera autẽ mul ta sunt mi nutissima in arena corpuscula. Quòd si hoc uerũ est, haud est absurdum, in alijs alijsq; mastiches pticulis, cõtrarias uir tutes & qualitates occultari, neq; inter se confundi, qa natura eis tm̃ corporib⁹ legem illã inseruerit.

107 Cur, cũ pedis digitũ offendimus, ĩguen tumescit? quia semper natura, quæ ad corpus ptineant, prouidens, solet accurrere uelut auxilio his partibus, quæ

dolore laborent, qm̄ uero utilissimum omniū humorꝝ, & nutriētem & cognatum, ipsum uidelicet sanguinē pro uehiculo habet, necessarium est, ut cū ea ad pedis digitū, unà cum sanguine descendat, ĩpleantur eæ uenæ quæ maxime cū in inguine sunt, eæq́ꝫ partes quæ circun uasa ipsa sint, atq; adenes à Gręcis appellent, qppe quę rotunda sint corpora. Immodica igitur cōstipatio, inflāmatione eleuationēq́ꝫ efficit, appellaturq́ꝫ id ĩguen, ex ipso loco denominationē mutuatum.

108 Cur natura auibus, neq; uesicā, urinę receptaculū, neq; renes elargita est? qa multa ĩdigebāt humiditate, ut oriri pinnę atq; increscere possent. Eāq́ꝫ ipsa uolandi exercitatione cōsumūt. Neq; oīno quidem mingunt. Cū uero bibunt, stercus ĩmodice humidum deijciunt.

109 Cur pueris in uesica calculi gignūtur, senibus ꝟo intra renes? qa angustos in renibus meatus pueri habēt. Terren9 ꝟo humor, & crassus uiolētia angustiarū ab urina extrudit, tū è renibus ipsis, tū ex cōceptaculis, q̄ lunę formā habēt, in ipsam urinæ uesicā. Ea cum latos habeat meatus, exeundi locum urinę præ-

bet,humori uero ipsi, uñ calculi gignũtur,insidendi,suoq́; more conspissan di. At uero in senib⁹ cõtra euenit.Laxos.n. reniũ meatus habent,quo fit ut urina exire,& terrenus humor insidere,cõgelariq́; possit. Color autem calculi humorem quoque ostendit, à quo ortum habeat. Solutio ex copositione, situq́; mẽbrorum.

110 Cur si caliditate calcul⁹ cõgelascit, calidi.n.sunt pueri,similiq́; ratione siti senibus. Neq́;.n.tanta concedẽda est frigitas,quanta in glacie,niueq́; fit, extremo enim frigore renes demorerentur. Non contrarijs tñ ad frigiditatis solutionem,uerum similibus utimur,hoc est calidis,ut petroselino,fœniculo,& eiusmodi. dico igitur acccidere, ut exustione, torrefactioneq́; nimia calculus in arenulas exterat. Queadmodũ in testis,in fictilibusq́; uasis,cũ supra modũ torrefacta fuerint,arenæ ꝑueniunt. Fitq́; hoc pacto, ut exigui lapilli unà cũ arenulis facile inter meiendũ effluãt. Euenit quoque nonnunquã,ut frigida epota, facile calculus extrudatur, renibus uidelicet ꝑtentis,ipsum fluxu nimio per excernẽdi uirtutẽ deijcientibus. Euenitq́; prgter

hoc ut immodicus renium ardor, cuius causa calculi congelascunt, à frigida extinguantur.

111 Cur in renibus, inq; urinę uesica ulcerũ difficilis curatio? quia urina cũ sit acris, exulcerat cicatricẽ, quam opportuna medicamenta obducunt. Magis autem in uesica insanabilia sunt, quod ĩtra eam permanet urina, in renibus autẽ defluit.

112 Cur ĩ solijs calida aqua cõmota, calidior nobis, nostrũq; ferè adurens corpus urẽ? quia descendentibus nobis appellens aqua, & ipsa patitur, hoc est, cũ nostrũ ipsa excalfaciat corpus, & ipsa à nobis quodãmodo refrigeratẽ. Didicim⁹ mus. n. quæcunq; in generatione corruptioneq; agant, ea quoq; ipsa procul dubio pati. Qm̃ igitur aliquo refrigerata pacto, non iã similiter excalfacit, manifestum est, assuesse iam nos, neq; ipsam iã caliditatem sentire quẽadmodum à prĩcipio, quoniã ĩmodica ei⁹ caliditas à nobis diminuatur. Si ergo calidam mouẽtes, eãq; quæ cuti adhęserat, trasmittamus, aliaq; calida aqua syncerior accedat, nondũ uidelicet, aut augẽs, aut acute ipsa patiẽs, suãq; caliditatem ĩmodi-

cā seruans, merito nobis calida, exurēs, que ur̄, quatenus & ipsa agens patiat̄ suamq́ remittat caliditatem, quemadmodū illa prior. Atq; hoc p̄ successionē fieri potest, quandiu. n. calidam mouemus, tandiu semper ad nos accedens, re uera ipsa calida ur̄, propterq́; id uulgus naturali motu, cū uult in solio corpus magis excalfieri, mouet cōtinēter aquā, quoad uult.

113 Qua rōne si quicquid mouetur, sese ipso calidius fit, maximeq́; i calido aere & loco, aer tn̄ cum uerberatur, atq; mouet̄, frigidior nobis tactu ur̄, idq́ uel maxime per æstatē, quo tēpore solis calor multo ardentior est: hoc uidetur contrarium superiori esse. Calida. n. aqua, calidior nobis solicitata uidebatur. Hoc autē loco frigidior calidus ur̄ aer, cum & mouet̄, & solicitatur. Dico igit̄ usu hoc uenir̄, ut quod in re quapiā plus est, aut q̄litate, aut uirtute, uincat q̄dē id & uertat, quod minus est: modice ꝟo et ipsū, quod fortius est, cōtra patiatur. Calida igitur aqua, cum calida uehementer est, calescenti adhęrēs corpori, & ipsa cōtra refrigeratur, necq; iam eandē qualitatem seruat. Qui nos igitur circundat aer, æ-

ſtate modica,cũ ſit calidus ad aquæ calidæ ſimilitudinẽ, ingruens in corpora, à nobis ardentib⁹,ob calidũ anni tẽp⁹, calfit quodãmodo,atq; ipſe nos contra calfacit. Quod & lineæ agunt ueſtes,q̃ cum frigidæ prius eſſent, mox à nobis calfactæ,nos ipſos poſtmodũ calfaciũt cum igigĩ aerẽ ſolicitamus, tranſmittitur è corpore,qui à nobis prę calfactus aer fuerat,alter autẽ nõdum excalfact⁹, accedit,qui nobis frigidus uĩ. Idq; per ſucceſſionẽ fit.

104 Cur q̃ ĩ pupula oculi ulcera fiunt, cum exoleuere, alba uidenĩ, quæ uero extra pupulã in nigro oculi,nõ itẽ?qa p ſolã pupulã uidendi ſpũs exit ,qui & p ſpicu⁹ eſt et lucidus. In albedĩnib⁹ igiĩ ĳs,quę leucomata dicunt,cum cicatrix meatus conſpiſſet,eius tunicæ,quę cornea ſpecie eſt ;iam non uidendi ſpiritus exit:quo fit ut magna deiceps copia cõ tractus cicatricẽ illuſtret, eãq; calidam oſtendat.Quoniã uero ex uiſus conden ſatione ſpiritus non exit, euenit ut non uideant.

105 Cur paleę & calidã aquã,& frigidã niuem,hoc eſt aduerſas inter ſe qualitates conſeruant? quia palearum natura

manifesta qualitate caret, unde & à non nullis ἄποια, hoc est, qualitatis expertes appellantur. Cũ igitur facile suapte natura confundi, cõmisceriq; possint, ocyssime quibus adhęserint cõferũt, eorũq; ipsæ confusionẽ suscipiunt. Collato enĩ sibi calido calfiunt, idq; ipsæ contra recalfaciũt, atq; cõseruãt, similiterq; frigefactę à niue, eamq; ipsæ refrigerãtes, frigiditatẽ eius conseruant, quẽadmodũ & cera & oleũ, quæ facile confundi possunt, suntq; itẽ qualitatis expertia, conferunt eorũ qualitati, quę cũ ipsis admiscentur, quippe quæ & eorũ fusionem accipiant.

116 Cur bruma per sudũ clariora uidẽtur sydera? quia & à uentis, & ab ĩbribus, uel qui nos circũdet aer, uelq; altior sit, motu ipso exterenuatur, & quodã modo expurgat⁹ puriorẽ sydereorũ corporũ conceptionẽ, multoq; faciliorẽ, ulterioremq; progressum uisui præbet: qđ & in puris perspicuis q; fluuiorũ aquis manifesto apparet. Multo.n. puriora clarioraq; uidenť, quę ĩ ijs corpora insunt. At ĩ crassis et cœnosis, aut nullo modo, aut confusa transparent.

117 Cur sæpe inter meiendũ horremus? quia

quia acris bilis defluens,atq; urinę uesi cā mordicans uniuersum quoq; irritat corpus,atq; excitat ad eius particulę cō sensum,ut deijciendi uim modice offe-rat,atq; ita q horror dicitur,effici solet. Hoc uero pueris maxime accidit,multo enī plura ob nimiā saturitatē excremen ta sunt nacti.

118 Cur noctu dolores magis intēdun tur?quia aīa secum ipsa ociosa nō iā aut uisui,aut auditui, aut alijs huiuscemodi sensibus intendit,neq; quicq; agit, neq; ad externas actiones ꝓuocatur, quo effi citur,ut multo plus corporearū ꝑturba tionū tangēdi sensu suscipiat. Paucę ete nī per noctē animales operationes exi-stūt,quales sunt respiratio,& cogitatio. Animū uero,cū ad externa per suas ope rationes protrahatur, corporeas pertur bationes minus experiri manifesto ăp-paret,quādo in luctibus,in aduersis ua letudinib9,inq́; cęteris huiuscemodi ac-cidētib.amicoꝝ cōgressiōes,ac narratiū culę,eoꝝ qui sint affecti, ꝑturbationes alleuant,atq; solantur. Animaduerte au tē,naturā quidē in suis operationib9 mi nus īterdiu agere,ut in ciboꝝ cōcoctio nibus,in humoꝝ permutationibus, in

sanguinis euocatione,in pullulandi, nutriēdi, cōcrescēdi similitudinis aliorūq́; his similiū operatiōe. Animā vero magis agere in suis actionibus, ut ī quinq; sēsibus, in motibus particularū corporis, in imaginatione, in cogitatiōe, & memoria. Contra uero noctu, magis. n. agit natura, minus anima.

119 Cur uitrū p brumā, cū qd uehemētius calidū iniicitur, disrumpi solet? q a plurima frigiditate ex circumeūte aere, toto suo corpore affectū est. Cum igiē repente calidam non præcalfacto uitro indimus, tum caliditas contrariam sibi frigiditatē proculdubio persequitur. Illa autē unà cum spiritu ipso repente fugiens, confractionē eorum corporū efficit, quæ intra uitrum sunt. Dandum enim est, inesse & in uitro exiguos meatus, q subtiliorē aera contineāt, quos tametsi oculis sensuq́; nō assequimur, natura tamen ipsa, recq́; vera inesse nō diffiteamur. Alij uero dicunt, quod uehemēter sit frigidū, id arefacere atq; exasperare uitri corpus, unde efficiatur, ut quę subtilior in eo pars sit, siue is humor, siue aer sit, extrudat, & uelut ignescat, unde etiā cōfractioni corruptioniq́; idoneū euadat,

quēadmodū & aridissima ligna. Sic. n. & Hippocrates aiebat, uenas à frigido rūpi. Quod igit̄ uehemēter est calidū, id eiusmodi uitri corpus inueniens, multo id magis arefaciens, ruptionēq; eius effi cit p fractionē. Si ergo præmollitū fuerit, tū modice præcalfactū, nequaquā lædetur, quēadmodum et athletæ cum sunt luctaturi, oleo à magistris, quos pędotri bas uocant, pmolliuntur. Et qui uocem exercēt, ut respiratiōis partes emolliāt, pęaniſſant. Etenim cū frigiditas in patē tes illos meatus incidit, facile unà cū spi ritu profugit, et uitri mollitudo calidita ti cedens, haud facile perfractionē subit. Esse aūt in uitro meatus, uel è uasis testa ceis patet, in q̄ si aquā indas, atq; hos pi ce linas exudet tñ humor. Videre est au tē & fumū de uitri corpore per brumā erumpentē, cum ī ipsum aquam infunderis, & uitrū confractū, extrinsecusq; applicitum ei liquori, qui sit intus, qualitatē suam prębere.

120 Cur pueri, maximeq; īfantes, haud ita facile luxātur ut uiri? quia ex molli tudine corporis solo terrę cedentes, resol uunt eius tensionē ac duritiē, ut ulteri9 ager nō possit. Viri igit̄ cū duro sint cor

pore,quod aut terrę duritati, aut lapidi resistunt,intēsionē pcussionis adaugēt, lapidēq; ipsum cogunt sese, utpote duriores,agere. Hac eadē ratione & spongia cedens nō frangitur,uitrū uero,aut testa, aut quod aliud eiuscemodi durū corpus,casu cōfringitur. Hic pgrediens è similitudine dicere possis,cur uēti motus uehementior,quercū quidē deijcit, arundinem non deijcit? quoniā quercus utpote dura robustaq;,& ingens,uento resistens,eius uim intēdit,arundo ūo,ut quę mollis leuisq; sit et exigua,cū uenti flatibus huc atq; illuc cedat,ei⁹ uim resoluit. Eodēq; pacto luctator,aduersario renitens uim eius adauget. Cedēs ūo aliquādo,cūq; eo se unà circūagens huc atq; illuc,citius eius tensionē soluit.

121 Cur infantes nutricis canticū audiētes,uagitū sistūt,mox ūo etiā dormiūt? quia substantia musicę, quēadmodum & scientię,artesq; cęteræ,animo sit insita,quemadmodū & igni calor est insit⁹, quomodo & Plato ait: Reminisci aīum nostrum scientias,non discere. Audiens igitur animus huiuscemodi cāticū, qua quidem reminiscitur, quiescere infantes cogit,qua uero oblectatur, in somnum

allicit. Nā cū labe corporis minime sit infectus, scientias quasi pspicuas habet, coiquinata uero in corpore, in illarꝫ mo dicam obliuionem delabitur.

122 Cur nutrices, cū somnū infantibus alliciunt, eos mouēt? ut humores motu fusi cerebrū moueant. Idem tolerare tñ non possunt adulti.

123 Cur nōnulli ebrij gemina uidēt? qa oculorū musculi plus minus'ue repleti, atqꝫ eo ipso languidi oculos, alterū sursum, alterū deorsum torquēt, quo fit ut oculorꝫ radij eodē pariter nō tendāt, sed in diuersa loca atqꝫ corpora, atqꝫ ita alteruter oculorꝫ priuato cernendi utēs officio, duplicē efficiat uisum. Id esse uerū uel inde apparet, qui enim digito alterū oculū terunt, sensimq́ꝫ sursum trudunt, gemina uidere coguntur.

124 Cur qui natura strabones sunt, gemina nō cernūt? quia oculorꝫ peruersionem non illi quidē sursum deorsum'ue, sed dextrorsum sinistrorsumqꝫ habent, q cū eum positū sortiti sint, qui in rectā lineā moueatur, duos radios in idē corpus concurrentes habēt. Qui & unū colorē, qualitatēq́ꝫ ad oculos referunt, quā & ei suscipiant.

125 Cur pubescentes pueri hirquiūt circa annū quartumdecimū? quia tūc, quę per humana corpora natura meat, plurimā ac repētinā ætatis mutationē efficit. Cuius rei fidē operatio facit. Videre est enim fœminarꝝ quidem augeri mām̄as propter lactis collectionē, tum ea loca, quæ circa coxam sunt, intra quę permanere fœtus possit. Virorum uero pectus atq; humeros, quibus imposita grauia corpora sustineātur. Testiculos p̄terea, intra quos & gigni & permanere semen possit. Mēbrum quoq; genitale, ut exire semen facilius possit. Vniuersum p̄terea dilatatur corpus, qđ et morborū mutationes indicant, & quæ solutiones circa annū quartumdecimū fiunt, et uocis asperitas, quę branchus, hoc est raucitas appellatur, sumpta uidelicet tralatione ex hircorꝝ uoce, in eū modū clamantiū. Nā cum aspera arteria à principio dilatetē, accidit, ut qua magis, qua min⁹ dilatetur, sitq; intus eius corporis sup̄ficies uelut inęqualis, usq; ad ipsum guttur, sp̄ūs itaq; p parteis illas exiēs, ac ueluti offendens pp uię inęqualitatē, uocē quoque inęqualē efficit & asperā, & quodā modo raucā. Idem & ijs accidit, quibus n asperā arteriā destillationes defluūt.

Fit enim defluente humiditate, ut leuis intrinsecus mēbrana inęqualitate reple ta, inęqualem spiritus exitū efficiat. Ta lē uero scito esse & hircorum asperā arteriā ac guttur, hūiditatis uidelicet abū dantia, itemq́ eorum qui plurimo olei potu utant. Atqui illi quidē frequētib⁹, intensisq́ clamoribus, atq; arterię aspe ritate, uocē quoq; inęqualem habere pu tātur. Cruibus uero, atq; ijs oibus uolu cribus, qbus aspera uox sit, arterię à na- tura totę asperę datæ sunt. Post uero pu- bertatis annū hirquire pueri desinunt, qa aspera arteria tota, planeq́ dilatatur, ac naturalē ęqualitatem accipit.

126 Cur epotū oleū ciet uomitū, maxi- meq; flauæ bilis? qa cū leue sit, quodq́ ad supera ferat, nutrimēta ad stomachū prouocat, eaq́ eleuat, atq; suspēdit. Atq; ita ingrauatus stomachus, eiectiuā uir- tutē ad uomitū citat, atq; in primis fla- uā bilē, qppe q et leuis, et subtiliū sit par tiū, atq; ita facilius sursum feratur. Ferri uero oleū sursum re ipsa patet. Cum. n. humido cuipiā admiscetur, superiorem in locum excurrit.

127 Cur solū oleū minime humidis ad miscetur? quia cum lentum sit, atq; in se

metipso cõstipatũ, secari in partes indiuiduas, atq; eo pacto reliquis humidis admisceri nõ põt, quamobrẽ neq; cum in humũ funditur, cito eam subit.

128 Cur oleũ quidẽ, atq; aqua frigore constringitur, uinum uero, acetũ & garus minime? quia cũ oleũ qualitatis sit expers, confusioniq; idoneũ, cito friget, atq; ita uehemẽter, ut extrema quoq; frigiditate frigeat. Aqua uero sua spõte frigida, facile cũ semetipsa frigidior sit, cõgelascit. Garus autẽ, utpote subtiliũ partium et calidus, haud cito friget. Eodẽq; modo & uinũ. At acetum, utpote subtilissimarum partium, congelationem nõ tolerat.

129 Cur contraria qualitatibus idẽ efficiunt? A frigido. n. pariter atq; à calido humidũ constringitur, nix enim & ius frigiditate congelascunt: cataplasmata uero & uesicæ calculi caliditate. Fit quidẽ id, sed diuersa actione. Calidum enĩ depascit, consumitq; humiditatis copiã. Frigidũ uero dẽsitante nimia obturans, sordidã humiditatem exprimit, quẽadmodũ & spongia manu pressa, quã intra meatus aquam habet, abijcit.

o Cur sæpe horror cessauit, cum qd

formidolosum incidit, ut fragor, quē is audierit qui laborat, ut cū repentina aqua deijcit: q̄m sæpenumero humorib⁹ tpe digestis, atque attenuatis, naturalis oīs calor uehementer simul, ac repente à cute in corporis intima fugiēs, morbificū humorē cōsumens resoluit. Idem et Theriaca facit, eorūq́; quā plurima, quę calida, siccaq́; sunt specie, cum post concoctionem sumuntur.

131 Cur qui se circumagunt, neque id agere tn̄ cōsuerunt, ut plurimū decidere solent: quia animalē spiritū qui fit in cerebro, conturbari cogunt, cūq́; humiditatibus unà conuolui. Is deinde cū minus idone⁹ ad animalē uim suscipiēdā, sēsitiuā uidelicet, atq; motiuā efficiatur, non sinit actionem in musculos neruosq́; pmeare. Quo fit ut corporis pondus ut qd̄ neq; uehatur, neq; sustētetur ab anima, ferat̄ ad terrā, ad quā uergit, propterq́; id ipsum & tenebras uident, q̄m uidendi spiritus conturbatus sit, neque pariter atq; sensus reliqui operetur. At his qui sensum circūagi cōsuerunt, raro id accidit. Facit enim consuetudo, ne q̄si peregrinę inter se sint anima atq; natura, sed tpe quodāmodo cōciliētur, qd̄

enim paulatim cōtinēterq; fit, sensum la tet, atq; ubi plurimū euasit, iam non ut peregrinū in ea incidit, quę eū suscipere consuerunt.

132 Cur uitrea specula ualde splēdent? qm̄ albo plūbo intrinsec⁹ linūtur, cui⁹ natura lucida est, quæ cum uitro, quod & ipsum splēdidū est, admisceatur, mul to magis lucet, suosq; radios per uitri meatus transmittens, duplicat quod in superficie, atq; extra uitri corpus est, at que inde magnopere fit lucidum.

133 Cur i speculis, inq; ꝑspicuis aquis, nosipsos uidem⁹? qm̄ qualitas aspect⁹, ad splendida corpora mirās ex reflexio ne rursus ꝑ oculoꝝ radios, ad sui ipsius spectaculum remigrat. Migrare autem qualitates á facie, neq; esse id absurdū, & ij ostendunt q iuxta arbores manēt, quód uiridi aspectu esse consuerunt. Viridis.n. qualitas uiridiū folioꝝ ad ip sam faciē demigrat. Similiter & in aquā fluentē migrans, eam quoq; uiridem o-stendit.

134 Cur purę speluncę, et altissima loca atq; pura, uocis imaginē gignunt ac re-mittunt? quia & hęc quoq; loca ex refle xiōe ictū remittētia, soni imaginē edūt.

Verberat enim uox aerẽ, aer uero locũ, qui quo magis uerberat, eo magis uerberat, eoq; uehementiorem uocis efficit sonũ. Humida ??o loca, & ueluti molliora ictui cedentia, eũq; resoluẽtia, imaginẽ minime edunt. p qualitate aũt et quãtitate ictus ac uocis reddit q̃litas quãtitasq; eius imaginis, quę Echo appellat. Hanc praue nõnulli deã quandã esse fabulant, alij Pana dicunt eius amore captũ, quod pculdubio falsum est. Vir. n. quidã sapiens fuit, q primus & cupijt, & peruestigauit eius cãm uocis intelligere, atq; ut q amant, neq; potiuntur, inĩquo animo ferũt, eodẽ & ille pacto donec eius solutionẽ causę ĩuenit, ęgre habebat. Quẽadmodũ & Endymion, qui primus Lunę cursum ĩuenit, uigilãs noctes, eiusq; cursum animaduertẽs, et motũ inquirẽs, interdiu dormiebat. Fabulãtur igitur amatũ esse à Luna, eãq; ad ipsum dormientẽ accessisse, quia sui ipsius causę solutionẽ philosopho quasi tradidit. Quin & pastorẽ fuisse tradũt, quòd in desertis puris, atq; altis locis ei⁹ motũ suscipiebat. Et ei cõpactã fistulã tribuunt, qđ loca edita ut plurimũ perflãtur, uel quòd figurarũ consonantiam in

quirebat. Similiterq́; Prometheus cũ sapiens esset, sydereęq́; aquilæ cãm peruestigaret, naturãq́; eius, ac sitũ, cumq́; discendi cupiditate ueluti exederetur, tũ demũ quieuit, cũ ei Hercules dubitationem omnẽ sua sapientia soluit.

135 Cur aqua stans, q̃ in superficie, non aũt in profundo terrę sit, lapide per eam iacto, multos circulos efficit? quia iact⁹ eius intensione, à q̃uis sui corporis parte, procul aquã lapis persequit̃, atq; ita circulus fit, quousq; uidelicet ptinet iactus descensio. Quòd si ĩmodica sit intẽsio, & circulus maior fit, descendẽs aũt usq; ad terrã lapis, ipsamq́; deinceps aquã corpore trahẽs, multos merito circulos efficit. Primo.n. sup̃ficiẽ aquę mouens diducit, tũ p ipsam p̃petuo descendens ad p̃fundũ, rursus diuidens aquã, & aliũ efficit circulũ. Atq; hoc per successionẽ fit, donec lapis constiterit, ac requieuerit. Qm̃ uero lapidis intensio, eo descendente paulatim remittit̃, necesse est posteriorẽ quẽq; circulum priori cõtractiorem esse, qm̃ & à lapide similiter ictu ipso aqua diuiditur.

136 Cur risum multi è liene oriri putãt, asserentes non similiter risu uideri affe-

ctos,qbus lien uitiatus,ut qbus integer
sit,imo uero illos magnopere tristes es-
se?equidē ex accidenti arbitror,nō ꝓprie
risus cām in liene cōsister.Nā si ualeat,
trahit ex iecore fęcosum omnē,& melā
cholicum humorē,quo fit ,ut cū purus
defęcatusq́; sanguis, cum per uniuersū
corpus,tū in cerebrū permeet ,naturā si
mul animāq́; oblectet , atq; instar uini
eas exhilaret,& in tranquillitatē ducat,
atq; ita risus ab ea moueatur.
137 Cur mulæ non pariūt? quia è diuer
sa animantiū specie constant,tum diffe-
rentiū qualitate, & natura seminū im-
mistio ,aliud quiddā gignens, præter id
quod est prius,& eorꝫ quę genuerit na-
turam abolet. Quemadmodū & cādidi
nigriq́; admistio extremorꝫ colorē abo
lens,colorē aliū,qui est fuscus, generat,
q nihil extremorꝫ oīno est . Gn̄atrix igit̄
q̄litas abolita est,& formarꝫ aptitudo.
138 Cur qui natura surdi , ĳdē & muti?
qm̄ quę non audierunt,dicere exprime-
req́; non possunt.Quidam uero medico
rum dicunt unā esse neruorum coniuga
tionē,quæ ad linguam , quæq́; ad aures
petineat,quo fit,ut affectuum quoq; cō
sensus ĳs accidat.Qui autē ex accidenti

ſunt muti,ſurdi omnino non ſunt,localis enī oritur neruoꝝ paſſio.
139 Cur qui ieiuni diuti⁹ fuere, ſumpto mox cibo rigēt?quia cibi ſumendi interuallo,bile redundant, atq; ita acidū humorē coaceruāt.Poſt cibū igitur ꝑticulę illę corporis refotę,bilē ab ſe in cutē abigūt,atq; ita rigor oritur,bile uidelicet particulas ipſas mordicante, atq; ad ſe perſequendum excitante.
140 Cur ſues ſurſum ſpeſtātes ſilēt cū baiulant?quia ſupra cętera bruta ad humū ſemper uergunt.Fœtore n.delectantur,eūq; requirūt.Ergo in repentina illa aſpectus mutatione, ueluti pereginæ ſunt, atq; hoſpites , plurimoq; lumine attonitæ ſilentiū perferunt.Quidā dicūt aſperā arteriam,quæ anguſto meatu ſit, reſupina ipſa figura coire.
141-Cur ſues fimo delectantur? medicorū quidē ſnīa eo naturaliter delectant, habent.n.maximū iecur,in quo & cupiditas ineſt.Ariſtoteles autē roſtri amplitudinē in cauſa eſſe putat,habet.n. reſoluentē ſeſe olfactum, et cum fœtore ueluti confligentem.
142 Cur conualeſcentibus ulceribus,et pituitate ceſſante pruritus oriuntur?qa

ſanata & conſolidata pars reliquias pſe quitur humoris, qui cõtra naturã ineſt, quiq́ꝫ ulcus effecerat, atqꝫ ita per cutem exiens, ſeſeq́ꝫ reſoluens, pruritũ efficit.
142 Cur qui affectus alterꝝ tantũ oculum infeſtant, grauiores diuturnioresq́ꝫ ſunt? duabus cauſis, qm̃ fluctio ad unũ oculum tm̃ coaceruatur, quicquid enĩ in plura diducitur, fit ſeipſo imbecilliꝰ, minusq́ꝫ agit, quoq́ꝫ id magis fit, eo inefficacius euadit. Vel quia cũ ſeſe ſanus oculus in ſuis actionibus mouet, & ęgrotũ oculũ toties moueri cogit, ſcimꝰ autẽ maximũ cuiuſuis ęgrotę partis medicamentũ in quiete ipſa cõſiſtere.
144 Cur hõ magis frequentiusq́ꝫ & uehementius, q̃ꝫ bruta ſternuit? quia copioſiori, magisq́ꝫ uario alimento, potuq́ꝫ, idq́ꝫ ultra ſatiẽ utitur, quod cũ minime concoquat, ut par eſt, multũ congregat ſpiritum, ob multã humiditatẽ, is ergo utpote ſubtilis, ad cerebrũ aſcendens, cogit frequẽter ad excretionẽ excitari, ſternutamentũq́ꝫ efficit. Sonus igitur fit, qa per narium anguſtias uehemens ſpiritꝰ meat, ut per ſedem uentris crepitus, per ſtomachũ ructus, per guttur uox, ꝑ aures ſonitꝰ, ſimiliterq́ꝫ ꝑ iteſtina imurmu

ratio illa, quæ borborygmos appellaт.
145 Cur mortuorum capilli, unguesq́ ad tēpus aliquod augentur? quia marcente carne, q̄ partes circa eorum radices occulũtur, nunc apparent, atq; decipiunt, imaginationēq́ afferunt, quasi creuerint. Alij re uera dicunt augeri, q͂a hęc ab excrementis ortũ habere soleãt. Cadauera autē in excremēta q̄plurima à principio, propter accedentē putredinē resoluunт, hæc aũt & per meatus & per corporis extrema, unà cũ corpore ipso exeuntia, supra dictorum ortum adaugent.
146 Cur in digitis manuũ potius, q̄ in pedibus uitiliginũ species eæ quas Leucas uocant, oriuntur, puerisq́ magis q̄ perfectis? quia ortum ex pituitę excremento habet. Pituita autē pueri, utpote edaces ac pigriores, magis abundãt. Pedum uero ungues, motu deambulationeq́ magis exercentur, excrementaq́ resoluunt.
147 Cur pili in pedibus haud cito canescunt? eadem ratione. Pedes enim frequēti intensaq́ ambulatione, quod in se decurrerit, pituitatis excremētũ resoluũt, id autē canos gignit. Pubes autē & ipsa sero canescit, q͂a calida natura est, atq;

in coitu pituitam resoluit.

148 Cur ꝗplurima animantia caudas motãt,cũ notos agnoscũt, leo uero etiã latus uerberat,cũ irascitur,eodemq́ modo taurus?quia tergi medullã ad caudã usq; pertinentẽ habent,quę in se motiuã animalẽq́ uim continet. Anima igitur quod sibi notum est agnoscens, ueluti manu aliqua,ut ĩ hominib. euenit,caudã motare cogit,quæ manifesto ostẽdat eius intra se uim occultam inesse, quæ quod oportet agnoscat. In leonũ uero ac tauroꝝ excandescentia cõsentit natura animę,eãq́ uehemẽti⁹ moueri cogit, queẽadmodũ & hoĩes manus ipsi suas, aliã'ue corporis partẽ sæpe irati uerberant. Cum.n.nequeat anima,quod se lædat ulcisci,statim alio sibi modo solatiũ excogitat,suũq́ affectũ ictu percussioneq́ curat.

149 Cur si exusta & sicca hordea ulceribus equoꝝ imponantur,non iam albus cicatricibus pilus,sed reliquo concolor nascitur?quia eijciendi uim habent,abstergúntq́,& resoluunt insidens pituitatis excrementũ,atq; inutilẽ omnẽ operationẽ,quæ propter ulceris cruditatem, propterq́ eius partis imb ecillitatẽ coa

cta fuerit.
150 Cur in hominũ ulcerib⁹ pilus haud quaquã innafcitur? quia hominũ cutis fpiffa eft, argumentũ pilorum tenuitas ac mollities. Cũ uero cicatrix cute ipfa fit cõfpiffatior, meatus occęcat. Equis aũt quod ad cõparationẽ pertineat, rarior eft, argumẽto craffior pilus, quapropter minime ijs meatus totus in cicatricẽ occludit. Subfidentia uero & congregata excrementa, cũ per tenues illos meatus, qui fuperfunt, erumpant, concrefcũt, & pilum gignunt.
151 Cur quos dipfas momorderit, fitiq; fint intolerabili affecti, eis epota theriaca, q̃ ficca calidaq; eft, fitim fedat, nõ autem magis incendit? dico igitur, nõ qualitatis rõne fitim fedare, fed mutuo quodã confenfu, ac rõne naturali. Id eft huiufmodi antidot⁹, quæ plurimis ex herbis cõponitur, quæ confenfum aliquem cũ fingulis corporis partibus habeant, uelut dictamũ ꝓprietatẽ quandã aduerfus cor habet, ipfumq; confirmat, et feruat. Eupatorium ꝟo cum iecore, Scolopendrium cum liene, petrofelinum cum uẽtris orificio, Hyffopus ꝟo cũ fcepto & cum pulmone, Heleniũ uero cum re-

nibus,ruta cum collo,Gentiana cum ce
rebro,Sefeli autē cum uefica urinę.Vnū
quodq; igitur horum mellis dulcędine
allectum trahit,quod fibi proprium ad
tutelā eft.Inter quæ oīa funt & uiperarū
immiftæ carnes, quæ naturalem quendam mutuū affectum habent,quā antipathiā dicunt,aduerfus quoduis uenenofum animal, corruptibilēq́; uirtutē.
In fingulas igitur partes diftributa,affectum illum, qui corruptionē minetur,
agere non finunt.Repugnant enim, ceu
legitimi quidam milites, qui pro fua ipforum patria arma ceperint.

F I N I S.

ADDIDIMVS HVC EX PLVTARchi *Problematis selectiora q̃dã, simul ut hæc nostra undiquaque copiosiora essent, simul ne paginæ usquam nobis uacarent.*

Quid est, ꝙ Luperci canẽ immolãt? Luperci autẽ sunt, qui lupercalibus per lasciuiam discurrentes pellibus obuios cædunt. An quod genus quoddam lustrãdę ciuitatis est, & quo mẽse illa fiũt, Febrarius dr̃, & diẽ quo pellibus occurrentes uerberant, Februarũ & Februarium uocant, quo uerbo purgatio significat? cane autem oĩno, ut ita dicã: Gręci utebantur, & multi etiam nunc in purgationib⁹ canẽ iugulãt. Proserpinę quo quæ catulos cũ cęteris purgamẽtis efferunt, & eos qui expiãdi sunt catulis expurgãt, hoc piaculi gen⁹ περισκυλακισμὸν, id est, circũcatulationẽ appellantes. An ꝙ λύκος, lupus Latine dicit, λύκαια ꝓo lupercalia, & Lupo canis est hostis, & idcirco lupercalib⁹ ceditur? An ꝙ lupercis canes oblatrantes molesti sunt? An quia Pani sacrificiũ facit, Pani autẽ propter greges amicus est canis?

Quid est, ꝙ Septimontio uehiculis iũctis uti cauebant, & nunc etiam qui ue

fera non contẽnunt,cauent? Septimontiũ uero diẽ feſtũ agunt Romani, quo'd cum ſeptimus collis urbi attribut⁹ eſt, ſepticollis Roma facta eſt. An ut quidã Latini accipiunt,ꝙ urbs nõdũ ſuis ptibus penitus coniuncta erat?An hoc qui dẽ ad Dionyſiũ eſt?magna uero re effecta:conſtituta ciuitate, ꝙ urbẽ iam augeri,& q̃ſi ulterius progredi deſiſſe exiſtimarent,cum ſeipſos,tum uero iumẽta,quibus fuerant uſi, quiete affecerũt, & cõis feſti ocio frui uoluerũt?An ꝙ cũ omnes dies feſtos ciuiũ præſentia ornari ac celebrari ſemper uoluerunt tum illum præcipue,qui propter ciuitatis habitationẽ ageretur?quapropter'ne urbẽ, cuius dies feſtus ageretur, relinquerẽt, eo die uehiculis uti permiſſum non eſt?

Cur in furto,aut eiuſmodi aliquo flagitio deprehenſos furciferos,appellant? An hoc quoq₃maioꝶ noſtroꝶ diligẽtiæ certiſſimum ſignum eſt?Nã qui ſeruum alicuius ſceleris aut improbitatis cõuiciſſet,duplex lignum,quod currui ſubijcit attollere iubebat, & ut conſpicerẽt uiciniã obire,ut fidẽ in poſterũ ei nõ haberent,& ab eo cauerent. Hoc lignum Græci σταυρόν,Latini furcã nominant,

à qua furcifer denominatus est.

Quid est, quod boui qui cornu petat, fœnum in cornu apponunt, ut occurrētes caueant? An quia propter repletionē ac satietatē insolescunt & boues, & equi & asini, & homines, ut ait Sophocles? Tu uero ferues, quasi pullus cibi copia: uēter etenī tuus & male insolescit. Ex quo Romani M. Crassum fœnum in cornu habere dictitauerunt, & qui cęteros in repu. lacerabant, hunc tanquā munitum ac prouidum, & iniuriarum persequentissimū fugiebant: quanquam postea rursus dictum est, Cęsarem Crasso fœnum detraxisse. Primus enim illi in republica restitit Cæsar, & eum contempsit.



· 15 ·

